




✓ 1718. I. P. c. 2. 3

Jahr wird geführt

OPERV M POETICORVM
N I C O D E M I
FRISCHLINI POETAE,
 ORATORIS ET PHILOSOPHI,
 pars scenica: in qua sunt,
 COMOEDIAE QVINQVE,
 REBECCA,
 SUSANNA,
 HILDEGARDIS,
 IVLIVS REDIVIVVS
 PRISCIANVS, VAPVLANS,
 TRAGOEDIAE DVAE,
 VENVS,
 DIDO.



Ex recentissima auctoris emendatione.

S
A
P
I
E
N
T
I
A



C
O
N
S
T
A
N
S.

Cum Privilegio Caesario.

Apud Bernhardum Iobinum, Anno 1585.

OTRYM PORTICORUM

MI C O D E M

TRISOLINA PORT

ON TOUS LES

supplémentaires

COMODIA D'UNE

TRIBE D

EVANNA

INDIGÈNES

VALLEY

TRIVS

OTTO

de l'expédition de l'expédition

IN=03000033

PIETATE, PRV- DENTIA, ET VERA NO- BILITATE ORNATISSIMIS

viris: Vlmæ, ciuitatis Imperialis, Coss. &
Senatoribus, Dominis suis cõ-
lendis. S. P. D.

Nicodemus Frischlinus.



Qvod veterum Poetarum
quidam dixit, FIERI
CONNVBIA Fato:
huius rei luculentum no-
bis exemplum proposuit,
antiquissimus omnium scri-
ptorum Moses, in sacra historia, matrimo-
nium ISAAC & Rebeckæ. Nam hoc me-
morabili exemplo, Spiritus sanctus pios
conjuges docere voluit, sibi hoc vitæ ge-
nus esse gratum: à se primùm cepisse: & à
se etiamnum hodiè conseruari atque gu-
bernari. Cùm enim multa accidunt in vi-
ta pijs conjugibus aduersa, quemadmodũ
hoc Susannæ et Hildegardis exempla de-
clarant: voluit omnino spiritus ille sacer,
quem dixi, præcipuum hoc esse pijs con-
jugibus solatium: quod scirent, se non ca-

su , aut fortuitò fuisse confociatos : sed
certo sapientissimi Dei Patris consilio,
suum se iniuisse matrimonium. Nam hæc
cogitatio, omnes labores, qui pijs homi-
nibus subeundi sunt, leuiore reddit: hæc
omnes molestias lenit : omnes dolores
mitigat: hæc omnium ærum narum, quæ
pijs conjugibus occurrere possunt , dul-
cissimum condimentum est. Recordan-
tur enim pij homines, se in eo vitæ genere
versari, in quo Deus ipsos versari volue-
rit, atque etiam iusserit. Itaque in aduer-
sis rebus ad solum Deum , huius ordinis
auctorẽ confugiunt : & ab eo solo opem
atque auxiliũ petunt : in quo solo omnẽ
spem, fidem fiduciamq; collocant. Equi-
dem gratum esse Deo , matrimonij statũ:
filius ipse DEI, seruator & propagator hu-
mani generis , multis argumentis testa-
tum fecit. Quomodo enim suam ille in
hac re, *φιλανθρωπία*, melius potuisset osten-
dere: quàm quòd Adamo, primo homini
Euam suam, quasi pronubus adduxit : &
quòd Isaaco Rebeccam suam, ductu an-
geli, per manum serui Eleasari, copulauit:
& quod Tobix Saram suam , ministerio
Raphaelis Archangeli , connubio junxit
stabili, propriamq; dicauit? quòd deniq;
nuptijs

nuptijs Canæ, in Galilea ipsemet interesse, easque miraculoso quodam dono honorare voluit? Neque est, vt Ethnicorum ac profanorum hominum conjugia mihi obijciat quispiam : quasi & illa Deo fuerint perinde grata, vti conjugia piorum & Sanctorum hominum. Nam quibus illa plerunque cæperint auspicijs, quibus artibus creuerint : quos sortita sint exitus : annon præter historias, etiam poetarum fabulæ ostendunt? Aut enim meretricijs amoribus suas nuptias Ethnici conglutinabant : aut easdē ad vlterijs polluebant, aut leui de causâ matrimonij copulâ rursus diuellebant. Et quanquam Terentius Plauto, in hac parte præferri solet : quòd honestiores introducit meretrices, quàm ille. (Terentianæ enim meretriculæ copiam sui non omnibus, sed vni tantum faciunt, & ea quidem lege : vt vitiatæ ducantur in matrimonium : & hoc modo in integrum restituantur : quemadmodum ferè omnes Terentianæ Comœdiæ in nuptias desinunt) tamen hanc rationē contrahendi matrimonia, Deo vehementer displicere : vt qui sexto præcepto Decalogi, omnes vagas libidines vetat, nos quotidiana exempla, quæ ob oculos

versantur, clarè id docēt. Sunt enim eius-
modi conjugiorum successus plerunque
infelices, atq; inauspicati: & perpetuæ in-
ter tales conjuges rixæ, simultates, discor-
diæ, perpetuæq; jurgia. Quare nullam me-
retur excusationem Terentius: quod ho-
nestiores facit meretrices & scortatores,
quàm Plautus: & quod colore matrimo-
nij, amores pingit meretricios. Longè ho-
nestiores sunt nuptiæ, quas Spiritus san-
ctus in sua Ecclesia copulat. Nulli enim
hîc sunt lenones, nulli parasiti, nulli sup-
parasitantes seruuli, nulli senes irati, nulli
placabiles. Hîc angeli sunt paranymphei:
hîc filius Dei pronubus: hîc sponsi & spon-
sæ, pientissimorum parentum pientis-
simi liberi. Quod cum ita sit, nimirum
ego fore arbitror, qui mihi vertat vitio:
quod ego in meis comædijs, Hebræorum
exemplo, spoliaui Terentium, & Plautū
sua phrasi: eamque in meliorem & san-
ctiorem usum conuerti. Nam sicut He-
bræi Aegyptios auro spoliarunt: idque in
terram Cananæam secum abstulerunt: ut
aurea vasa ex illo conflarent, in usum di-
uini cultus: ita nos Christiani Ethnicis sua
dona, quæ Deus olim illis concesserat: &
quibus illi nequiter abusi fuerunt: rursum
auferre,

auferre, atque in pium vsum conferre debemus. Quod autem vobis viri Nobilissimi, Coss. prudentissimi, senatores amplissimi, hanc Rebeccam dedicare: & vestrę, Reipub. Sempiternum deinceps monumentum esse volui: causę non sunt obscurę. Nam certò mihi cognitũ atque perspectum est, cum omnia literarum studia vobis curę esse, tum in primis ea, quę cum eleganti doctrina etiam pietatem habent conjunctam. Nam quid ego multa dicam de cultu religionis in vestra Ecclesia: de sacris doctoribus & pastoribus, viris tũ pijs, tũ religiosis, tum doctis, tum disertis? quid de vestro senatu: in quo viget iustitia, floret æquitas, regnat beneficentia? quid de vetustissimis familijs, de Craftijs, de Schadijs, de Ehingeris, de Hartliebjs? quid de schola, in qua liberi vestri ad studium pietatis & optimarum artium linguarumque pulcherrimè efformantur? & tam discipuli, quàm magistri liberalissimè fouentur ac sustentantur? quid de tot Iuris peritis, de tot medicis dicam, viris clarissimis, & ad Rempub. regendam & conseruandam natis, non factis hominibus? Satius profectò est, de his tantis rebus omnino ta-

tacere , quàm pauca verba facere. Dies enim mihi ad narrandum ea , quæ ego in vestra Repub. nō semel vidi, nō erit mihi satis. Vnum hoc oro vos , ne auaritia inductum fuisse cogitetis , vt à pristino patrono, cui mortuo jam Rebecca hæc tradita & commendata olim fuerat, eam ad vos nūc transferam. Sordidorum hominum hi sunt mores , vt nouis præfationibus nouum argentum , non nouum patrociniū quærant. Mihi verò longè aliud consilium est : longè aliud propositum longè alia sentētia. Si enim meæ Comœdiæ, quas profero,, eandem apud vos inueniant gratiam, quàm inuenēre iam pridem apud Memmingenses, meum ego finem probè me affecutum fuisse existimāro. Valete, viri nobilissimi & prudentissimi. Deus OPT. MAX. vos vestramque Reipub. saluam esse velit. Argentorati, Cal. Octob. Anno

I 5 8 4.



DRAMATIS PERSONAE.

Abrahamus	Senex.
Eleasarus	Dispensator.
Ismael	senior filius.
Chamus	Venator.
Syrus	Seruus.
Labrax.	Rusticus.
Ifacus	Iunior filius.
Rebecca	Virgo.
Cario	Seruus.
Laban	Iuuenis.
Gastrodes	Parasitus Ismaelis.
Bathuel	Senex.
Mulier	Vxor Bathuelis.

PERIOCHA COMOEDIAE.

Senex Abrahamus metuens filio Ifaco,
 Ne Chananæis inuolueretur nuptijs,
 Seruum atriensem domus suæ Eleasarum,
 Iuramento obstrictum, mittit procul à Chana,
 In Mesopotamiam: vt petat vxorem filio,
 De familia & cognatione Bathuel.
 Ismael interim operam dat venatui:
 Et plagis mulctat agricolas patris Abrahæ.
 Eleasarus profectus Charras, peruenit
 Ad vrbis puteum: vbi reperit miro Dei
 Ductu, ex improniso quæsitam virginem
 Rebecca, Bathuelis huius filiam.
 Domum deductus à Laban, exorat patrem,
 Bathuelem, vt illam vxorem spondeat Ifaco.
 His properè confectis rebus cum virgine
 Rebecca, Eleasarus seruus domum redit,
 Eamq; forte occurrenti sibi in via
 Hero suo, præter spem tradit Ifaco.

PROLOGVS.

P Rincipio uos saluto, qui hîc estis boni:
 Nam pro bonis meruô omnes uos agnoscimus:
 Nec quenquam adesse iudicamus hîc malum.
 Aut si adsint nonnulli mali atque maleuoli,
 Eos rogatos uolumus ut se meminerint,
 Nec metui à nobis, nec magni æstimari er:
 Cùm odij sui causam hîc nullam prorsus habeant.
 Mihi quidem inuideat, qui uolet, & quam diu
 Volet. Haud enim cuiusquam causa maleuoli
 (Ne forsân erretis) ego dirumpar hodie.
 Sed, ut dixi, uos qui uenistis huc boni,
 Iam primum à principio, uiros uti bonos,
 Saluos & incolumes omnes esse uolumus.
 Nam uestra freti beneuolentia & fide
 Nihili improborum facimus contumelias.
 Quod enim nonnulli dicunt, rem esse facilem
 Et expeditam, Drama scribere Comicum:
 Iis hoc responsum damus, olim quod maleuolis
 Suis dedit Terentius: in medio omnibus
 Palmam esse positam, qui artem tractant Musicam.
 Quod si quis nobiscum in re simili fecerit
 Periculum, cum subinde nouis nos fabulis
 In Musicum hoc certamen prouocabimus,
 Nam hac tempestate flos poetarum uiget.
 Et si illos etiam uos Poetarum loco
 Numerari uultis, qui in triuijs sua carmina
 Nullo labore facta, disperdere solent:
 Sanè Poetarum hodie quædam lerna erit:
 Qui uel ducentos uersus, aut etiam amplius,

In uno

PROLOGVS.

In uno pede stantes conficient; ut uetus
 Ille & lutulentus iactabat Lucillius.
 Sed his neglectis, aliò nunc me conferam,
 Ac primò uobis nomen huius eloquar
 Comoedie: ut sic argumentum faciliùs
 Quod sit futurum, intelligatis initio.
 Deinde paucis, quid ueniam, & quid uos uelim,
 Ostendam: ut æquanimitatem uestram impetrem.
 Vos, si aures uacue sunt, hùc animaduertite.
 REBECCA nomen est huic Comoedie:
 Nam in ea Rebecca Bathuelis filia,
 Gnato Abrahæ nuptum locatur Isaco:
 Opera & fide atriensis serui Eleasari:
 Qui missus in Mesopotamiam procul à sene,
 Eam herili filio secum adfert coniugem.
 Sed quia pater omnia tradidit Isaco,
 Iratus Ismael tumultus excitat:
 Et agricolas premit uenationibus.
 Is ad fratrem hodie non ueniet, neq; ad patrem:
 Poeta noster noluit: nec Bathuel
 Hùc in Chanan ueniet: neq; eius familia,
 Præter Rebeccam, quia loci isti sunt nimis
 Remoti: quod uos scire primum uoluimus:
 Ne quis miretur, cur nulla Abrahæ, aut Isaco
 Cum Bathuele sint colloquia. nam tribus
 Locis peragetur hoc totum negotium.
 Senex hic Abrahamus est: hic Isacus:
 In illis c' unà qui cum patre habitat ædibus.
 Hæc sylua est Pharan, ubi uenatur Ismael:
 Hæc ciuitas Charræ Mesopotamiæ erit,

In qui-

PROLOGVS.

In quibus habitat pater Rebecca Bathuel.
 Anni quidem elapsi sunt ab eo tempore
 Quo nuptias istas celebrauit Isacus,
 Ter mille quadraginti, quinquaginta nouem:
 Annis puta ante Christum è uirgine editum
 Mille octingentis, octoginta quatuor.
 At nos eas hodie iterum celebrabimus
 In hoc prescenio, siquidem per uos licet,
 Et uos uestro fauore nos iuuabitis.
 Nunc argumentum ne à me expectetis rei,
 Puer qui primus huc ueniet, totum aperiet,
 Remq; omnem in uerba conferet paucissima.
 Vos uerò maximo unum hoc oramus opere,
 Benigne ut operam detis ad nostram gregem.
 Curas & æs alienum, quod uestra inopia,
 Et diuitum auaritia conflastis, paululum animis
 Eijcite: nemo flagitatore[m] suum
 Formidet. nam qui exegerit hic pecunias,
 Eum Ismael malè multabit uenabulo.
 Poeta noster hanc potestatem ei dedit.
 Quando alia agetur, sceptrum amittet denuò,
 Et fortè, qui nunc Ismael est, tunc Syrus crit,
 Aut rusticus, aut mendicus, aut lorarius,
 Aut quicquid deniq; eum poeta fecerit.
 Quod reliquum est: iam nunc operam date & aduer-
 tite:
 Nobisq; adeste æquo animo per silentium.

ACTVS

ACTVS I.

Scena I.

Abrahamus, Eleasarus.

Senarij.



Os cæterius hinc abite, Eleasare
A desdum: paucis te uolo El. Dictū puta:
Nempe ut curentur rectè hæc. AB. imò
aliud. EL. quid est?

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

AB. Nihil istaac opus est arte, ad hanc rem, quam paro:
Sed his, quas semper in te intellexi sitas,

Fide & sedulitate. EL. expecto quid nam uelis.

AB. Ego, postquam Sara fato defuncta est, memor

Humanæ fragilitatis, & æui lubrici,

Paucos ante dies, ut nosti, rem familiæ

Constitui: ut lites inter liberos meos

Cauerem: cum sciam plerunq; maximas

Solere hodie similtates existere

Et fratrum gratiam, haud rarò, ob patrimonium

Dirimi. EL. Ita est. Ab. Hoc malum ut, antequam mo-
riar, domi

Præuenterem: modò testamentum condidi.

Nam bona, quæ possedi, legauì uni Isaco

Omnia: nempe agros, uineas, prædia, domos,

Pecudumq; greges, & ancillas, & seruulos

Quandoquidem ad hunc solum promissio pertinet

De fatali promissione Chanaæ.

Reliquis uerò, quos DOMINVS à terra istius

Here.

NICODEMI FRISCHLINI.

Hereditate exclusit: neq; latum pedem
Tenere hic uoluit: auri solum munera,
Et argenti, ut nosti, dedi donaria.

EL. Scio factum, & non parum hinc odij natum tibi.
Nam Isaco postponi ægerrime tulit Ismael.

AB. Nihil hunc moror, nec quicquã eius odia. nam Dei
Amor est omnium hominum præponendus odio.

EL. Ita est. AB. Sed sine me peruenire, quò uolo.
Nam benè cum istuc successerit negotium:

Vnus adhuc restat scrupulus, qui me malè
Habet, & dies noctesq; pungit, ac nimis
Malè uellicat: eumq; animo euellere iamdiu

Laboro, EL. Quis nam ille est, here, scrupulus, cedo?

AB. Id audies. Nam ad eum eximendum tua opera
Mihi ac fide usus est. Itaq; te maxime

Rogo, ut in ea re mihi morem geras. EL. Tuum
Here Abraha, in me imperium est: non in te mihi.
Proin paratus sum exequi, quicquid iubes.

AB. Nunquam te aliter, atq; es, animum induxi meum.

EL. Quin ergò, quicquid est, id imperas, here?

AB. Haud magna res est, quam te facere nunc uelim.

EL. Eò minus molesta, aut grauis erit mihi.

Sed quænam est? AB. Rem omnem nunc à principio
audies.

Eo pacto & meum consilium facilius

Cognosces, &, quid facere in hac re te uelim,
Melius intelliges. EL. Ausculto perlubens.

AB. Postquam Isacus ex ephebis excessit meus:

Et ætatem uirilem iamdudum attigit:

Nunc rebus, ut uolui, compositis omnibus,

REBECCA.

Hoc superest unum: ut de uxore illi commoda
Prospiciam, dum uiuo: ne olim me mortuo,
Retia tendantur ei per matrimonium:
Ut nunc mos hominum est maxime. EL. Sic est. AB.

Nam ea

Quorundam perfidia nunc est, ut, quos student.
Perdere, nec iustam habent causam, illos nuptijs
Inuitent, illaqueent, irretiant: dein
Tanquam in cauea quadam praeclusas auiculas,
Iugulent, mactent, trucident infando modo:
Quod nuper admodum à Galilæis aliquibus
Hic factitatum uidimus: quos neq; fides,
Neq; ius commune gentium repressit, neq;
Reflexit, ut immane hoc non auderent scelus.

EL. Equidem uera memoras: nam fama huius rei
Nunc per totum terrarum orbem percrebuit.

AB. Hoc uti periculum caueam, nunc tempus est,
Dum uiuo: modò tu morigerum te præbeas.

EL. Quin tu uno uerbo dic: quid est, quod me uelis.

AB. Ita faciam. Hoc primum in hac re prædico tibi:

Quòd grandes hominum factiones non mioror:

Cuiusmodi sunt harum in Chanaa gentium.

EL. At, quæso, affinitates istæ non placent,

Quas Chananæi tibi sponte sua destinant?

AB. Minimè. EL. Nec Ephronis Hettæi, quite
suum

Ut scis, dominum uocat, sibiq; gratiam

Tuam dono nuper conciliare studuit?

AB. Nihil hunc moror, neq; quicquam eius donaria

EL. At neq; Abimelechum & Phicholem tibi sedere

Et

NICODEMI FRISCHLINI

Et summa amicitia obstrictos: summos uiros?

Quorum nemo est, qui filiam suam tuo

Vxorem deneget gnato. Ita sensi tibi

Hos omnes beneuolos. AB. Imò hæc dudum mihi

Illorum subolet beneuolentia: ac nimis

Metuo ne filio tendantur retia.

EL. Cur hoc metuis. AB. Quia nuptias istas ego

Malo effugere, quàm alij forsàn adipiscier.

EL. Quamobrem obsecro? AB. quia non possum
cum his hominibus

Affinitatem colere. EL. Quæ res uetat?

AB. Quia noui ego mores huius seculi malos.

Nam hodie in uxore ducenda, non qua fide

Aut religione, sed quibus pecunijs

Instructi sint homines, spectatier solet.

EL. Non satis intelligo, quò tendas. AB. Non? EL.

Non satis,

AB. Nempe ergò apertius uis me loqui? EL. Ita uolo.

AB. Primum Chananæos nosti homines esse impios,

Et cultores imaginum stultissimos?

EL. Noui. AB. Et multos habere deos. EL. Næ
plurimos.

AB. Nec spem ullam ponere in promisso semine?

EL. Nullam prorsus. AB. Nec circumcisos? EL. Neu-
tquam,

AB. Neq; fœderis memores, quod mecum iniit Deus?

EL. Noui isthæc, herc, quæ dicis, & ut dicis, animum

Induco: & te hoc mihi cupio credere. AB. Quomodo

Igitur cum gente, exitio deuota à Deo,

Affinitatem contraham, aut sobolem meam

Per-

Permisceam: nisi religionem quoq;
 Et diuinum cultum abijciam, profanaq;
 Sacris, & cœlum terræ confundam? EL: An fore id
 Credis? AB. Cur non credam? EL. Quia is nihilo-
 minus

In mente sua, patriam religionem, & fidem

Potest habere sartam tectam & integram:

Etiamsi Chananæam nactus sit coniugem.

Imò futurum spero, ut hoc connubio

Animum soceri lucretur atq; coniugis.

AB. Istuc in filio fieri periculum

Graue est. EL. Quid ita? AB. Quia enim heredem
 ipsum habeo unicum,

Ad quem promissio DEI de SEMINE

Illo uenturo, & terræ istius hæreditas

Pertinet: omnibus hîc prospiciendum mihi modis,

In cultu ut religionis maneat firmiter:

Nec usquam à pietatis declinet semita,

Néue improborum perdatur consortio.

Solent enim bonos etiam mores malæ

Contaminare haud rarò consuetudines.

Tum imprimis, si quis uxorem nactus fuit

Superstitiosam, illiberalem, incommodam,

Superbam, petulantem prophanam & impiam:

Magnum imminere solet, non tantum dominij,

(Cuius iactura leuior: siue uxor regat

Virum, siue uir uxorem: modò domestica

Res curetur benè) sed fidei periculum:

Cuius qui semel in uita naufragium fecerit,

Is nunquam post facile pietatis anchoram

NICODEMI FRISCHLINI

Apprehendet: neq; in portum optatissimæ
Vitæ appellet. EL. Miserum me, qui hæc nunquam
hactenus

Ita expendi. Sed perge, ut cœpisti, loqui.

AB. Nunc, quantum in hac re mulierum præpolleat
Astutia, ut à religione abducant viros:

Quanta Satanae fraus sit: quanta harum gentium,
Quas inter ætatem nunc ago, uersutia;
Etiam exempla prioris uitæ me commonent.

EL. Quemam obsecro? AB. Audies, ausculta EL, Ope-
ram hanc tibi

Dico. AB. filium meum maiorem, qui hîc habet
In Pharan, Ismaelem nostin? EL. Optimè.

Ab. Et matrē eius Agar? EL. quidni? Ab. Et eius coniugē
Aegyptiam, à matre ipsi desponsam? EL. probe.

AB. Quid? Lothum filium fratris mei Charan?

EL. Tanquam te AB. Nunc audi, quid ambobus mali
Ex matrimonio, & mulierum fraudibus

Euenerit. EL. Dic, obsecro. AB. Ismael technis
Aegyptiæ suæ à religione & fide

Patrum suorum tam longè recessit, ut
Circumcisi præputij parum memor:

Et fœderis, quod mecum iniit iam olim Deus
Promissionumq; irrisor nequissimus,

Osirim & Isidem honore honoret maximo,
Deos Aegyptios: tum præsertim Isidem,

Quam aliæ gentes Dianam nominant, colit
Impendio: quòd hæc Dea creditur feris,

Et uenatoribus præesse, quasi aliquod

Numen. EL. Profectò res apparet: nam Isidem

Plus

REBECCA.

Plus iusto ab illo honorari, ostendunt feræ,
 Queis nimium studet: & agrestium querimonie,
 Quas passim diuulgant de ipsius iniurijs,
 Et ferme quotidie nouas huc perferunt.
 AB. Quod si hoc idem periculum alteri meo
 Contingat Isaco, nolim in lucem edium.
 EL. Istud Deus prohibeat. AB. Sic spero fore.
 Sed fratris filium, quid ego dicam tibi.
 Quem filia uino madefactum, pro pudor,
 Ad incestam impulere consuetudinem.
 EL. Noui factum: & profecto illius me pudet.
 AB. Quid ipsum Adamum, primæuum patrem omnium,
 Qui Eux blanditijs illectus, malum sibi
 Vetitum malè gustauit: mandatoq; DOMINI
 Temerè admodum neglecto: cum uxori fidem
 Haberet: & se, & posteritatem in miseriam
 Et hanc lachrymarum uallem, adeoq; in luridi
 Barathri æternam præcipitauit uoraginem.
 Adeo potens res est, muliebris in uiro
 Seducendo fallacia: præsertim in fide
 Erga Deum, & religionis negotio.
 EL. Istuc sapere est, res iam olim præteritas sibi
 Pro disciplina & præceptis habere: & hinc
 Casus futuros longè prospicere, & uelut
 Ab excelsa quadam specula, periculum
 Venturum providere. AB. Tu ergo Eleasare
 Serua, quod in te est, filium, & me, & familiam:
 Ne forte talibus se inuoluat nuptijs.
 Nam ego haud quenquam fideliozem habeo, neq;
 Cui plus credam, nec qui magis ex sententia

NICODEMI FRISCHLINI

Mihi sit: neq; adeo cui meum concreduim

Filum hodie, quam tibi, Eleasare, audacius.

EL. Here mi, ego hoc tibi pro seruitio debeo,

Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies:

Capitis periculum adire, dum prosim tibi,

Tuoq; gnato, atq; adeo toti familie.

Proin impera, quod uis: effectum tibi dabo.

AB. Amo te, & meritò te semper feci maximi:

Neq; unquam ueritus sum abs te, ne faceres idem,

Quod uulgus seruorum solet, ut deluderet

Me consutis dolis. EL. Egón istuc in animum

Inducerem? id me magnus prohibeat DEVS.

Nam ut adhuc locorum feci, faciam sedulo:

Vt maximè, quod in rem conducat tuam,

Id agam, id persequar animo, corde atq; uiribus.

AB. Da mihi manū tuam, optime. **EL.** Non manū modo,

Sed omnem operam, fidem, ipsum quoq; animum meū:

Qui qualis in te sit, notum tibi arbitror.

BA. Eleasare, ego non tribuo hoc auribus tuis:

Noui, qui uir sies, & quā paucos tui

Similes habeas. Nam hodie, qui in aulis Principum

Versantur, & consilia rei dant publicæ,

Multi non domini, sed sua commoda promouent:

Quippe, quibus nil præter pretium dulce est. EL. ita est.

AB. Tu uerò omnia tua posthabes meis commodis:

Neq; unquam ulla in re tua mihi defuit fides.

Nam sæpè ego res multas commendauī tibi

Dubias, egenas, inopes consilij boni:

Quas tu sapienter, doctè, candidè, ac bene

Mihi reddidisti effectas hīc opera tua.

REBECCA.

Tum filium meum, fidei, ac fiduciæ
 Tuæ mandatum, curâsti probè & benè,
 Pudicèq; educaſti ingenium illius, in
 Artibus, in honeſtis literis, & moribus.
 Nam cæteri, quod faciunt, plerunq; aulici
 Magiſtri, ut principes ſuæ concreditos
 Fidei, à ſtudijs ac literis ad ocium
 Retrahant, & philoſophos contemnere, & uiros
 Doctos ridere aſſueſciant: quaſi principe
 Indignum eſſet, uacare literis bonis:
 Et ſatius, ui corpus uenando exerceat,
 Quàm animum, præcipuam partem hominis, ſtudio
 artium,

Et literarum expoliat. Horum tu nihil
 Eum docuiſti: ſed ea tantum, quæ pium,
 Sapientem, laudatumq; principem decent.
 Quibus pro benefacijs fateor deberier
 Tibi, præter libertatem, qua te lubens
 Iam olim donauì, multas gratas gratias.

EL. Here, ſi quid facio, aut feci, quod placet tibi: &
 Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
 Nam meritò hæc euenerunt à me tibi. Si enim
 Ego item memorem, quæ tu locaſti in me bona,
 Nox diem adimet, feciſti enim, ut nunquam tibi
 Dignas reſerre gratias poſſim ſatis:
 Perinde, ut tu promeritus de me & filio.
 Quod enim maius potuiſſes beneficium mihi
 Præſtare, quàm nullos cum haberes liberos,
 Quòd filio meo uoluſti omnia tua
 Bona legare? AB. Memini factum, nec pœnitet.

EL.

NICODEMI FRISCHLINI

EL. Sed & nunc omnibus præfecisti bonis:
 Ut omnia sub mea manu reposita sint:
 Ipsumq; filium magisterio meo,
 Et fidei subdidisti, & meæ fiduciæ.
 AB. Haud muto factum. EL. Quid multis uerbis opus?
 Ex seruo herum fecisti; aliq; in me bona
 Innumera contulisti: pro quibus omnibus
 Nunquam potero dignas rependere gratias.
 AB. Imò poteris: & nunc adest occasio.
 EL. Quomodo? AB. Si rem geras erga me fideliter.
 EL. Cedò quid uis faciam? AB. Id audies, sedeamus hûc.
 EL. Sede. AB. Chananæam filio me non dare,
 Id iam tenes? Nec ullam gentium,
 Inter quas habito? EL. Sic dixti. AB. Nunc percipe,
 Quid consilij capiam. EL. Ausculto quid me uelis.
 AB. Meministi, quid mihi ante paucos huc dies
 Renunciatum ex Mesopotamia fiet?
 EL. Memini: de fratre tuo Nachor. AB. Planissimè.
 EL. Et de huius filio Bathuel. AB. Videlicet.
 EL. Et filiabus ipsius. AB. Rem omnem tenes.
 EL. Quid ni teneam? AB. Nunc ergo pone manû tuam
 Sub femore meo. EL. Cur? AB. Quia iurandum iam
 est tibi.
 EL. Quid iurem? AB. Quod iubebo. BL. Quid iu-
 bes? AB. Volo
 Ut ad terram meam, & ad cognationem ibi
 Meam pergas, & capias uxorem Isaco,
 De familia mea. EL. Facilius hoc, here,
 Precipitur, quàm efficitur. AB. Quamobrem? cedo.
 EL. Quia

REBECCA.

Vxor quid faciat, in manu non est mea.

AB. Intellico. EL. Qui enim tu scis, an me sequi

Velit puella? Nam dulce est patriæ solum:

Nec cuiusvis est hominis, pede profugo & uago

Hinc inde errare. AB. Imò ubi uirgo intellexerit,

Cui nubat: sequetur animo promptissimo. (nis

EL. Qui sic? AB. Quia nubit populari suo & sanguine

Propinquitate coniuncto sibi. EL. Esto ita:

Connubium suo gentili non abnuat.

Quid uerò, si in patria manere postulet,

Noliq; sequi me? quid tum agam? num filium

Reducam in terram, unde huc olim migrasti, here?

AB. Cauesis, ne hoc faxis: neu in animum inducas tibi,

Meum ut reducas illò filium. EL. Obsecro

Quamobrem? an non uidetur hoc duobus ex

Malis optatius gnato uxorem dare,

In patria terra, piam atq; commodam:

Quam hic inter ignotos & peregrinos cum,

Vel uxorem ducere malam atq; incredulam

Deo: uel omnem ætatem exigere cælibem?

AB. Imò neutrum mihi placet, & tu quod times,

Frustra times. EL. Qui sic? AB. Quia hoc negotium

Non à uoluntate humana pendet, neq; in

Nostra situm est manu: sed unius DEI

Opus est. Ad hunc nostri oculi auertendi. EL. Benè:

Sed qui tu scis, an ita placeat Deo, an secus?

AB. Eho, tu ne, Eleasare, dubitas hoc? Dominus Deus

Cæli & terræ, qui me è domo patris Tharæ,

Et è terra natalis eduxit soli,

Et locum in hunc statuit: tam crebrò pollicitus est,

Ac iureiurando confirmauit mihi:

NICODEMI FRISCHLINI

Quòd Chanan eam terram mihi atq; posteris,
 Ex Isaco daturus sit. Et id sepius
 iam repetiuit: eamq; ob causam factum puto, ut
 Me ex tot laboribus, tot ex periculis
 Tot exilijs eluctatum, hoc deum loco,
 Inter Chananæos uoluerit quiescere.
 Huic ego fidendum, in hunc respiciendum puto,
 Neq; committendum, ut hinc recedat filius,
 Aut illò redeat, unde olim migrauimus.
 Atq; haud dubito, quin angelum suum tibi
 Quasi pronubum, concessurus in hac reflet,
 Vt eius opera uxorem capias filio.
 EL. Ita ne fore credis? AB. Quid ni credam, qui angelos
 Toties mihi adiutores in periculis,
 Et rebus aduersis uitæ habuerim meæ:
 Multisq; pridem hoc documentis cognouerim.
 EL. Sin autem res secus, quàm spes est, ceciderit,
 Nunquid iuramentum nihil obfuerit mihi?
 Nihil prorsus, duntaxat filium meum
 Ne illò reduxeris. EL. Cauebo hoc faciliè.
 AB. Quin ergo manū ponis sub femore. EL. Ut lubet
 Arbitratu tuo iusiurandum dabo,
 En pono: quid nunc? AB. Recte sanè: aduerte nunc
 Animum, & præeuntem uerbis me sequere. EL. Lubès.
 AB. Deus cœli & terræ, te inuoco testem mihi.
 EL. Deus cœli & terræ, te inuoco testem mihi.
 AB. Quòd Abrahami heri mei filium Isacum.
 EL. Quòd Abrahami heri mei filium Isacum.
 AB. Ex hac terra in patriam nolim reducere:
 EL. Ex hac terra in patriam nolim reducere:
 AB.

AB. Neq; uxorem illi Chananæam, aut similem dare:

EL. Neq; uxorem illi Chananæam, aut similem dare.

AB. Sed eam, quam iubeor, pro uirili quærere:

EL. Sed eam, quam iubeor, pro uirili quærere:

Et sine fraude ac dolis. EL. Et sine fraude ac dolis.

AB. Sic me DEVS adiunet. EL. Sic me DEVS adiunet.

AB. Nunc acquiesco & defecato ab eo animo.

EL. Nihil ergo me uis aliud here? AB. prorsus nihil,

Quia meus nunc animus in portu nauigat.

EL. Sed nunquid causæ est, here, quim proficiscar hodie?

AB. Statim ne? EL. Sic. AB. Iam? EL. Sic prorsum,
nisi quid moræ est.

AB. Ut lubet: nam in me nihil erit tibi moræ,

EL. Eo nam prius animo ocioso esse haud queo,

Quàm tibi gnatoq; tuo rem omnem perfecero:

AB. Rectè. EL. Sed dum nimium propero, penè fucram

Oblitus, quod uel maximè iam ab initio

In hac re scitari uolui. AB. Quidnam? cedò.

EL. Vtrum tuus etiam filius huius rei

Est conscius? AB. Cur id rogas? EL. Merito: quia

Cauendum, ne inuito obtrudamus coniugem.

AB. Ne sis sollicitus. nam tali ingenio meus

Est filius: ut eadem illi placeant, quæ mihi:

Eadem displiceant, quæ mihi. EL. Noui quidem

Ingenium eius, quale sit in rebus cæteris:

Sed in re uxoria nondum perspectus est

Mihi illius animus. Nam hoc mercimonium

Proci nostrates cæcis oculis non emunt.

AB. Quiesce. Isthanc rem ego rectè uidero domi.

EL. Sed dum absum, quis meas geret interim uices?

NICODEMI FRISCHLINI

AB. Syro hanc dedi prouinciam, ut rus hinc eat:
 Nostrosq; obseruet seruulos: dum tecum ego
 Hoc transigerem negotij. Proin animo
 Tranquillo es Eleasare, & de rebus interim
 Nostris in utramuis aurem quiescito.
 EL. Sed nullósne mihi comites adiungam uicē?
 AB. Imò ut uoles: nam reperies intus domi
 Pro arbitratu tuo. EL. Sat habeo, benè uale:
 Et felicem mihi reditum à DEO impetra:
 Namq; una precatio tua plus mihi commodi
 Feret, quàm omnis labor meus. AB. Benè ambula.

ACTVS I.

Sccena II.

Abrahamus.

Verissimum id esse, uulgò quod dici solet,
 Reipsa nunc demum experior: si quis bonum
 Et frugi nactus sit seruum ex sententia:
 Eum non postremum hac in uita commodum
 Adeptum esse, uelut ego hunc habeo Eleasarum.
 Nam is in me herum matura solet capeffere:
 In se sera: & quod iubetur, citius citis
 Quadrigis properat persequi: Tum quas ego
 In seruo puto uirtutes longè maximas,
 Fidem ac taciturnitatem: has rebus omnibus
 Adhibet, & quod rarum in seruo est, contumelias
 Nullas, nulla maledicta in quenquam hominem ingerit:
 Pietatis insuper tantò obseruantior

Est cæteris: quantò illi ad sæua crimina,
 Et conuicia se habent ferè procliuius.
 Itaq; mihi dubium non est, quin angelus
 Dei eum huc reducturus sit satis propitijs:
 Idq; ut fiat, DEVM immortalẽ unicè precor.
 Nunc proximum est, ut conueniam natum meum:
 Et eum de consilij nostri sententia
 Certum faciam. Nam is solus nunc restat mihi
 Monendus, ut si eueniat, quod uolo, nihil
 In ipso sit moræ. Et spero sic fore.
 Nam nulla in re prius unquam immorigerum habui.
 Ibo intrò, ut, quæ constitui, peragam sine mora.

ACTVS. II.

Scena. I.

Ismael.

Octonarij Iambici.

Exite, agite, ite ignaui: uos malè conciliati, male
 habiti.

Ite ociosi, quidnam restitatis? Iamdudum iubar
 Clarum solis obortum est: & omnes syluæ luci
 peruicæ.

Et uos adhuc ignaui stertitis? Executiam hercle inertiã,
 Hanc uobis, si uiuero. Quanquam ita animatos uos esse
 uideo,

Ita negligentes, ita deperditos, ita ingenio improbo,
 Vt duritia tergi me uincere cogitetis. Nam ego ferè,
 Semper prius pulsando, quàm uos uapulando, per Iouẽ,
 Fatigari soleo, neq; crediderim sanè hîc homines magis

NICODEMI FRISCHLINI

Vnquam asinos procreatos esse, quàm estis uos plagipatidæ.

Quid enim hesternæ meæ profuit increpatio? quid uerbera?

Quid innumerae plagæ, quibus costæ uestræ etiamnum calent?

Nunc adeò edictionem isthanc meam omnes animo aduortite,

Nisi centum lepores hodie, totidemq; capreas cepero:

Omnes uos ego domum abripiam, atq; ibi loris ad necem operiar.

Atqui heri prædixeram omnibus, dederamq; eas prouincias

Hic singulis: ut alij uestrum adducerent uegetos canes

Secum: quos illis per hyemem educandos tradideram: alij

Sepes diruerent: & ceruis omnes agros & uineas

Patefacerent: alij syluam Pharan septo circumdarent:

Alij plagas & retia conficerent, & uenabula emerent:

Et hoc omnes ageretis, rebus uestris omnibus domi

Intermissis, ne liberum quidem memores & coniugum.

Sed officium non facitis, nisi malo commoniti atq; flagris.

Quin nunc assistite contra me omnes, & quæ loquar, aduortite.

Tibi nequam & scelerum caput, mandari dudum iusseram,

Vt rete conficeres, ubi habes? i, affer: ni iam affueris
hîc

Statim, tuis ex uirtutibus à me probè exornaberis.

Quid tu uerò: quid respectas? hoc sis uide: hoc age,
uerbero

Huc animum aduerte: huc adhibe aures. Tibi manda-
tum fuit, canem

Vt tecum adduceres. Vbi est? quid mussas nebulo:
quid taces?

Proh Iupiter, quæ hæc oscitantia est? quæ negligentia?

Itâne ad mandata claudi, cæci, muti, manci ac debiles

Estis? nihil ut rectè facere in animum inducatis, nisi
malo

Et damno mulctati aliquot? Ego ædepol uos accipiam
modis,

Quibus digni estis, miseris: ut memineritis uestri &
mei.

Chamum optimè. Ex hoc iam sciam, quid isthuc sit ne-
gotij:

Quòd omnes tam remisso ingenio, tam uerboribus ani-
mis

Estis, tam futiles, tam deniq; nullius pretij homines:

ACTVS II.

Scena. II.

Chamus, Ismael.

Octonarij.

Dispercant omnes rustici, omnes agricolæ, omnes
Philosophi,

Quicunq;

NICODEMI FRISCHLINI

Quicumq; uel ligone, uel aratro, uel falce, aut sarculo
Philosophantur. Dispercant, inquam, pessimis omnes
modis:

Nam horum nunquam cuiquam quidquam, in mentem
uenit, ut rectè faciat.

Modò egressus domo, ut futura uenationi operam da-
rem:

Et quæ necessaria sunt præpararem: uix unum in Pha-
ran

Reperi, suo qui fungeretur officio rectè & probè,
Omnes stare, oscitari, ronchos ducere: deniq; nec
malis

Nèq; bonis uerbis, nec uerberibus quidquam moue-
rier,

Sed certum est mihi, si herus illò aduenerit, impune
haudquaquam ferent.

Nunc conuertor domum ocyus. IS. Vocabo. Heus Cha-
me. CH. Quis uocat?

IS. Ausculta. CH. Emere oportet, quem tibi obedire
uelis. IS. asta, mane.

CH. Satis pro imperio, quisquis es, IS. ego sum, Chame
ad me respice.

CH. Proh Deum herus est. non uideram, obsecro te
hercle, ignoscas mihi.

Nam alium esse censui, ac es. IS. Erga alios sis, ut animò
lubet:

Dum modo mihi rectè morem geras: sed quid agunt ru-
stici?

CH. Isti ne? IS. non: sed quos tecum eduxisti in desertum
Pharan.

CH.

R E B E C C A

CH. Nihil rectè. IS. Neq; hi scelesti uerberones quicquam agunt,

Nihilq; omnino eorum persecuti sunt, quæ iusseram.

CH. Credo facile: ut est ingenuum omnium agricolarum à uenatoribus.

Alienum. Nam quales sint isti, modò quos in nemus Pharan

Eduxi: id malo te coràm uidere, quàm uerbis meis Prolixius doceri. IS. Ego de illis pòst in agro uidero: Nunc aliud agendum restat: cuius gratia huc uocaue-
ram.

CH. Quid illud? IS. Audies. An non dederas huic rustico canem

Saginandum? CH. Imò. IS. ubi est? CH. Heri mortuus est. IS. Mortuus? fame arbitrò.

CH. Fortasse. IS. Sed an non huic etiam dederas canem? CH. factum here.

Atq; eccum. IS. sine uideam. Tene interim hoc meum, tu furcifer,

Venabulum. Proh Iupiter; proh magna Diana, non pu-
det

Te, hunc strigosum canem in meum conspectum pro-
ducere,

Qui ossa atq; pellis totus? Ita cura macer? quin exta ei Vel uiuo etiam in sole inspicere licet. Ita pellucet,
quasi

Laterna Syriaca. CH. ita agilem fore credidit, ut qui abdomine

Pingui, non impediretur. IS. At ego tres passus curri-
culo

Emeo

NICODEMI FRISCHLINI

Emetiri non posse, certò scio: nam totus est macer:
Totus cura famelicus. Sed cur cibum non præbuit?
Quid negligentia hac promeritum censes, Chame? CH.
quid? crucem

IS. Hem sic datur, si quis hero morem non recte gerit
suo.

I intrò. Sed ubi nunc alter, quem rete afferre iusseram?
Hic adstat quidam cum reti. IS. sine uideam: prohi iu-
piter:

En rete hoc ad lepores capiendos factum. CH. Ad ur-
sos forsitan.

Nam ita laxum est, ita rarum: ut ur si atq; alces pene-
trent sine

Omni remora. IS. Quæso hercle, homo hominum
omnium deterrime,

Cur ausus hoc facere? cur officium tuum sic negli-
gere?

Quid meritis est? CH. Quid? pro una pessima plaga,
centum optimas.

Pol, haud erras, Chame. Sed quid tu respondes mihi? quid
stas lapis?

Hem uerbero plagas tibi centum optimas, pro una
mala:

Hem, uapula, nequissime: uapula: meritòq; uapula
tuo.

Atq; audi: si posthac uel te, uel alium negligentem ita
Deprehendero: ad id redigam miseriarum, ut semper sis
miser.

Sed age, Chame, exploremus nunc etiam illorum uen-
bula.

ACTVS

REBECCA.
ACTVS SECVNDI

Scena III.

Syrus, Ismael, Labrax, Chamus.

Octonarij.

Prouiso ubi sint agricolæ: quod nusquam! compa-
rent domi.]

Nam biduum reor, ex quo non redeunt ex syluis
domum.

Mirum profecto, nisi genio suo indulgent, aut crapulæ:
Ita ut sit, Domini ubi absunt. IS. Tuum ne Labrax,
hoc uenabulum?

LA. Meū uerò: meo qui illud habeo coemptū peculio.

CH. Satis superbe, LA. Satis moleste. CH. Confiden-
tiam uide

Hominis rustici: ut os sibi distor sit carnifex. LA. Omit-
te me.

IS. Nunc sine: uenabulum tuum cedo, ut uideam peni-
tissimè.

LA. En cape. IS. Quid hoc? Iupiter ut te perdat cum
isto uenabulo,

Quod totum ærugine obsitum est, totum exesum rubi-
gine.

Credin te, Chame, hac cuspide aprum posse unum con-
figere?

CH. Egonè? murem si confodere iubeas isto uenabulo,

Nihil efficiam. IS. Quid meritum censes? CH.

Labraci uti labra

Discendantur, Sy. Perquirere prius non desistam, quàm
alicubi

NICODEMI FRISCHLINI

Eos reperiam. Sed quis hîc in proximo clamor oritur?
LA. Obsecro populares, ferte misero atq; innocenti auxilium:

Subuenite inopi. SY. Proh Doum, quid uideo? nostrum ne seruulum

Hic uerberat? quid sto? quid cesso? cur opem illi non fero?

Quid hoc turbæ? quid tibi, uenator, erga nostros tatio est?

IS. Quid tu hominis es? quid tibi mecum negotij, ignauissime?

SY. Imò quid tibi negotij cum seruis nostris in tuis Venatibus? Cur illos ab operis suis, rure abstrahis?

IS. Quia sic libet. SY. Sed non licet. IS. Qui scis? tibi ne ego teneor

Reddere rationem, stimulorum seges? SY. Si mihi non reddere.

Teneris, reddes alij. Est in cœlis Deus, qui quæ mala Nos facimus, audit & uidet. IS. Quis te sacerdotem mihi

Constituit? ego hæc plus millies, à patre audiui cum tædio.

Sy. Iniurius certe es, miseros qui & innocētes uerberat.

CH. Siccine tu responsas hero meo? caue sis, nescis cui

Maledicas tu uirp. SY. Quid nesciam? quid mihi tecum est rei?

IS. Scelesta, si nihil tibi rei nobiscum est, cur non abis?

Cur non hîc ocyus face sis? SY. Agricolas dimittier

A te uolo. Hoc si feceris, discedam: nam ruri hîc eos

Operis uacare oportet: hoc herus iubet, IS. quis herus iubet?

Ne-

Neminem ego herum mihi agnosco. SY. Eho, num tu
regnum hic possides?

IS. Irrides furcifer. Accede huc Chame, & propter
mastigiam hunc

Astiste: nec mora sit, si unum ei contra me exciderit
uerbulum,

Quin pugnus continuo in mala hereat. CH. libenter
obsequor:

Neq; ad ceruos æque cursim procurram, ut conficiam
manu.

SY. Caue sis, ne me attingas scelus, CH. quid? tetigi
ne? num dolet?

SY. O facinus indigoum. IS. Geminabit, nisi caues.

SY. Hei misero mihi.

IS. Quid clamitas? abi hinc. SY. Despeream, nisi ego
istanc iniuriam

Nobis illatam, ad iudices deferam. IS. Imò mihi gra-
tias

Debes, quòd tam leniter actum est tecum, nec uti pro-
meritus es:

Eo hinc. IS. Si dudum ijses, non hic uapulasses care-
nifex.

Sed quid nunc agimus? cur non imus? sequimini me
hæc rustici.



NICODEMI FRISCHLINI
ACTVS II.

Scena IIII.

Syrus.

Senarij.

DEum immortalem, quæ huius uenatoris est
Iniquitas? quæ iniuria in hos innoxios
Et immerentes agricolas? Itan homines
Pecudum ritu tractare istis Satyris licet?
Quasi uerò miseri in hoc nati sint rustici,
Venaticos ut alant canes: quibus domi,
Quod ipsi edant, nihil est. Nam liberos fame
Experiuntur non rarò contabescere.
Quæ uerò miseria est, tot flagris affici,
Sic uapulare? sic ad quemuis aulicum
Nutum intremiscere, nec contra audere hiscere?
Emortuum ego me mauelim, leitho malo:
Quàm non illi dem hodie insidias Chamo,
Qui me tam indignis immeritum habuit modis.
Sed interea domum rursus concessero,
Dum illi à uenatione sese huc recipiant.

ACTVS II.

Scena V.

Abrahamus, Isacus.

Senarij.

REm omuem tibi demonstraui intus ordine.
Minus si tenes, uolo percipias denuo.

IS. Com.

Commemini omnia pater: nempe uxorem mihi
Daturum te aiebas. AB. Recte, fili Isace.

Nam ea nunc gratia produxi te foras,
Tecum ut loquar ea de re familiarius.

IS. Ausculto, quid uelis me hic amplius pater.

AB. Equidem hunc uidere sepius optavi diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
Et ad quem terræ huius cederet hæreditas:

Quandoquidem diuina ad te & posteros tuos
Pertinet, exclusis fratribus, promissio.

Sed hætenus, ut uoti huius fierem particeps,
Nunquam sese obtulit sperata occasio.

Nunc itaq; (quæ res bene uertat mihi & tibi,
Adeoq; toti familiæ & nepotibus)

Hodie uxorem ducas uolo, me uiuo patre,
Priusquam moriar, & è corpore migrem meo.

Nam propterea tibi nunc omnia bona tradidi:

Vt propriam tibi constituas familiam. (Sara)

IS. Sed uereor ut possim. AB. Cur? IS. Quid matris
Memoriam & luctum animo nondum cieci meo:

Nec dum annus quartus exijt, cum diem obijs:
An igitur non absurdum erit, me operam dare

Tristem iam nuptijs: & cum flere addecet,
Ridere? AB. Imò sat lachrymis datum reor.

Neq; enim lamentari nos mortuum decet,
Vt Chananæi faciunt: quibus adempta spes

Alterius uitæ est, nec se rediuiuos fore

Vnquam credunt. IS. Sic est. AB. Quin mater hoc
idem

Scio te facere uellet, ego quod te uolo:

NICODEMI FRISCHLINI

Si uiueret. Nunc quod obijt, id non est nouum:

Quia morti omnes debemur, quotquot uiuimus.

Proin istam onutte uanam sollicitudinem,

Et da te hodie mihi, ac noli aduersari.

IS Sed ætas non uidetur immaturior?

AB. Deus bone, ætas quæ sit immaturior?

Annos quadraginta natus es: & ducere

Vxorem, te ætas prohibet? Quid statuendum erit

De ijs, qui priusquam medium contingant tuæ

Ætatis, ante annum haud rarò uicesimum

Vxores ducunt; liberos ut procreent,

Aut potius ut suam uoluptatem expleant:

Cum sint ipsimet plus quàm infantes *ὥς πρὸς*

IS. Faciant, quod lubet, alij: mea sic sententia est.

AB. Quod aliorum dissimilis esse moribus

Studes: in hoc te laudo. Sed tuam mihi

Ætatem frustra infers, quæ & confirmatio

Est, & uitæ suæ habere iam modum potest.

IS. Age, mitto ætatem: mitto & moerorem meum.

Sed unde tandem uxorem inuenies commodam,

Et moribus ac religioni parem meæ?

Qualem omnino esse oportet eam, quam duxero.

Nam in his terris haud ullam talem reperiēs.

AB. Ne sis sollicitus: sed responde, quod rogo.

IS. Quid est? AB. Si uirgo, quā reperero, pia & proba

Tuisq; accommoda sit moribus, uim ducere?

IS. Ego te puto & ætate, & beneuolentia

Plus scire, ac providere, quàm me ipsum, mihi.

Proin si ita æquum censes, aut factum est opus,

Age fiat, mos geretur, AB. Facis, ut te doceat,

Cum

Cum istuc quod postulo, impetro cum gratia.
 Nunc tu, quod reliquum est, hosce per dies, domi,
 Ut sis, uide: & rem familiarem bene gere,
 Dum redeat huc Eleasarus. IS. Quonam ille abit?
 AB. In Mesopotamiam, ad cognatos nostros, domum
 Bathuelis, filij Nachor, fratris mei.
 IS. Quid illuc acturus? AB. Rogitas? Cognata ibi
 Puellæ ambibit nuptias, è patria
 Domo. Nam ut hoc faciat religione fidei,
 Et iureiurando obstrictum dimisi. IS. Itan
 Pater? AB. Sic. IS. proh Deum nunc demum intelligo,
 Vnde initium duxerit, & quò tendat tua
 Oratio: nam hæc mihi primò absurda admodum,
 Et insolens uisa est: cum antehac de uxorio
 Negotio nullum fecisses uerbulum:
 Sed credis ne adducturum secum uirginem
 E patria? AB. Ita spero quidem: sed spes humana ita
 Est comparata, ut, nisi precibus foueatur, &
 Fide in deum, insperata sæpius accidant,
 Quàm quæ speres. IS. ita est. AB. Proin uotis Deum
 Ardentibus roga, ut hoc secundet illi iter:
 Et angelum suum adiungat ei pronubum.
 IS. Ita faciam. AB. Nam opes, agros, pecunias,
 Et similia parentes relinquunt liberis:
 At uxor honesta à solo prouenit DEO.
 IS. Vera memoras. AB. Abeamus ergo intro & bona
 Spe freti expectemus, dum tandem redeat huc
 Eleasarus cum sponsa tua. IS. Præi, sequar.
 Quid hoc negotij? an hoc non est patrem pium,
 Sapientem, intelligentem esse: mihi tau bene.

NICODEMI FRISCHLINI

Rebusq; meis, & fortunis qui prospicit?
 Nam proh DEVM, quæ hæc est illius cautio?
 Quæ in filium pietas? quæ providentia:
 Ne quid detrimenti, aut damni capiat mea
 Domus: neu insidiæ dentur ab incolis mihi
 Per matrimonium: ut nunc mos est maxime.
 Itaq; adeò magnam curam iniecit mihi
 Cura sua: ne fortè imprudens hîc agam,
 Quod nolit. id sciens cauebo. nam decet
 Esse audientem dicto patris filium
 Bonum: qui rectè sapit: itidem, ut ego sum patri.
 Cui si quid uolupte est, mihi uoluptas maxima est.
 Nunc intrò concedam: ut, quæ iussus sum, exequar:
 Ne mora fortè meis nuptijs egomet siem.

ACTVS III.

Scena I.

Eleasarus.

Senarij.

HI sunt loci, atq; hæ regiones, quæ mihi ab hero
 Sunt demonstratæ, ut rationem capio oculis.
 Nam ciuitatem hanc esse Charras autumo:
 Vbi ille habet patruelis heri mei Abrahæ.

Itaq; nimis uelim dare mihi obuium
 Hominem, qui certum me faciat, ubi Bathuel
 Habitat: cui ab hero nuncium apporto meo,
 Vt filiam eius ambiam, herili filio.
 Sed annon ego sum compeditus & miser:
 Cùm nemo hominum est, qui se mihi ferat obuium:

Nec

Nèc gnarus sum loci: neq; unquam hìc fui:
 Nec quenquam in his hominem noui regionibus?
 Nunc quam facile sit peregrinis mihi in locis
 Ignoto incertas nuptias sectarier,
 Quis, tacente me, sponte sua intelligit.
 Quid ergo acturus: cui neq; gutta consili
 Certi parata est, neq; nunc quid faciam, scio,
 Neq; exordiri primum, unde occipiam, habeo:
 Neq; ad texundam telam certos terminos?
 Quid si hìc eos imiter, qui inuestigant mare?
 Nam qui uiam nescit, qua ueniat ad mare,
 Eum oportet annem quærere comitem sibi.
 Ego in hac re commodiorem nescio uiam:
 Nisi ut hunc puteum, quem hìc conspicio, gradu petam.
 Nam haud dubie homines hùc confluent ex oppido,
 Ut aquam hauriant: quando ita diei tempus est:
 Et serus declinat dies in uesterum,
 Et certe sic agam: nam hìc puteus nunc mihi
 Annis erit. Hunc certum est sequi. Sed pro Deum
 Quod hoc offertur tam lepidum spectaculum
 Mihi? quæ istæ tot mulieres, hùc cum hydrijs
 Ad me uiam affectantes? utinam fas mihi
 Deum rogare, ut ex his foeminis, quæ aquam
 Modo haurient, ipse unam uxorem destinet
 Herili filio: meumq; in re satis
 Confusa & perplexa, animum pro arbitrio meo
 Confirmet ac certum reddat. nam in his malis,
 Quæ me repente circumuallant, nullum erit
 Auxilium tutius, nullumq; remedium
 Presentius: quàm supplicem fieri Deo:

NICODEMI FRISCHLINI

Vt propicio is nomine suo nos adiuuet:
 Qui in nescijs rebus spe nescia sumus.
 Equidem PRECES piūm, nunquam sunt irritæ:
 Neq; quidquam ijs est uspiam efficacius:
 Quoniam hæ solæ fidelium arma sunt, quibus
 Cælum expugnatur, & aduersa in uita superantur
 omnia: (Oſtonarius.)
 Solæ, quibus dubij confirmantur animi,
 Solæ, quibus ieiuna spes hominum alitur.
 Ad te igitur uenio, spem, salutem omnem expetens.
 Qui solus fons salutis es, solus auxili
 Copiam habes, DOMINE DEVS Domini mei
 Abrahamæ,
 Te obtestor, teq; oro & quæso, ut ne dare operam
 Hodie mihi te pigeat, quod te orabo: sed
 Et misericordiam fortunis Abrahamæ
 Heri mei impertiri clementer uelis:
 Et me seruum respicere digneris tuum.
 Ecce ego sto, iuxta fontem hunc, & iam uirgines
 Ex oppido egrediuntur ad hauriendam aquam,
 Sit ergo puella, cui dixero: Cedo hydriam
 Tuam mihi, ut bibam, & ipsa morem gesserit,
 Ac mihi potum præbuerit, & meis insuper
 Camelis comiter ac benignè obtulerit: hæc
 Sit, inquam, ego quam petam uxorem domino meo
 Isaco, ac si mihi abs te de manu in manum
 Effet data. Et hinc facili ratione colligam,
 Quòd misericordiam hero meo tu adhibueris.
 Nam ego, frustra huc, illuc circumspicio, ô DEVS:
 Frustra meo labore, meaq; industria,

Et

R E B E C C A.

Et uarijs artibus successum quærito:
Nisi tu negotium clementer dirigas.

A C T V S III.

Scena. II.

Rebecca, Eleasarus, Cario.

Senarij & octonarij.

Domi manete uos reliquæ. Ego hinc exeo.
Vt aquam hauriam, mox adero: uos focum inte-
rim

Construite, ut igni luculento luceat,

Et cena paretur, dum reuertar huc domum.

Atque audis Pardaliscæ: uide ne olusculum

Igni admoucas propius: neu exuras rapula:

Id quod heri tua commissum est negligentia.

Profectò nunquam ego pedem domo effero

Sine cura ac sollicitudine rerum, quæ domi

Geruntur ab ancillis. Adeò nostræ nimis

Sunt oscitantes: adeò ignauæ ac desides:

Vt uix unam uideas memorem officij sui.

Itaq; maturandum mihi est, ut sine mora

Cum aqua reuertar. Sed quid hoc est obsecro?

Quos ego homines hîc esse ad fontem conspicio?

EL. Cuius hominis uox mihi ad aures huc aduolat?

RE. Obsecro, quos ego uiros hos dicam, uestibus

Peregrinis, ignota facie? Pol haud scio,

Quid mihi animus meus præagiat. Sed oculos

Quid hîc circumfero, quasi iam nihil fiet,

Quod

NICODEMI FRISCHLINI.

Quod agam? EL. Certè uocem audire mulieris mihi
Visus sum. CA. Hec pro Deum, quæ huc foemina ferre
gradum?

Quàm liberali facie? quàm ætate integra?

Vbinam est, Cario? CA. Næ ego pulchriorẽ Elea-
sare

Nunquam uidi prius. EL. Quin monstras eam

Mihi Cario? CA. Si hanc aspicias, delebis procul

Omnes de hinc ex animo Canaæ mulieres.

Nam, præ ista, nostrates mihi pithecia,

Et spinturnicia esse uidentur. EL. Enecas

Me nugis tuis: Quin tu tandem monstras eam

Mihi, quonam abierit, aut ubi sit? CA. Eccam, hec,

Huc redit è puteo. Viden ipsam? EL. Video, sed heus.

CA. Quid est? EL. Camelum serua tibi meum: dum
ego

Redeam. CA. Quò ibis? EL. Procedam uirgini ob-
uiam,

Vt alloquar, priusquam hinc abeat longius.

Equidem certum mihi est hîc experirier,

Vtrum hæc illa sit, pro qua Deum modò

Precatus sum, & utrum ipse hoc fortunauerit iter.

RE. Ad me tendit hic homo. EL. Puella salue. RE. Salue
& tu, mi homo.

EL. Gratiam habeo tibi. Sed est quod te oratam uolo,
nisi tibi

Molestum est. RE. prout oraris, dabitur opera & in ne-
gotio.

EL. Haud magnum est, quod te orabo. RE. quid est?

EL: Hydriam tuam mihi cedo, ut (dimeter)

R E B E C C A.

Bibam. RE. Lubens: cape & bibe, Domine mi, quantum uis. EL. Gratiam

Habeo. REB. Bibe amplius, siquidem id gratum est tibi. (Senarius.)

EL. Gratiſſimum. Sed ego bibi ſatis. REB. Quin etiam, ſi placet,

Tuis camelis hauriam, dum ſe potu ſatiauerint.

EL. Magnas meritò tibi gratias ago, cum iſtam mihi copiam

Tam prompto offers animo: Ac certè mihi officium gratiſſimum

Præſtiteris, modò non ſit moleſtum tibi. REB. Moleſtum hoc ſit mihi?

Cur obſecro, grauarer, aquam uobis, quam hoſtis hoſti commodat?

Adducite uos camelos huc propius ad hunc canale: Ego hinc

Aquam ex hydria mea infundam omnibus. EL. Dij immortales, quid hoc

Dicam eſſe negoci, mihi quod tam ſubitò, nec opinanti, accidit?

Nam quid ego in hac potiſſimum re laudem? quid potiſſimum

Admirer? quid primum aut poſtremum prædicem? num uirginem

Quæ tam benigna & comis eſt in me hoſpitem? an uerò Deum,

Cuius nutu reguntur hæc omnia? Equidem totus animi pendeo, nec quid prius hic agam certus ſum: niſi ut experiar, an

Deus

NICODEMI FRISCHLINI

Deus hoc iter fortunarit. Nam huius ego providentiæ
Omnia committo: cum sine hac nihil rerum geri
queat.

Hæc illud cornu copię mihi est, ubi mæst, quicquid
uolo.

In hac consilia insunt omnia: in hac thesaurus sapien-
tiæ:

In hac rei exitus prosper: in hac uxor herili filio.

Poëtæ fortunam Deam faciunt, cæloq; collocant:

Vt quæ humana ardet & singat, pro libitu, omnia. Cæ-
teri homines,

Cum quid bene euenit, suæ plerunq; adscribunt indu-
striæ.

Nam bene ubi quid consilium discimus accidisse, catum
hominem

Eum esse declaramus: stultum autem illum, cui uertit
male.

Stulti haud scimus, frustra aut scimus, cum sapienter ali-
quid dari

Petimus nobis: quasi quod in rem sit, possumus noscere.

Ego certe diuinæ providentiæ hoc negotium

Totum fero acceptum: in cuius manu & nos & sa-
pientia

Nostra omnis, & omnes sermones sunt. Nam profecto
sic erit.

Centum doctorum hominum consilia sola deuincit Dei
Prouisio, qua administrantur mortalium in uita
omnia.

Sed eccam uirginem, quàm celeriter ab opere hûc se re-
cipiat.

R E B E C C A.

REB. Ad te reuertor domine mi, posteaquam cameli
omnes tui

Biberunt: Nunquid uis me aliud? EL. Nihil, nisi ut bene
sit tibi.

Et ego ut gratum me ostendam: atq; adeò munusculum
tibi

Dem pro tuo in me beneficio. RE. Non est opus: feci lu-
bens,

Et sine molestia. EL. Sine me. Nam me tibi benignè ili-
dem addecet

Bene merenti, bene ferre gratiam. Atq; en tibi munu-
sculum.

Cape hanc in aurem tibi. REB. Nimum est munus: ni-
mio uobis aqua hæc

Constabit precio. EL. Haud quaquam nimio, quia lon-
gè maiora de

Nobis promerita es. Quin etiam manus porrige. RE.
Quid cum ijs ages?

EL. Ambas his armillis exornabo aureis. REB. Absit
procul

A me iste luxus. nam bono ingenio me ornatam esse uo-
luit

Pater, non auro. EL. Intelligo. Sed hoc dic mihi, uirgo,
nisi

Molestum est, quis tuus est pater? REB. Cur sit mole-
stum? mihi pater

Est Bathuel, si nomen etiam audiisti ante hac usquam.

EL. Quis est ille Bathuel? cuius nam filius? cedo. RE.
Filius

Nachoris est ex Milca. EL. Proh Deum, quid audio?
RE. Res quod est. EL.

NICODEMI FRISCHLINI

EL. Pater tuus est Bathuel? REB. Sic est. EL. Et auus
tibi fuit Nachor?

RE. Omnino. EL. Et mater Bathueli Milca fuit? REB.
Planissime.

EL. Nunc tibi, supreme IOVA, gratias ago, quàm ma-
ximas

Possū animo concipere, quod misericordia tua mihi,
Heroq; meo Abrahæ, non defuisti: meq; per eamq; iam
Deduxisti, qua peruenirem ad cognatos heri mei
Abrahami. RE. Papæ, quid audio? Quem nam tibi he-
rum esse ais?

EL. Abrahamum. RE. Abrahamum? EL. Ita dico.
RE. Fratrem Nachor?

EL. Ita loquor. REB. Aui mei? EL. Omnino, siqui-
dem pater tuus sit Bathuel.

RE. Eum ne dicis, obsecro, qui procul hinc in Canaa
habitat?

EL. Eum ipsum, nisi tu alium Abrahamum noueris.
RE. Dic obsecro

Mi uir, quæ uia huc te produxit? EL. Non est hic nar-
randi locus:

Nam serus, ut uides, iam iam componit hesperus diem.
Sed si in domo patris tui pernoctandi locus dari
Potest, domi tuæ intus post dicam. RE. imò non tantum
locus

Pernoctandi: sed pabuli & straminis apud nos affa-
tim

Erit: ac proin eo, ut hanc rem nunciem domi. EL. Mane.
RE. Quid est?

Iam non abibis, nisi prius has armillas indueris. RE. Si
ita

Pla-

Placet tibi, accipio. EL. rectè: facis quod te decet. RE.
abeo.

Tu ut tēpus est diei, uide ne quo abeas longius. EL. Bene
Mones: benè ambules modò. (Dimeter.

ACTVS III.

Scena III.

Eleasarns.

Senarij.

Illa abiit. Proh Dēum, quis me est felicior?
Quis me hominum in terris uiuit fortunatior?
Qui ex improviso adueniens, inueni hanc modò
Puellam, qua cum uolo, & ut uolo heri filium
Iungi: & eam de genere summo, & cognato heris
Meis: modestam, ingenuam, studiosam rei
Domesticæ, sine sumtu, sine mundo, sine
Omni fastu: & plane dissimilem uirginem
Nostrarum uirginum: quæ in delitijs domi
Aetatulam exigunt: & quas ferè sui
Officij pudet ac piget. Ego hanc laboribus
Assuetam arbitror. At nostræ uirgines nimis
Sibi placent, nimisq; dant operam, ut suis
Placeant amantibus. Itaq; noctes ac dies
In omni ætate semper ornari solent:
Semper lauari, tergi, pingi ac fingier.
Postremò cū bene lautæ, ornate, sublitæ
Pictæ ac fictæ fuerint, infectæ sunt tamen.
In hac uerus color: solidum corpus, sine

NICODEMI FRISCHLINI

Auro: sine inuiditia: sine omni re mala:
 Vt digna sit, Reges quam ducit. Ita hic
 Aménitate amena aménus me dies
 Onerat: quo ex improviso inueni uirginem,
 Quam ipsam hic querebam? Nam quod summopere
 dabam
 Operam, ut fieret, DEVS id cura effecit sua,
 Sine mea, & solus sine mea omni industria.
 Satin si cui homini benefactum esse uult DEVS,
 Obtingit optatum pijs: quare moram
 Hic nectam atq; operiar, dum quis me intrò uocet.

ACTVS III.

Scena IIII.

Laban, Rebecca, Eleasar, Cario.

Senarij.

A In tu? RE. Ita est. LA. Seruum esse cognati
 Abrahæ?
 RE. Sic. LA. Et eum hanc tibi dedisse in aurem?
 RE. Scilicet
 LA. Et has armillas? RE. Maxime. LA. Obsecro ubi
 tu eum
 Reliquisti? RE. Foris ad puteum. LA. Introduceres.
 RE. Mei officij hoc non erat. LA. At ego ibo, ut uisam
 ubi
 Sit, aut ubi subsiterit. tu coenam instrue domi.
 Proh summum æternumq; atq; immortalem Deum,
 Vt multa sæpe præter spem mortalibus,

Eueni-

REBECCA.

Eueniunt. nam si quis dixisset mihi hodie
Seruum Abrahami hūc aduenturum uesperī,
Et armillis sororem ornaturum meam:
Ego ut hoc crederem, animum nunquam hūc inducere
Potuissem. sed quid sto? cur cesso currere?

EL. Ad me uiam affectat hic homo. LA. Atq; eccum
uirum.

Adibo. Hospes salue. EL. salue & tu plurimum.

Sed quinam tu homo? LA. qui te saluum esse cupit. EL.
quasi

Te mihi amicum dicas. LA. Imò quasi ego siem.

Sed est, quod te percontatum ueni. EL. quid est?

Loquere ut uoles. LA. Tune hīc sorore cum mea

Modò eras? EL. quānam est ea? LA. Quæ camelis
hīc tuis.

Tibiq; ipsi potum dedit: & cui tu munera

Retulisti, in aurem atq; armillas? LA. Est ne ea soror

Tua? LA. sic est. EL. dabis ueniam mihi: non noue-
ram

Te. LA. neq; ego te, sed dic clarè, quod te rogo.

EL. Quid? LA. Esne seruus Abrahamæ patrui mei?

EL. Is ego sum, non alius. LA. Dī te ament, tibi

Bene faciant, & consilia tua prosperent:

Vt eueniant, quæ optas, & ut optas omnia.

EL. Ita faxint, ut spero, LA. quid stas igitur foris?

Ingredere mecum, uir beatissime, hodie

Tibi apud me hospitium dabitur. EL. Haud repudio

Hospitium. nam gratum habebis hospitem.

LA. Imò gratissimum: sequere hac modò. EL. sequor.

LA. Et uos omnes unà, nam sat loci est domi.

NICODEMI FRISCHLINI

CA. Ego uerò perlubens, Nam diu nunc mihi crepant,
Intestina: ac dudum dentes mei cibum
Conuenisse cupiunt: & per Iouem meus
Animus nunquam magis antehac fuit in poculis.

ACTVS III.

Scena I.

Bathuel, Mulier.

Senarij.

PArata est, uxor, cœna, uti dudum iusseram?
Mu. Sic factū Ba. Vbi Labanus cū hospite tam diu?
Nocet hæc mora ferculis. Mu. Nocet certè: tamē
Hic affuturum eum mox credo, ubi prius
Lauti omnes fuerint hospites: & pabulum
Camelis exhibitum BA. longas nectunt moras.
Miror, quid rei sit. Sed quid tu obsecro, mea
Coniux inopinatum hunc aduentum seruuli,
Portendere nobis autumas? MV. quid, nisi bonum?
BA. Vnde autem id colligis? MV. quia dona filiæ
Dedit Rebeckæ, in aurem atque armillas duas:
Ut primum audiuit eam nostram esse filiam,
BA. Quî scis, an eum esse se simulet quem prædicat?
Nam, ut huius seculi mores sunt pessimi,
Nusquam tuta est fides. Nam mille hodie modi,
Quibus in fraudem incauti perducuntur homines
Ab impostoribus. MV. Alij sint, ut uolunt.
Certè omnibus diffidendum haudquaquam puto.
BA.

BA. Nimum credula es homini peregrino & ad-
uenæ.

NV. At tu pol nimum suspicax. BA. Nondum satis
Perspectæ sunt tibi humanarum mentium

Lau bræ, & mirabiles ingeniorum strophæ.

Quid si hic seruus fugitiuus è domo Abrahamæ

Cum prada optima huc ueniat, ut nobis nouas

Insidias struat, & uerba det? MV. Minime omnium

Sperauerim: nam ea mihi de illo filia

Retulit, ut pium hominem, & suo fidelem hero

Seruum esse credam, id quod melius intelliges,

Vbi loquentem audieris, & coram aspexeris.

Nam uultus & sermo hominem totum detegit.

Atq; eccum, de quo nos uerba facimus modò.

BA. Vbi nam? MV. Huc fert gradum cum nostro filio

AB. Quin ergò mensam ocysu in sterni & fercula

Iubes apponi, ut accumbamas illico?

MV. Iam fiet. Heus puer ades dum, mensam instrue,

Et fercula infer. Tu Rebecca, sequere me.

ACTVS III.

Scena II.

Eleasarus, Labanus, Bathuel,

Mulier, Rebecca.

Senarij.

Quid nunc agimus, Labane, postquam omnes su-
mus
Lauti, & cameli pasti ac potiti? LA. Intrò ibi-
mus.

Nam dudum nos senex operitur Bathuel

NICODEMI FRISCHLINI

Domī, atq; eecum cum matre. EL. Vbi? La. Hic antē
ostium

Nos expectant. eamus: sequimini. EL. sequor.

Ba. Apparet certē grauitas in uultu illius:

Gradum contrā feramus. salue, mi homo.

EL. Salue optime Bathuel. MV. saluum uenire te

Ex animo gaudeo. EL. Deus tibi det, quæ uelis.

Ba. Sunt multa, quæ ex te percontrarier uolo:

Sed quia iam ante moram traxistis, mense prius

Accumbendum censeo. Cedò aquam manibus pueri.

Date ei sellam propinquam, ut assidat citò.

EL. Iam non capio cibum. Ba. quid ergò, uin dare

Operam somno, ut qui lassus de uia? EL. Neq; hoc.

Ba. Quid ergò? uin prius bibere, quàm edas. EL. ne-

que hoc:

Sed ueniam mihi dabitis, si paucis eloquar

Priusquam accumbamus, quamobrem huc uenerim.

Nam nec comedam prius, nec bibam, nec dormiam,

Quàm id dixero, cuius causa adueni modò.

Ba. Loquere ergo. EL. ego sum seruus domini mei Abra-
hæ

Ba. Sic audio. EL. qui procul hinc in Chanaa habitat.

Ba. Noui. EL. Hominis, quem clemens Deus mirum in
modum

Ditauit. nam & oues, & capras, bouesq; habet,

Camelos item & apros, aliarumq; pecudum

Greges, in tanta copia, ut nemo in Chana.

Tum & auri atq; argenti tantum ille possidet,

Vt meritò solus dici possit omnium,

Qui uiuunt in terris, hominum ditissimus.

Seruos item & ancillas in tanto numero habet,
 Ut eorum auxilio & uindice fretus DEI
 Ope, quinq; reges una strage fuderit.
 Ba. Iſtam felicitatem uobis gratulor.
 Nam ita me Deus bene amet, uoluptati eſt mihi,
 Si quid ei contingit animi ex ſententia.
 El. Credo ſanè, ſed date uacuas aures mihi,
 Dum prorsus rem eloquar. Ba. auſcultamus ſedulò.
 El. Seni præterea, annum ætatis agenti, puto,
 Centeſimum, mira bonitate DEI optimi,
 Sara uxor filium peperit, annis ab hinc
 Quadraginta: ne tot tantarumq; illi opum
 Hæres deeſſet. MV. de hac re etiam antè audiuiſimus
 El. Ei pater nunc omnia tradidit bona,
 Omnem ſubſtantiam, omnes pecudes, familiam
 Omnem: nec quicquam deeſt ei præter coniugem.
 Domi quidem offeruntur matrimonia
 Splendida cum ſumma dote. Ba. Cur non annuit?
 El. Id audies. Negat cum Chananæis, fide
 Fiduciaq; omni in Deum carentibus,
 Et à ſua religione alienis uiris,
 Affinitatem ullam poſſe colere. ac proin
 Meam ſibi iuramento obſtrinxit fidem,
 Ut Iſaco (nam id nomen herili filio eſt)
 Nuptam ex Chananæis, inter quos ipſus habitat,
 Nullam locarem: ſed paternam irem domum,
 Et uxorem gentilem deligerem. cui
 Cum dicerem: quid ſi mulier nolit ſequi?
 Quid tum faciam? DEVS, inquit, cui ego parui
 Per omnem uitam, millet tecum nuncium

NICODEMI FRISCHLINI

Suum, ut tibi secundet hoc iter tuum.
 Et tu capies uxorem filio meo
 E familia patris mei. BA. Quid tu illi ad hæc?
 EL. Lubens, inquam, hoc iter, herede, perficiam: neque
 Laborem ullum defugiam: sed si uirgo me
 Nolit sequi: num iurisiurandi mei
 Religione exolutus fuero? BA. Quid tibi
 Ille? EL. Imò maxime, inquit: nam mihi fidem
 Præstiteris, si tu ueneris modò ad domum
 Gentilium meorum, & quod mando tibi,
 Pcregeris. Nam siue dent tibi, siue non,
 Omni religione fidei te exolueris,
 BA. Quid deinde fit? EL. Quid? Ego his persuasus
 uocibus
 Viam ingredior: & quàm possum properè huc eo.
 Cumq; hodie ad puteum deuenissem uestperi,
 Locorum atq; hominum ignarus: cæpi egomet, ita
 Ut fit, alia cogitare ex alijs: & DEVM
 Precari, ut is secundaret uiam meam.
 Domine, inquam, Domine DEVS heri mei Abrahæ:
 Si tu mihi clemens ades in hoc itinere,
 Da, ut hic me stante ad fontem aquæ, uirgo ueniat
 Haustura: quæ mihi roganti aquam det ex
 Vrna bibendam: atq; camelos etiam meos
 Aquetur: & ego intelligam hanc ipsam esse, quam
 Tu destinaueris uxorem domino meo
 Isaco: ac si mihi abs te de manu in manum
 Foret tradita. BA. Miror profeclò, quò tua
 Euadat oratio. EL. Vix cogitaueram
 Hæc mecum tacitus: cum subito tua filia

Rebecca

Rebecca egreditur, urnam super humeros ferens.

Ea ad fontem descendit: haurit aquam & redit.

BA. Quid tu ibi? EL. Scies: procedo uirgini obuiam:

Saluto, respondet. sermonem copulo

Cum illa meum: peto haustum: dat mihi ocyus.

Simulq; aquaturam camelos se meos

Vltro recipit: quod & fecit post sedulo.

BA. Est sic factum Rebecca? RE. Sic est mi pater.

BA. Papæ, quid audio? EL. Vt ad pauca redigam, rogo,

Cuius sit familiæ. respondet fideliter,

Se filiam esse Bathuelis, neptem Nachor.

BA. Recte factum. Laudo. EL. Ego, gratum ut me
ostenderem:

Accommodavi fronti eius in aurem, & duas

Armillas manibus: ac submisso poplite

Terræ incumbens, Deo heri mei Abrahæ gratias

Ago, quod deduxisset me in rectam uiam,

Vbi conciliarem filiæ tuæ nuptias

Herili filio: quam ego ex his symbolis

Eam ipsam esse intellexeram, quam quærerem,

BA. Hæc mira sunt. MV. Certè admodum mira: & ali-
quid

Prodigij alunt. EL. Nunc ergo, cum Dominus meus

Huc ad uos me miserit, ut inter se atq; uos,

Affinitatem conciliarem, & gratiam:

Si hanc conditionem accipitis, quam fero & peto: &

Si ex usu uestro tam erit hoc matrimonium,

Quàm ex nostro, facite, ut sciam: sin uerò minus,

Nihilò secius, ut insistam hic aliam uiam

LA. Hæc res, Pater, planè ex DEO est: neq; possumus

NICODEMI FRISCHLINI

Quicquam repugnare illi. BA. Ita apparet, Laban.
LA. Quin ergo conditionē hanc accipis? MT. Et mihi
Sententia est eadem, & uolo: desponde huic.

BA. Cum affinitate me uestra arbitramini
Dignum, habeo primum uobis magnam gratiam.
Deinde, si in rem est utriq; ut fiant nuptiæ.
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.

EL. Merito te laudo & magnifacio, Bathuel.
Quin ergo, quæ res bene uortat, spondes mihi
Natam tuam, ut uxor fiet herili filio?

BA. Agē spondeo. MV. Et ego unā. LA. Et ego frater
uirginis.

EL. Sed in ipsa ne quid sit moræ. BA. uidebimus,
Et, quæ eius sententia sit, explorabimus.

EL. Sic certe opus est, Nisi enim nobis consentiat,
Operam profectò ludimus. BA. Rebecca. RE. Quid
Est, mi pater? BA. qua occasione seruus hic
Ad nos deuenerit, id percepisti? RE. probè.

BA. Et quidnam petat, id tenes? RE. Tenco: nempe, ut
sacras

Inter me & Abrahami gnatum nuptias
Conciliet BA. Rectè, modò tu etiam annuas. RE. Si ita
Vobis placet. Nam VIRGO nulla est, quin fiet
Mala, quæ præter sapit, quàm suis parentibus
Placet. BA. Ergò tu annuis? RE. Si uobis ita lubet.
BA. Imò ut etiam tibi lubeat, necesse est. Etsi enim
Sacra est parentum autoritas & plurimum
In hoc negotio ualet: haud quaquàm tamen
Inuitam ē nostris te extrudemus ædibus.
Proin dic uno uerbo, utrum consentias.

RE.

R E B E C C A.

RE. Si ita factio opus est: ut fiat, ago consentio.

Nam cur rem auctoritate tua & uestrum omnium

Consensu bene transactam, nulla de graui

Causa facerem irritam? BA. Facis, ut te decet.

Quid poscis tu amplius? Habes tibi gnatum meam

Tuo arbitratu: Eam uxorem duc Isaco,

Herili filio: sicut uisum est Deo.

EL. Immortalem Deum, cui homini unquam uno die

Boni dedisti plus, qui minus sperauerit?

Gratiam habeo & ago tibi DEVS: qui compotem

Omnis uoti me hodie fecisti celitus.

Nam quid ego dicam plura? Hoc confit, quod uolo.

Nunc, unum quod superest, pauca hæc sunt munera

Sponsalia, quæ uos non recusabitis: ea

Iussu Domini mei uobis huc attuli.

Tibi, Rebecca, hanc pallam, & hanc do cycladem:

Hoc uas argenteum: hunc scyphum aureum: aureum

Hunc annulum: quo tanquam arrha, digitos tuos

Orno: præterea hunc torquem ceruici applico

Tuæ. BA. Quorsum isti sumtus? EL. sine me obsecro.

BA. Sino.

EL. Tibi mater & Laban, hæc dono aromata,

Quæ habemus apud nos preciosissima. Vos boni

Consulite, atq; animum potius, quàm munuscula,

Respicite. MVL. Accipimus à uobis cum gratia,

Quanquàm emeriti non sumus, EL. Imò estis maxi-

mè.

BA. Nunc postquam bene successit hoc negotium,

Vel tandem ut accumbamus, tempus est. EL. Iam ego

Nihil moror. BA. Heus famuli, lympham date manibus:

Infer-

NICODEMI FRISCHLINI

Inferite fercula: & crateras statuite:
 Scyphos coronate: relinite omnia dolia,
 Omnesq; serias. Nam hilaris esse nunc uolo,
 Cum nostris hospitibus. Quin ergo accumbitis?
 Tu hospes, tene hunc locum: latus tu claudito
 Illi, Rebecca. Tu, uxor huic scamno inside.
 Reliquis subsellijs reliquos, Laban, illoca,
 Et hunc gregem exhilarato. Ego hac in mensa ero
 Dictator. quoniam optatus hic dies mihi
 Illuxit. EL. Et mihi longe optatissimus.

A C T V S. III

Scena III.

Ismael, Chamus.

Senarij.

INflate cornua & canite receptui:
 Nam sole cadente sensim inclinat meridies.
 Tu, Sanga, complicato retia: & sine
 Mora cum ceteris subsequitor rusticis.

CH. At tu, Labrax, ne uacuus hinc ab onere eas,
 Hanc sarcinam impone humeris, & consequere nos.
 Quid uultum ducis, rustice, ignauum pecus.

VM tibi demulceam caput hoc uenabulo?
 IS. Bene me castor processit hæc uenatio.
 Minus iam rusticis irascor, quàm antea:
 Nam inertiam suam pensarunt nauiter.
 Neq; quicquam nunc animo meo inest molestiæ,
 Hoc præter unicum: quod Chamus mihi modò

Retulit.

Retulit. Sed ubi est Chamus? CH. præstò est, here: de-
sine.

IS. Quid illud est, Chame, modò quod mihi dixeras?

CH. De fratre tuo? IS. uidelicet. CH. Et eius nuptijs?

IS. Scilicet. CH. Est sic factum, here, quemadmodum
tibi

Dixi. Nam quantum ex aliorum sermonibus
Intelligo: quidam in Mesopotamiam missus est,
Ut uxorem inde petat Isaco fratri tuo.

IS. Proh Iupiter, quid audio? CH. Quod tibi loquor.

IS. Missus ne in Mesopotamiam? CH. Ita est. IS. qui ux-
orem petat?

CH. Etiam. IS. Fratri meo Isaco? CH. planissime.

IS. Quamobrem, mi Chame, illinc? CH. Nescio, nisi quòd
Chananeas non placere aiunt fratri tuo.

IS. Quid tum? CH. sed nec Amorrhæas. IS. quid postea.
CH. neq;

Hettæas, neque Phereas. IS. quas ergò? CH. haud
scio:

Nisi forte pictas aut fictas. Nam cum his licet

Agere ut lubet. IS. Chame, an non palàm ab his
sanctulis

Irridemur? CH. Sanè. IS. Quasi nulla fœmina

Hic potuisset reperirier tanto uiro

Digna, nisi è Mesopotamia peteretur. CH. Mihi hoc

Non placet. Vnum namq; hominem dignum iudico

Altero. IS. Idem & ego arbitror. Sed Eleasari

Has technas esse tam scio, quam me uiuere,

Nam is consilijs suis & fraudibus senem

Nostrum delirantem, quoquò uult incitat.

NICODEMI FRISCHLINI

Magisq; adeo, ut mihi talibus incommodet
Rebus, quàm hero, ut rectè morem gerat suo.

CH. Credo equidem. IS. Quid ni credas? cum nuper
etiam

Senem nostrum impulcrit, ut me primo sibi
Genitum abdicarit, & iure interuerterit
Meo: ac iuniorem prætulerit fratrem Isacum:

Tum patria bona iniquè ademerit mihi.

CH. Dij uestram fidem, quid audio? IS. Res quod est.

CH. Ergo ne exheredauit? IS. Sic. CH. Ten? IS. maxi-
mè.

CH. Tantum uirum? IS. Quid ni? CH. Proh Iuppiter:

Nunc demum aduerto unde illis sint hi spiritus,

Vnde hæ cristæ, quas nimio cum fastu erigunt.

Nam quia nos Chananaeos opibus sibi impares

Putant; ideo & affinitates respuunt.

IS. Ita est. CH. Sed quid nam culpæ præ tendit pater?

IS. Quid enim, nisi quod me agiliorem in studijs rei

Venaticæ & alijs exercitijs uidet:

Suum domi otiosum & deditum libris,

Ac modò non uitam agentem solitariam?

CH. Papæ, quam iniquè comparatum, ut plus ferè

Semper detur fucis inertibus & pigris,

Quàm strenuis, negotiosis & bonis.

IS. Seni quidem minùs irascor, quàm cæteris.

CH. Qui sic? IS. quia nunc senex ætate desipit:

Homo plumbeus, ficulneus, betaceus,

CH. Ita est. IS. Eleasaro irascor. nam illum pater

Impulsorem ut sic ageret, certissimum habuit.

Cui ego homini, si possim, male faxim lubens.

Neq;

R E B E C C A.

Neg. quicquam nunc est, quod malim, quam mihi dari
Hic obuium cum tota fratris familia.

Vah, quibus istum nebulonem lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem & capite statuerem
In terram: ut cerebro & sanie dispergat uiam.
Fratrī ipsi, qui bona possidet scelus, animam
Extinguerem: Sossæ oculos euellerem: |
Post præcipitem è scopulo darem: Mox cæteros
Gestores linguis, auditores auribus
Ruerem, tunderem, agerem, raperem & prosterne-
rem.

CH. Nimis præceps es, nec te ipsum respicis, here.

IS. Quamobrem? CH. Quia, licet ij sint quamlibet
crucem

Meriti, tamen indigni sunt, quorum gratia
Tu in tantum commouearis. IS. At mihi satis
Supplicij id habeam, dum illos ulciscar modò.

CH. At fungi sunt: & stipites, & caudices:
Nec digni, quīs cum tu tantus uir litiges.
Ego seruus sum: sed omnem ipsorum gratiam
Non redimerem mihi unico teruncio.

Generosus equus non curat latratus canum.

IS. Sic est. CH. Quin tu ergo hos negligis, & te re-
spicis?

Nam tute tua uirtute diues es satis:

Vt patrijs istis non indigeas bonis.

Agrorum tibi aliquot centena iugera:

Ouium, bouum, caprarum mille sunt greges.

Præterea hæc terra omnis, ab Hauila usq; ad Surferè,

Et fines Aegypti, imperio subest tuo.

Quid

NICODEMI FRISCHLINI

Quid adhuc patrem uel fratrem importunum times?

Quid nequam Eleasarum? Quos ulciscendi erit

Alia occasio? quin potius nunc genio tuo

Indulges: atq; hanc sollicitudinem amoues?

Ac uino te reficis? Quid enim prosunt opes,

Si illarum usus de medio uitæ tollitur?

IS. Rectè ædèpol mones, Chame: & certè mihi

Nunc eadem est tecum sententia. CH. Quin imperas

Igitur seruis, ut cœnam nobis apparent

Venaticam, cùm hodie tot captæ sint feræ?

IS. Ita faciam. Heus pueri, cœnam instruite mihi,

Mensas locate intus: Tu, Sannio, tergora

Ceruis deripias: tu, Cylinder, disseces

In frustra, & uerubus affigas: CH. At ego iam, here,

Congrum in aqua ludentem intus desquamauero.

Imò aliud te uolo: cuius penè fueram

Oblitus. CH. Si quid uis, manda: effectum dabo

IS. In arcem transcurso opus est. CH. Cui hominè? IS.
tibi,

CH. In arcem? quid eò? IS. Gastrodem illic hospitem

Babylonum, qui heri huc est uectus, conueni.

Nam uir bonus est, & persacetus. Promoue.

CH. Quid uis dicam, Ismahel? An conueniam modò?

IS. Dic nobis in cœna hospes sit. Nam semper is

Aliquid noui apportat, quoties huc aduenit.

Vola. CH. At non noui hominem. IS. Faciam ergò ut no-
ueris.

Homo uentriosus, rufus, inflatus genas,

Crispus, crassus, dentes lupinus, cæsius.

CH. Sat habeo. IS. curre curriculo. Nos interim

Hic

REBECCA.

Hic expectabimus: ne absitis longius.

CH. Memor ero is. Vos agricolæ me hic ante ostium

Operimini, dum redeam. ne amoveatis hinc

Pedem longius, ut cum opera uestra opus mihi

Fuerit, ne sitis, pro uestro more, in mora.

ACTVS III.

Scena III.

Elefarnus, Bathuel, Labanus,

Mulier, Cario.

Trochaici Tetrametri Catalecti.

E Go sanè te laudo, Rebecca, & fortunatam iudico:
Id cum studuisti, formæ mores ut consimiles fo-
rent:

Minimeq; ita me DEVS amet, miror, si te quisq;
expetat.

Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.

Et cum egomet tuam mecum in animo uitam considero,

Omniūq; uestrum, unà qui hic assidetis hospites:

Et uos esse istius modi, atq; hanc talem esse haud mira-
bile est.

BA. Eleasare, ut hi sunt hominum mores, atq; isthæc
tempora,

Expedit profectò nobis esse bonis: quanquam haud ita

Sumus, ut tu nos prædicas, dum nimium tribuis. EL.

Bathuel,

Ego non didici assentari, aut homines in os laudare:
clàm

E

Hic

NICODEMI FRISCHLINI

Deinde subfannare, mordere & dentibus arrodere,
Vt nunc moris est. BA. noui tuum animum: neq; cō
proloquor

Hæc, ut tu forsan accipis. EL. Imò accipio in partem
optimam.

Et ut eloquor, ita & sentio. BA. Recte hæc habent. sed
id mihi

Nondum animo excidit, modò quod dixeras. EL. De
heri mei

Filio? BA. imo EL: Vtinam is cum patre præsens affor
ret. Ba: Hoc idem

Sane omnes uelimus. sed frustra exoptantur talia,
Quorum nemo compos reddier potest. sed sic puto,
Te dixisse, Eleasare, Abramum herum tuum senem,
Cognatum meum, quondam fuisse tentatum à Deo,
Vt suum, quem habebat unicum, immolaret filium
Isacum, iubente sic Deo EL. dictum ac factum puta.

BA. Proh Deum, quid audio? EL. Rem prodigij ple
nam. Ba: ædepol.

EL: Nam quid ægrius potuisset euenire homini seni,
Annum ætatis egresso centesimum, si commemini,
Ac decimum quantum, quàm filio orbari unico? BA.
est ita,

Vt dicis. EL: quid tristius, quàm talem amittere filium
In quo nominis decus atq; memoriæ omnis, domusq;
heri

Inclinata recumbebat? Ba: profecto haud quicquam
tristius.

EL: Imò, in cuius posteritate gentes omnes omnium
Terrarum beandæ erant: à cuius semine totius

Mundi

REBECCA.

Mundi pendebat salus: quid, obsecro, molestius,
Quàm tali puero orbarier? BA. Nihil profecto Elca-
sare.

EL. Quid miserius, quàm morte orbari uiolenta? quid
magis?

Durum aut atrox sit, quàm fieri carnificem nati sui,
Et patrias manus aspergi occisi sanguine filij?

BA. Exhorresco certè hæc audiens. Sed utrum ille?

EL. quid? BA. Deo

Morem uoluit gerere? EL: imò, qui rem iam cò per-
duxerat,

Vt manum exereret stricto ense intrepidus, iugulum
filij

Verberaturus. BA. eheu. EL. quam graui putas tum
animum illius

Percussum fuisse ariete? BA. Næ grauissimo: nam ego
Nunquam, ut hoc facerem, potuissem animum pater-
num inducere.

EL: Credo. sed indubia in Deum quid, obsecro, non
audet fides?

Hac qui nititur, ei nihil est difficile, nihil arduum.

BA. Intelligo. sed nondum tamen audiui, quomodo
nam Isacus

Sit præseruatus, ne tam tristi occubuerit funere.

EL: Ego dicam, ausculta: Deus, perspecta hac Abraham
fide,

Et uoluntate animi comprobata, arietem subdidit,

Quem pro filio sibi caderet. sic præter omnium

Spem tristissimo metu in latum commutato exitum,

Quasi ab orco patrem & natum in uitam clementer
reddidit.

NICODEMI FRISCHLINI

Mira narras. sed comedamus interim pauxillulum,
Ne totum conuiuium istis colloquijs consumere
Velle cuipiam uideamur. quanquam sermones tui
Gratiores mihi sunt, quàm optima, quæ apponi queunt
fercula.

Sed tu, Laban, hospites cur negligis? quin tu interim
Istos hîc benignè & lepidis uictibus accipis. L.A. id
quidem

Volo. age frontem exporrige, Cario & comede & bi
be largius.

Nam uerecundari neminem apud mensam decet. C.A.
est ita

Et tu quod mones, gratum est, quanquam opus haud
fuerat: nam hercule,

Quantum ad uentris curam pertinet, nulli cedo locum
Nisi me pugnis uicerit E.L. Vt semper tui similis es:
neque

Quicquam ab ingenio recedis? Bathuel, sic mores ei
Sunt: dabis ueniam. B.A. Mitte hoc rogare, dum nihil
ipse agat

Deterius. quin etiam tu comede. E.L. Istuc iam facio
quidem.

B.A. Comede hinc, si sapit: E.L. Comedi ad placitum.
B.A. sane oportet hanc

Tenuitatem æqui & boni consulere. E.L. sis tranquillo
animo.

Nam quiduis mihi sat est. B.A. Oportet esse satis, quia
Isthæc cœna est popularis: nihil apparatus, nihil dapis.
E.L. At tibi tanto sumptui esse, mihi molestum est. B.A.

Ah, tace.

REBECCA.

In mala uxore atq; inimico si quid sumis, sumtus est.

In bono hospite atq; amico quæstus est, quod sumitur.

Mu. Proh Deum iam tu malam rem nullâ poteras dicere,

Vxorem nisi nominares. BA. De malis sermo mihi est.

Tu si mala non es, nihil ad te pertinet hæc oratio.

Si malè conscia es, responde. MV. imò bonarum de grege

Me esse profiteor. BA. sis ergo tantisper, dum nemo negat.

Mu. Imò sum, & nemo negat. BA. nisi mecum omnes. MV. mitte iocos: uolo

Ego etiam scitari aliquid, uestra pace, ex hoc hospite.

Ba. Rectè. Mu. Quid agit Sara? rectè habet? EL. Rectissime, quia

Nec fames, sitisue, nec morbus, nec mors metuenda ei.

MV. Ergo iam mortua est? EL. sic est. MV. quando?

EL. ante annos prope quatuor.

MV. Proh Deum, quid audio? BA. nihil noui. nam sic sunt omnia

Humana. modò nascimur, modò uiuimus, iterum deim morimur:

Sicut est Deo uisum, in cuius manu sunt hæc omnia.

Quanquam Abrahami uicem doleo: quod ista tam graui

Et præcipitata senecta uxorem suam desiderat.

EL. Nec sane immeritò. nam uix credo (quod uestra dixerim

Pace) ullam ullo seculo repertam uxorem, quæ uiro Plus in rebus omnibus obsequēs fuerit, quàm isti hæc fuit.

NICODEMI FRISCHLINI

Vt nihil dicam interim uirtutes alias plurimas:

Nihil animi atq; corporis dotes innumeras: quibus ea
Prædita atq; exculta fuit. BA: sic est. sed quando ita
fors tulit,

Nobis æquo animo ferendum est, quidquid corrigere
est nefas.

Sed dum cædimus hos sermones, tu nihil comedis &
bibis.

EL: Imò curauit me molliter. BA: heus puer, mēsam iube
Tolli & noua fercula inferri. EL: profecto haud opus
est, Bathuel.

BA: Quia tu istam orationem hinc ueterem atq; anti-
quam amoue.

Nam proletario sermone, nunc quidem hospes utere.

Nam ij solent, quando accubuerunt, ubi cœna appositā
est, dicere:

Quid opus fuit hoc, hospes, sum tu tanto, nostra gratia
insaniuisti hercle. nam hoc idem hominibus sat erat
decem.

Quod eorum causa opsonatum est, culpant: & come-
dunt tamen.

EL: Quia tu age, ut lubet: neq; enim decet, imperio sum
esse in domo

Aliena. BA: Laudo hoc. EL: sed est tamen, quod ex te
etiam libet

Querere, si licet. BA: imò licet. EL: Viuunt ne adhuc
Thare & Nachor?

BA: Ambo mortui sunt antè (ni fallor) quinquennium.
Sed Sem, Noë filius, atq; Arphaxad, item Sale, atq;
Heber

Vitam adhuc inter mortales exigunt. EL. quid? Sē-
ne aduc

Viuit? Ba. Imò uiuit. EL. & Arphaxad uiuit? Ba
planissime.

EL. Proh Deum, quam longæui homines? Credo eos
non posse mori.

Ba. Vtinam non morerentur. nam hos doctores solos
his locis

Diluuij testes habemus & promissorum DEI.

EL. At ubi degunt? Ba. in patria Armenia, haud pro-
cul his regionibus.

EL. Proh Deum: quanta letitia herum mecum afficiam
senem,

Hæc ubi ei renunciauero? Ba. nouus appositus est
cibus.

Comedamus nunc paululum. EL. profecto comedi
nunc satis:

Nec quidquam aliud esurio, quàm lectum. Ba. num dor-
mituris?

EL. Admodum, ut qui lassus de uia. Ba. si sic lubet
tibi:

Non tenebo te amplius. EL. quin ergo surgimus?
Ba. Laban

Abduc hospitem cubitum. Vos huc intrò mecum
ibitis.



ACTVS VI.

Scena V.

Chamus, Gastrodes.

Troch: Octon: Catal.

A Gê tu. Ga. subsequor te. CH. at ocyus. GA. Vt
 quëo. CH. proh DEVM tu homo
 Ventriose, tuis spississimis gradibus ad insaniam
 Me rediges. alij ad cœnâ uocati ceruos cursibus
 Vincunt: tu podagrose uincis tarditate cochleam.
 Ga. Sat citò, qui sat bene. CH. nuge, quin pergis? GA.
 obsecro, cur ita
 Properas Chame? Ga. obsecro, cur tu ita cessas,
 Gastrodes?
 Quin cito promoues. Ga. nequeo profecto celerius.
 CH. quid te uetat?
 Ga. Vah rogas? an non uides, quantum oneris hîc me
 cum geram?
 CH. Quid nam oneris, cedo? Ga. annos sexaginta
 fermè et quatuor:
 Tum præterea hanc fartam molem. CH. quàm molem?
 Ga. Hanc aqualiculi:
 Cui ferendæ uix satis sint (arbitror) decem pedes.
 CH. Est sanè, ut dicis, sed quæso dic mihi, quod rogo.
 Ga quid rogas?
 Ch. Quot uimi mensurarum capax censes hoc dolium?
 Ga. Paucarum certe, præut olim in ætate uiridi fuit.
 Nam cum multa fert senectus hominibus mala, tum hoc
 quoq;

Vt minus potare ualeant decrepiti & tremuli senes,
Quàm uegeti iuuenes. CH. Vera memoras. nam idem
alijs accidit.

Sed dic, obsecro, quot capiebas, cum iuuenis adhuc fo-
res?

GA. Dicam. CH. At uerum. GA. Verum equidem. CH.
quæso hercle, ne falsum mihi

Dixeris. GA. non sed sine me prius recipere spiritum:
Nam nūquid properas. CH. Sino. recipe, ut lubet. GA.
Olim cum iuuenis

Essem, & adhuc ætate integra: singulis conuiujs
Mensuras capiebam. CH. quot? dic obsecro. CA. Ad
minimum decem.

CH. Annon fiebas inde ebrius? GA. Minimè. CH. nec
poplite,

Aut pedibus titubabas? GA. Neutiquam. CH. Sed neq;
blæsos sonos

Proferebas? GA. Nullos sed eram tum multo disertior
Et facundior. CH. quid oculi? annon prospiciebant
parum,

Aut omninò nihil, aut pleraq; gemina? GA. Nihil ho-
rum accidit

Vnquam; sed tum lynceo uidebam fermè acutiùs.

CH. Mirum hoc. GA. Quin imò plerunq; abibam à men-
sa sobrius,

Nec prius, quàm cæteri omnes essent extremè ebrij.

CH. Proh Deum, iecur tuum in iuuentute ista fuit ni-
mis

Inflammatum. GA. Sic fuit: & proinde opus, ut restin-
guerem.

NICODEMI FRISCHLINI

Nam profecto non rarò accidit, ut potationibus
Etiam largioribus, ne latera quidem ab omni simul
Parte madefacerem. CH. Proh Iuppiter. GA. Quid est?
quid clamitas?

CH. Metuo ecastor, ut tuæ cella nostra sufficiat gulæ.
Nam tu mihi uideris interbibere, si uino scates,
Putum aquæ uiuentis & uidentis. GA. Non est, mi
Chame, ut

Hoc metuas. CH. Quamobrem? GA: Quia nunc po-
to longe parcius.

Nam alia uita: alia diæta . atq; ut maxime uelim, ta-
men

Aetas, uiriumq; infirmitas me non finit. nam id est,
Quod conquestus sum antea. CH. Quæso igitur, quan-
tum iam bibis,

Factus senior? GA. Vah parum admodum. CH. Quan-
tum tamen, cedo?

Ga, Quantum? mensuras, Chame, proh dolor, non ul-
tra sex. CH. Eho

Num parum tibi hoc uidetur? GA. ne parum, præ ut
bibis

Nunc olim. & profecto singulis propè annis de nu-
mero

Aliquid decedit, sic ut uehementer metuam, ne ad duas
Mensuras redigatur , antequam octogesimum asse-
quar

Annum: nam hæc ferè unica cura est, quæ me sollicitum
tenet.

CH. Ab frustra equidem hæc cura te maceras, Ga. Qui
sic? CH. Quia nunquam ad id,

Aetatis

R E B E C C A.

Aetatis peruenies. Ga. Cur? CH. Quia uino temet ipse
prius

Conficies. GA. Nihil minus. nam uinum senectutis pabu-
lum est.

Tu uerò, priusquam annos aetatis attingas meae,
Nec Baccho, aut Veneri, nec Marti, sed carnifici prae-
da eris.

CH. Quid ais? GA. Dixi semel: at eadem res stulto re-
peti solet:

Tu si uis, repetam tibi. CH. Nolo. quin tu profers gra-
dum

Ocyus. GA. atqui cursim eo. CH. Siquidem currunt
& cochleae.

Ga. Mala merx es, Chame. CN. Malitia tecum certa-
re miseria est.

Quin is ocyus? aut i in malam crucem. Ga. nequeo
adepti:

Ita onusto sum corpore. CH. si consilium uis, faciam,
ut leui

Sis, imò leuissimo. GA. dic. CH. i domum ac suspen-
de te.

Ga. Siquidem tu mecum es futurus pro uua pensilis,
Chame,

CH. Nolo: alium tibi quære huius uiae comitem. Ga.
neque ego hercule

Solus hanc uiam iuero. CH. Age ut lubet: duntaxat
hanc uiam

Insiste & prospera. Nam herus nos expectat sub ostio.

ACTVS

ACTVS IIII.

Scena. VI.

Ismael, Gastrodes, Chamus.

Oſtonarij Iamb.

A Dueſperascit: demiror proſecto, ubi tam diu
Chamus

Subſtiterit cum hoſpite. Nam penè hora abiit,
dum illos domi moror.

Itaq; egreſſus nunc ſum, an fortè aduenientes alibi con-
ſpicer.

Atq; adeo in ipſo tempore eccos ambos obuiam mihi.

Ga. Gradum contrà ſeramus illi. IS. contrà contollam
gradus.

Salue Gaſtrodes. Ga. Salue optime, ut es optimus, mi he-
re Iſmael.

IS. Dij te ament. ſed unde tam tardè? Ga. ex arce. IS.
quid ibi tam diu?

Ga. Aures paui IS. Quas aures? Ga. curiosorum ho-
minum. IS. Qui nam ij?

Ga. Qui omnia ſcire uolunt. nam dum illic ſedeo, omnes
me aduunt, copulant

Dextras, ſalutant, aſſident mihi, rogant, ecquid noui

Feram huc ex Vtopia & Stygia. dum ſingulis reſpon-
deo,

Abit dies. IS. Num ergò fuiſti in illis tu locis? Ga. fui

Sane. IS. Quando? Ga. Ante menſem puto. IS. Quid
illic geras, cedo?

Ga.

R E B E C C A.

G. Merces inde aduexi Amrapheli hero. meo. IS. Quid mercium?

Ga. Aromata, quibus condiuntur escæ. IS. Qualia aromata?

Ga. Polindrum, cicimandrum, cicilendrum, capsidem, anthymonium,

Meacidem, cataractriam, happalopsidem. IS. Mirabiles

Escæ. Ga. Mirabiles certè. nam qui illas esitauerit, IS. uel ducenos annos poterit uiuere. CH. Est ucrisimile

Nam ego tales escas nusquam credo reperiri gentium.

IS. At unde hæc mercimonia comparantur ab istis incolis?

Ga. Vnde? ex montibus altissimis, quò nulli homini adire pedibus

Licet. IS. Quales sunt ergo ibi homines, Gastrodes? Ga. Mirabiles. (quidem.

IS. At quomodo? Ga. Volatici. IS. uolatici? Ga. Ita dico

IS. An obsecrò usquam sunt homines uolatici? CH. Ehornum ne dubitas

Here? IS. Quid nū? CH. At etiam hic tales reperiuntur muli, qui sine

Pennis uolant. Ga. Quosdam etiam reperi, qui nullam ceruicem habent.

IS. Quid narras? Ga. Oculos in humeris. CH. Neq; hoc mirum. quando etiam apud

Nos caufidici quidam reperiuntur, qui nullam frontem habent:

Et oculos in manibus: tantum cernentes oculis, quantum Pecu-

NICODEMI FRISCHLINI.

Pecunie in manu IS. Quid ais? CH. Screaui. IS. At
unde uictitant
Isti uolatici homines, Gastrodes? Ga. Vnde? è florum
spiritu,
Quem naribus hauriunt. CH. Et nostri rabulæ ex at-
tactu bonæ
Pecunie, quam manibus capiunt. IS. Quid tu iterum?
CH. Tussiui, here.
Ga. Imò, Ismael, si audire uis, dicam profectò tibi aliud,
Quod mirere magis. IS. Quid nam? Ga. aliqui ibi ho-
mines caninis capibus
Reperiuntur. CH neq; hoc mirum nam apud nos fer-
mè eiusmodi
Sunt omnes mulieres. Ga. Sed & hoc ualde est mirabi-
le, Ismael,
Quòd fœmine illic non ita pariunt, ut hîc. IS. Quomo-
do igitur?
Ga. Mares ibi fœtus concipiunt in cruribus. IS. proh
Iupiter.
Ga. Eosq; in lucem proditos fœminæ eorum hyemis
tempore
In uentres abscondunt apertiles. CH. At ego te furci-
fer,
Credo à scrofa conceptum, & postea demum, ubi lucem
aspexeras,
In pellem asini fuisse absconditum. IS. Quò abis, Cha-
me? CH. Præsto sum.
Ga. Quid pulices dicam? IS. Quales, obsecro, sunt istis
in locis?
GA. Tanti sunt, Ismael, unus ut æquet elephantos duo-
decim, At

CH. At te Iupiter, omnesq; Dij perdant cum pulcibus
tuis:

Cumq; tuis istis omnibus mendacijs Ga. Quid uultu-
res?

IS Cuiusmodi sunt hi? Ga. Mirabiles. nam horum ple-
riq; sunt

Tribus nixi capitibus, & alis multo aucti maioribus,
Quam est uelum onerariæ nauis. CH. Iam non contineo
me amplius,

Quin sibilem. Ga. Siccine agis Chame? quæso hercle
Ismael, potin hic est

Tacere, dum meum sermonem absoluiam? CH. quis:
egone? optimè.

Verum heus tu, lege hac tibi meam adstringo fidem: si
uera sunt,

Quæ memoras; taceo: sin falsum aut fictum est: continuo
sibilo.

Proin tacere si uis, uera dicito. Ga. Vidi etiam ibi
Puteum quendam mirabilem. IS. qualem puteum? dic
obsecro.

Ga. Si quis in eius fundum semel tantum descenderit: au-
diet

Protinus omnia, quæ ubiq; geruntur in orbe. CH. Ita est.
nam ego

Similem uidi. Ga. Si quis eidem mox speculum imponat
desuper,

Ille omnes gentes, omnia oppida aspiciet. CH. Verifi-
mile est.

Potest taceri hoc. IS. Quo uerò potu isti homines uti so-
lent?

NICODEMI FRISCHLINI

Ga. Potus ferè omnium est expressus in scyphum aer. IS.
Quomodo?

Ga. Miro modo. CH. Potest & hoc credi. nam quales ibi
homines,

Talis quoq; est potus hominum. IS. Sed quibus utuntur
uestibus?

Ga. Vestes nobilium sunt molles & uireæ. CH. SS. Ga.
Quid sibilas?

CH. Quomodo sunt molles & uireæ? annon ibi præ
durum æque est uitrum,

Vt hîc? Ga. Minimè. Tu si non credis: illò rem explo
ratum abi.

CH. Credam tibi potius, quàm eam. Ga. Quin & merca
tores ibi

Reperiuntur, qui hybernâ colligunt niuem, eamq; do
mi ad focum

Arefaciunt: arefactam pro saccharo uendunt. CH. SS.
ehem.

Ga. Quid sibilas? CH. Quia non possum istis tot nugis
fidem dare.

Ga. Atqui hæc bona fide recito. CH. Tua bona, haud
mea. Ga. Mea

Inquam fide. CH. Scio: nam Gastrodis alia est, alia est
Chami

Fides. Sed hoc uelim, Gastrodes te mihi clarè eloqui,

Quod te rogabo Ga. Si quid uis, roga: quod scibo, celi
tus

Responsum dicito. CH. Quot annos uixisti Sycolatro
nide?

Ga. Viginti. CH. Quot in Vtopia? Ga. totidem. CH.

Quot in Asia? Ga. Vndecim. Quot

REBECCA.

CH. Quot in Elysijs? Ga. Triginta. CH. quo anno etatis primum è patria

Egressus es? Ga. Vicesimo. CH. Quanta ista annorum summa erit?

Ga. Sexaginta quatuor. CH. ita certè: rationem tenes? Ga. probè.

Ga. Atqui tantum esse oportet, neq; enim plures sum natus. CH. probè.

Nosti prouerbium? Ga. Quod nam? CH. Mendacem decet esse memorem.

Ga. Noui. CH. scitè igitur tu memor es. IS. satis historiarum est. Ga. admodum.

IS. Eamus ergò intrò, quia potare mihi tecum collubet.

Ga. Lubet adepol & mihi tecum: nam quod tibi, idem & mihi lubet.

IS. Eamus ergo, atq; accumbamus, quoniam dudum tempus est.

Vos rustici nunc ite domum: reuocabo uos in crastinum.

CH. Sed non ad prandium, neq; ad coenam: ne erratis forsitan.

ACTVS V.

Scena I.

Eleafarus, Cario.

Senarij.

Hoc serui officiū frugi atq; boni est, facere, quod Ego persequor. Nam qui seruus seruire hero Bene postulat, illum multa in pectore suo

NICODEMI FRISCHLINI

Prudenter collocare oportet, quæ suo
 Placere hero præfenti atq; absenti censeat.
 Non somnolentus sit, non uecors, non piger:
 Aut si dormit, ita dormiat, seruum ut simul
 Se cogitet: & se officio exuscitet suo.
 Ego certè, dum heri studeo negotijs,
 Somnum uix capio oculis, ita mecum gaudeo,
 Quòd omnia tam prosperè heri euenerunt mihi.
 Quare domum maturandum nunc censeo:
 Neq; pigritiæ, aut somno multum hìc dandum loci.
 Sed ubi serui? cur nemo adhuc prodit? ubi nunc
 Illos perquiram in his tenebris? Heus Sofia:
 Cario: tangon hìc ostium? pulsabo: ubi
 Estis uos? heus, ubi estis uos? ecquis aperit?
 CA. Quis tam grauius pepulit fores? EL. Hem Cario
 Expergiscere: uigila. CA. uigilo. EL. surge ocyus.
 CA. Quid uis tam mane? EL. surge, camelos instrue,
 Vt, cum opus illis fuerit, parati sint uiæ.
 CA. Curabitur. EL. at probe. CA. fiet. EL. satin hoc tibi
 Mandatū? Ca. satis. EL. Operam quæso, da, ne pigrum
 Te, aut oscitantem inueniam CA. ne dubites, here.
 EL. Ego hinc eo, reuersurus iam statim. CA. abiit
 Hic. Proh Deum, quid homini in mentem uenit, ut
 Tam subito uelit ex hoc percommodo loco
 Recedere? Equidem si me quicquam penes in hac
 Re esset, ego mensẽ adhuc durare uelim integrum
 Adeò lauto sumus excepti heri conuiuio.
 Sed quid agam, nisi quod iussus sum? Mos est hero
 Gerendus. Abeo, cum domum rediucro,
 Alto ueterno has compensabo uigilias.

Actus

REBECCA.

ACTVS V.

Scena I.

Bathuel, Eleafarns, Mulier,
Labanus, Rebecca.

CUr obsecro, tam manè, hospes? An etiam hac
nocte commodè

Dormiisti? EL. Sic satis. BA. cur igitur non
quieueras

Paululum diutius? EL. Non otium est: nihil hìc loci
Segnitiae, aut secordiae. BA. non est segnities, debitam
Operam dare somno. EL. est ita, sed nimis homo nihi-
li est, qui piger

Est: nimisq; id genus ego malè odi. Vigilare condecet
Hominè, qui sua uult conficere officia tēpori. Haud enim
illum oportet expectare, dum tandem se herus ad suum
Suscitet officium. Nam qui libenter dormiunt, sine
Lucro & cum malo quiescunt. BA. Sic est, ut dicis:
Tamen

Hoc uelim interim quoq; cogites: frustra hominem in-
somnia

Semet excruciare, ubi nō opus est. Quid .n. causae erat,
Cur tam manè surgeres? EL. Rogas? qui tanto tempore
Nunc domo absum: & quem domi summa auiditate ab-
hero Isaco

Expectarier scio, quomodo ociosus sterterem?

Quid somnus prodest negotioso? manè negotium,
Si quod agere occeperis, totum deinde procedit diem.

BA. Quid tu ergo in animo habes? EL. proficisci. BA.
hodie? EL. Sic. MV. Hui tam citò.

NICODEMI FRISCHLINI

EL. Sic mea est sententia. BA. at hospitium hinc habebis quamdiu

Volueris: neque ullius sumtus me poenitet. EL. hoc scio. Et reipsa expertus id loquor. sed mea iam non feret Occasio, mi hospes, diutius hinc ut frustra commorer, Et molestus sim tibi. BA. Molestus mihi? nihil minus. Et si nobiscum maneat per mensem deinceps integrum.

EL. Utinam possem. BA. quid uetat? EL. Tempus profectio est, ut domum

Redeam, quando bene successit hoc negotium. Proinde Dimittite me, ut uadam ad herum meum. MV. At mater at mea filia,

Per decem saltem dies adhuc nobiscum; postea Ibis, quod uoles. EL. nimis longum fuerit tempus morae. MV. At mihi nimis breue opinor. La. non iniquum postulat

Mater. Quid decem dies incommodent? quin annuis?

EL. Quæso ne retardetis me, quando Deus uiam meam Prosperè direxit. Dimittite me, ut ad dominum meum

Redeam. BA. si tam pertinaci, & obstinato es pectori

Age uocemus filiam, ut uideas, num hodie tecum uelit

Hinc abire. Laban, i, uoca eam. Nam neutra in re tibi

Difficultas à nobis erit: tibi despondimus;

Tibi desponsatam trademus, arbitrato nunc tuo.

EL. Habeo uobis gratias, & ne feratis ægrius

Festinationem hanc nostram, summis precibus uos rogo.

Sed uenit Rebecca. BA. Rebecca? Re. quid me uis pater optime?

BA. Scin heri te à nobis desponsatam esse filio Abraham,
Cognati nostri Isaco? RE. scio. BA. Et te consensisse
mhi?

Re. Noui factum mi pater. BA. Vin tu ergo cum hoc
hospite

Proficisci hodie in Chanaam. Re. uolo, nisi quid in uo-
bis moræ est.

Ba. Prorsum nihil filia. MV. Num ergo tu ibis cum
illo? Re. ibo ædē pol.

Cur enim nulla obstante mora rem bene transactam diu
Differam? BA. Laudo. Tu coniux, ut nunc facto opus
est rei huic,

Deboram illi comitem adiunge; cæterisque rebus eam
Ad iter instrue: ut cum abire uolent, ne sitis in mora.

Nam noui mulierum ego mores: dum moliantur, &
Percomuntur, annus est. Sed quò tu abis, Eleasare?

EL. Famulis quod prius dicam, habeo. Continuò hic
adéro. BA. probus

Hic est seruus, & frugi, cui herus in tantum curæ est
suus,

Vi uix quēquam illi similem reperirier posse arbitrer.

LA. Neq; ego in uita unquam mea fideliorem repperi:
Cui negotia herilia plus curæ sint. BA. Sanè non parū

Irascor mihi, quod sinistram opinionem in pectore
Sufficaci, perperam de illo primum conceperim.

Quanquam satius est interdum suspectos habere bonos,
Quam malis & sceleratis hominibus nimium credere.

EL. Dissolui ocyus me: & quia nunc omnia exegi,
quæ erant

Exigenda mihi: neque quicquam restat, nisi summum
ut uale

NICODEMI FRISCHLINI

Tibi dicam: proin optime Bathuel, tibi nunc & tuæ
Vxori, atque adeò toti familiæ gratias ago
Atque habeo summas, & immortales: tum quòd herum
meum

Vestra affinitate dignum iudicastis: tum insuper
Quòd me erga & meos benigni, & hospitales admo-
dum

Vos omnes fuistis. Pro quibus beneficijs gratias
Vt vobis Deus dignas rependat: toto animo precor.
Ba. Gratū est quod mihi precaris, mi Eleasare: & rogo
Vt uoluntatem hanc nostram tenuem boni & equi con-
sulas:

Atque heris tuis salutem dicas nostrū nomine
Omnium. EL. faciam lubens, & ipsorum tibi uice
Gratiam habeo. Ba. sed quid dotis hero asferet tuo me
Filia? nanq; honestè fieri non potest, ut eam sine
Dote perpetiar transire in matrimonium. EL. Neq;
Volo, nec postulo, nec censeo. BA. Sed non erit mihi
Probro, filiam sine dote nuptum collocare? EL. Non
BA. Quamobrem? EL. quia dotem asfert pulcherrimam. BA. At nondum est ei

Numerata. EL. Imò habet. BA. Quam nam? EL. Pro
dicitiam, Dei metum,

Et parètum amorem, & cognatum concordia, optimas
Ac pulcherrimas dotes. Ba. Vin ergo tu istis dotibus
Esse contentus? EL. Planissimè, modò properè adfiet,
Vt maturo herum reditu exhalarem: nouumq; gaudium
Inopianti primus obijciam. Sed ueniunt. Sofia
Adduce huc camelos, ut meum conscendam: postea
Fœminis opem ser subsidiariam. RE. Pater optime

Bathuel,

REBECCA.

Bathuel, quibus uerbis abitura gratias tibi agam
 Pro paternis in me atq; innumeris beneficijs: Faxit is
 A quo proficiſcuntur, in uita mortalium, omnia
 Commoda, ut diu uiuas cum matre ſaluus, & integer,
 Et ſine noxa incolumis. BA. Bene uale, mea tu optima
 filia:

Bene uertat Deus, quod ages: ſisq; decem in millia
 millium:

Et ſemen tuum obſideat tuorum portas hoſtium.

RE. Vale mater mea. Plura non quco. MV. uale filia
 optima.

Heu nequeo, quin lacrymem. BA. Fer a quo animo.
 MV. ultimus dies

Hic proſecto illuxit: quo meam aſpicio Rebecculam.

RE. Ne fleas, mater: Nam quod Deus iubet id nunquam
 malè

Succedit. Sed & tu, frater ualeas, Laban chariſſime.

La. ſoror es noſtra: uale ſoror optima. ſis in millia milliū.

Et ſemen tuum obſideat tuorum portas hoſtium.

RE. Ancillæ & ſerui omnes bene ualete, beneq; uiuite.

Bene queſo inter uos dicatis, & mihi, abſenti tamen.

EL. Iamne imus? Re. Maxime, quia nihil reſtat moræ.

ACTVS V.

Scena III.

Syrus, Labrax.

Oſtonarij.

Quomodo tu iſtuc dixiſti, Labrax, Iſmaelem no-
 ſtro hero

NICODEMI FRISCHLINI

Minatum, nescio quid mali? LA. dictum ac factum p^{er}ta, Syre.

SY. Etiam patri suo maledixisse? LA. admodum: ut qui plumbeum

Eum, ficulneum, betaceum, delirum dixerit.

SY. O hominem audacem, & improbum. Vt nusquam dissimilis est sui.

Sed aiebas etiam inter illos agitatum conuiuium.

LA. Quid ni agitatum? cum tot fuerint uocati ad cœnam illam hospites.

SY. Qui nam hospites? LA. rogas? Parasitus quispiam, de illo grege

Præcipuus. SY. quinam? LA. dicam tibi in aurem.

SY. iste ne? LA. Sic, ipsissimus.

SY. Est uerisimile. Nam noui hominis ingenuum: cibum is solet

Et flamma petere: atq; adeo summum hoc censet in uita bonum,

Aliena quadra uiuere. Sed nulli præterea? LA. imo Chamus

Alium quoque secum adduxerat. SY. quemnam? LA. Babylonium hospitem

Gastroden. SY. Cedò, quid istud hominis est. LA. Non nosti hominem Syre?

SY. Non sanè. LA. Ventriosus est homo, malis præturgidis:

Aliquantum rufulus, crassus, dentes lupinos squalidus:

Truculentis oculis: homo pol nugacissimus. SY. Di-
gnum hercule

Patella operculum. LA. An non omnia bene inter se congruunt?

SY.

R E B E C C A.

SY. Apparet. nam uetus, uulgatumq; est adagium, labra

Similes habere lactucas. La. ita est. SY. Sed humeri quomodo

Tui habent? La. Quomodo, nisi misere? nam pugnis me miserum Chamus

Penè occidit, uide ut labrum discidit. SY. Ego certè durius

Haud unquam uapulauì antehac. La. Neque ego, sed unum mihi Syre

Doluit precipuè. SY. Quid nam? La. Quod mihi non referire licuit.

SY. Quæso hercle Labrax: si tibi potestas in istorum hominum gregem

Daretur: quid ageres cum illis? La. Exemplum ut essent omnibus,

Probè curarem. SY. Quomodo mi Labrax? La. Rursus hinc abstraherem eos:

Atq; ibi stiuæ admouerem & uomeri: fumi atq; pollinis

Coquendo pleni sint faxim, & molendo: tum etiam præter hæc

Meridie ipso facerem, ut stipulam colligant: tam deniq;

Excoctos redderem atq; atros, quàm carbo est. Atq; utinam mihi

Hic aliquis ex illorum grege detur nunc obuiam: meam In quem iram omnem euomam, dum hæc ægritudo recens est. SY. st, tace.

NICODEMI FRISCHLINI

La. Quid est? Sy. Proce^dit huc uenator quispiam, uⁱ
dén? La ubi?

Sy. In angip^ortu illo: nescio quid solus secum m^urmu^r
rat.

Mihi uidetur adhuc ebrius ex hestern^o conuiuio.

Nam membra ei titubant. Sy. Obseruemus hominem,
quam rem gerat.

A C T V S. V.

Scena. IIIL.

Chamus, Labrax, Syrus.

Senarij.

A Tat, data hercule à Gastrode uerba sunt
Mihi: nimis me heri bibisse sentio.

Vicit Gastrodes: uicit uinum, quod bibi.

At dum accubabam, cyathis Gastrode prior
Potiorq; futurus esse uidebar, nam minus
Certè senem credebam capere, quàm uirum
Valentem, industrium, indefessum, strenuum.

La. Audin quæ loquitur carnifex? satin tibi
Videtur magnificus? Sy. Imò etiam maleficus, '

Sed tace, & hanc rem gere. CH. Verum postquam ho^m
mo me sibi

Parem esse uidit: protinus ingentem arripit
Cantharum: eumq; madidum uino longè optimo,
Mihi præbabit, exhaurit: rursum opplet, dat mihi.
Hunc cantharum oportuit me binis haustibus
Vacuare: usq; lacrymæ dum profluerent mihi.

La.

R E B E C C A.

LA. Disciplinam uide uenaticam. Sy. Ah tace.

CH. Ego, ne pro tanto beneficio ingratus seni

Homini uidear, uicissim illi alium cantharum

Propino, respondet mihi fideliter.

Mox, propter commodam ualetudinem heri

Mei, propinat insuper alterum mihi.

La. Qui istic nouus mos est, Syre? Sy. Nescis tu. La-
brax?

La. Nescio me hercle. Sy. Sic solent nunc aulici.

Superis litare pro ualetudine bona

Suorum principum: hæc uota illorum: hæc preces.

Sed auscultemus exitum conuiuij.

CH. Vbi etiam istum uacuauit cantharum: mihi

Adhuc uidebar sobrius: at cum surgerem:

Ecce neq; lingua, neq; pes officium suum

Faciebat. Quare in lectulum me conferens

Desertui in multam lucem. Sy. Exemplum uide.

Isti, dum sanitati principum student,

In morbos incidunt, podagram, cheragram, hydro-
pem,

Dolorem colicum, & similes febres. La. Deus

Bone, an non satius fuerat esse sobrium?

Et sobrium posse inseruire principi,

Suumq; munus administrare: quàm pigro

Affixum lecto, nec sibi prodesse, nec alij?

CH. Hodie, cum primum è somnis expergiscerer,

Capitis tantam sensi grauedinem, ut mihi

In cerebrum migrasse cyclopas iurauerim,

Qui feriant illud alternatis ictibus.

La. Istos cyclopas citius experire, quàm

NICODEMI FRISCHLINI

Voles. CH. Sed neq; dum omnem edormiui crapulam.

La. Quod reliquum uini est, nos discutiemus probe.

CH. Nam oculi profectò mihi adhuc prospiciuni parum.

La. At ego nunc aperiam tibi his pugnīs, scelus.

CH. Itaq; huc exij, ut amoueam spaciando reliquum.

Sed qui sunt, quos aduersum me ire conspicio?

SY. Profectò, nisi me fallunt oculi, hic Chamus est,

Qui nos heri admodum indignis habuit modis.

Certè ipse est. CH. perij oppidò, uideo Syrum

Et Labracè obuios. LA. Quin irruo in ipsum, Syre?

SY. Mane hìc, ego adibo. CH. Pol, nisi me fallit animus,

Haud multum à me aberit ingens infortunium.

Ita in angustum redigor: nisi aliquid uidero.

Quid agam? Quid comminiscar? incunda ratio est.

Quid si hinc aufugiam? non queo. quid si sic agam?

Tantundem. at sic opinor. fieri non potest.

Euge; simulabo, quasi eos nunquam uiderim.

SY. Hem opportune, te ipsum querito. CH. Quid est?

SY. Rogas, flagitium hominis, nequā, ac minimi preci.

Qui modo nusquam loci comparebas mihi:

Nunc cum repente compares, peris. CH. quid hoc?

Adolescens quid tibi mecum negotij?

Qui mihi maledicas, homini ignoto insciens?

SY. Quid ais? ignoto insciens? quasi non noueris?

CH. Non adepol ego te, quod sciam unquam antehac

Vidi, neq; noui. SY. non me nosti furcifer?

CH. Si norim, non negem. SY. Chame uigila. CH. alium

Me censes, ac sum. SY. quem alium? non tu Ismaelis es

Parasitus? CH. qui istic homo? SY. qui? Praeceptor

tuus,

Qui

REBECCA.

Qui te contumelias ferre innocentibus
Docuit. CH. quem tu Ismaelem, quas contumelias
Mihi prædicas? quem ego hominem sanè nullius
Coloris noui. SY. Dij te eradicent scelus:
Quem hæc dicere non pudet. CH. equidem uera me-
moro.

SY. Mentiris nebulo, qui tibi ignotum me ais.
Sed utut sit: tu si me non nosti, noui ego
Te. CH. at unde? SY. rogas scelestè? qui me hodie modo
Et Labracem nostrum deuerberaueris:
Et agricolas heri mei in uenationibus
Penè ad necem tractaueris. CH. factum nego.
SY. At ego aio. Accede Labrax, nostin hunc uerbero?
CH. Dij deæq; & te, & hunc malè crucient. SY. Ehem
Nunquid nobis etiam maledicis? Irrue
In ipsum Labrax: & iam par pari refer.
LA. Iamdudum gestiebam mihi dari obuiam
Hunc nequam, ut illatam ulciscerer iniuriam.
SY. Quin irruis ergò? quin feris? LA. Ita faciam.
Hem tibi bipedum nequissime uapula, hem tibi,
Hem sic datur, si quis insontes læserit.
CH. Vis hæc equidè est. SY. quin inuolas illi in oculos?
Rape, tunde, uerbera, trahè, defige colaphis
In terram. CH. quæ te mala crux agitât? quid tibi
Mecum commercî? LA. Si nihil commercij
Dudum fuisset: iam non miserè uapules.
SY. Sed ecce commodum huc recipit Sangario.
CH. Doleo me non habere lapidem, ut eo tibi
Cerebrum excutiam. SY. minaris? Heus Sangario ades
Inua hunc, constringite quadrupedem: discindite,
CH.

NICODEMI FRISCHLINI

CH. Elidam tibi oculos, ut sepijs coqui
 Si me attingas scelestè. La. at ego te furcifer
 Proripiam nunc pedibus, quasi occisam suem.
 Sangario quid cessas? Iuua me. CH. obsecro uos.
 La. Nequicquam hercle obsecras. Sy. Labrax feri, feri.
 La. Ferio. Sy. at multum: rapite sublimem. CH. Obse-
 cro uos.!

S). Facite inter terram atq; cælum, ut medius fiet.

CH. Heu, Heu mihi. La. quid clamitas. CH. Heu, heu
 mihi.

La. Frustra iam clamitas. Sangario, rape, trahe.

CH. Vis hæc quidem hercle est, & trahi, & tundi si-
 mul.

Sy. Iura te nociturum esse hac de re nemini:
 Quod tu hodie uerberatus es à nobis Chame,
 Si saluum te mittimus hinc. CH. Iurabo ut lubet.
 Præi uerbis. Sy. Diana te testor mihi:

Si cui noceam illorum, à quibus meritò hodie
 Sum uerberatus, tunc ego oculos meos
 Amittam. Sic inquit Chame, & me tangito.

CH. Tunc ego oculos meos amittam, per Iouem.

La. Si fraudas sis, dicito, uti te in sylua Pharan
 Leones & lupi dilanient dentibus.

Tecum hoc habeto tamen ubi, iuraueris.

Sy. Nunc finite, i, in malam rem. CH. ibi sum quidem.
 Sy. imò eris:

Si posthac te prehendero. CH. cauebo istuc satis
 Ne huc redeam. Sy. Si sapis. Nam ita te ornatum probe
 Hinc amittemus: ut te ipsum non noueris.
 Sed herus egreditur, ite intrò: ne fortè nos
 Hic otiosos astitisse sentiat.

Prò

R E B E C C A.

CH. Profectò peßimus hic mihi illuxit dies:
Cui, si liceat, oculos effodiam lubens.
Sed erit, ubi hos nebulones ulciscar probè:
Neq; enim sol omnium dierum hîc occidit.
Nunc eo domum: ut hanc rem hero meo renunciem.

A C T V S V.

Scena. V.

Isacus, Abrahamus.

S Atisne diu pater domi desedimus:
Eleasari expectantes reditum? Ab. haud dum satis
Isace. IS. qui sic? Ab. nam aliàs nunc rediisset do-
mum.

IS. Est hoc quidem uerum: attamen absentia
Huius moræ perquam mihi molesta est. Ab. cur ita?
IS. Rogas? Profectò nunquam ille antehac absuit
Domo diutius: atq; adeò toto mihi
Anno nunc absuisse uidetur. AB. bono animo es.

Nam spero, hîc cum saluum affuturum propediem.
IS. Optatius certè euenire hodie mihi
Nihil posset: quàm illum uidere sospitem.
Nimis hoc me discruciat: ne quid mali
Aut aduersi nunc perpeßus sit in uia
Eleasarus: neu frustra iter hoc suscepit.
Nam quia non redijt. proh Deum, quæ cogito: &
Quibus sollicitor nunc rebus: ne aut ille alserit:
Aut uspiam ceciderit: aut aliquid perfrigerit.

AB.

NICODEMI FRISCHLINI

AB. Ridiculus es: & frustra hæc times. IS. quî dum pater?

AB. Quia neq; hoc tibi, neq; illud sollicitudinem
Afferre debet. Est in cælis arbiter:

Hominum qui facta, mores: pietatem & fidem,
Et omnium nomina in manu signata habet.

Huic te confidere: in hunc te respicere uolo.

Huius opus est connubium: hic Adæ suam
Euan è costa ædificatam adduxit pronubus.

Ab hoc petendum est foelix matrimonium.

Nam ab eo solo, non aliundè id proficiscitur.

Sine hoc duce, qui negotij quid suscipit,

Is operam & sumptum perdit. Quia nihil

Ei acceptum est: quod humano proficiscitur

Consilio: neq; uera fretum est fiducia.

Facilius, si, qui pius est, & fide bona

Præditus, in solum respicit mitem Deum:

Quàm qui simulator est, uiam inueniet sibi.

IS. Ita est, pater ut dicis. sed interim tamen

Vitio ne mihi uertas uelim: si idem mihi

Iam usu ueniat, quod cæteris mortalibus.

Vt cuius tu rei cupidinem meo

Animo iniēcisti, eius desiderio pio

Teneat: præsertim coniugis optatissimæ.

Nam homo sum, nec quicquam humani alienum à me
puto.

AB. Noui isthuc fili mi: neq; ego te saxeam

Sed carneum genui. Verum hoc scito tamen

Modus omnibus in rebus remedium est optimum:

Nimia omnia nimium exhibent negotij:

Nam

Nam tu, quod absentis desiderio pio
 Iamdudum Eleasari teneris: id probo.
 Sed te anxium nimis esse, & sollicitum: haud probo.
 IS. Quid ergò faciendum pater? AB. in spe scilicet,
 Patientiaq; permanendum: & serijs
 Apud Deum precibus instandum: ut is suo
 Numine & iter serui, & totum negotium
 Clementer dirigat. Quid enim nos à Deo
 Vnquam petiuimus: cuius nos compotes
 Non fecerit? IS. pater. AB. quid est? IS. num ergò
 mihi
 Licet paulisper digredi. AA. quonám Iface?
 IS. Rus concedam. AB. quamobrem? IS. precandi
 gratia.
 Nam solus cum illíc sum, remotis arbitris
 Ardentius precari mihi uideor. AB. benè est.
 I, quò lubet. IS. benè uale tu interim pater.
 Ego mox adero. AB. bene ambula fili mi Iface.
 Ego interim, dum tu ruri hinc aberis, domi
 Tantisper obsidebo, dum huc Eleasarus
 Redeat. Nam quantum conijcio, haud procul aberit.

ACTVS V.

Scena VI.

Ifacus.

Illinc hinc abiit: prob Deum, quantum in misera
 hac uita bonum
 Adeptus est: qui sapientem à Deo sortitus est patrem.
 Veluti hic meus est. Nam nunquam illum adeo: quàm
 abeam ab eo doctior.

NICODEMI FRISCHLINI

Modò enim ad pietatem uerba tam egregia fecit, tam
commoda:

Vt commodius nō potuerit, sed utut sit, hoc certè nimis
Longum est mihi tempus: dum te careo Eleasare. Nam
horæ terminus

Quem tibi præstitueras, dudum abiit. Nimis hæc res
animum meum

Sollicitat: metuoq; mali ne quid eueniat tibi in uia:
Quod nolim: aut ægritudo, aut remora in negotio in-
tercesserit.

Quantoq; abes diutius: tantò magis desidero:

Magisq; cupio. Nam uerissimum, uulgo quod dicier
Solet: spes, quæ differtur, affligit animum: quanquam
scio

Eleasarum, spectatæ hominem prudentiæ, & fidei, nihil
Facturū negligenter: sed rem herilem, absente hero suo

Tam sedulò tutaturum, quàm si ipse assiet, aut rectius.
Proinde Deum immortalem summis precibus oro, & ob-
secro:

Vt hoc iter illi fortunare uelit. Nam humana industria
Nihil confit: ubi non est præstò diuina moderatio.

Nam sola hæc actionibus nostris, quasi quidam lucifer
Præluet: sola hæc præstituta à nobis dirigit: sine hac
Negotium qui suscipit, laterem lauat. Id quod mihi adeo

Multis meis experimentis demonstrauit prudens pater.
Eamq; ob causam huc solus in rus concessi, ut mihi Deo
Vota faciam, & precibus totum illi commendem ne-
gotium.

Sed quos uideo procul aduenire homines: nisi malè
conspicor,

Came:

REBECCA.

*Camelis insident, & ducunt aliquot secum mulieres.
Mirum profectò, ni clemens, & propitius mihi Deus,
Nec opinanti obijciat improuisum aliquod gaudium.*

ACTVS V.

Scena VIII.

Eleasarus, Rebecca, Isacus.

Cum benè re gesta saluus conuertor domum:
Deo aeterno immortales habeo gratias:
Qui solus in patriam, ex peregrinis me locis
Reducem facit: tuq; adeò herilis patria

Salue: quam nunc ego duobus mensibus
Postquam hinc in Mesopotamiam abij, uideo lubens.

Re. Quis nam hic uir est, Eleasare mi, quem cōspicor

EL. Vbi? RE. Illic in agro, qui solus deambulat.

IS. Est ne hic seruus, de quo modò agebam, Eleasarus?

EL. Est ne hic herus meus Isacus? Re. quem hūc nominas?

IS. Is est profectò. El. eū esse autumo. Re. quis hic uir est?

EL. Pape, uideon ego Isacum, an non? RE. quem uides?

EL. Herum meum. Nam hic est Isacus, huc qui obuiam

Venit. RE. sine defiliam ex camelo, & flammeo

Faciem obnubam. EL. here salue. IS. salue mi Eleasare,

Sed quis comitatus hic? EL. apporto nuncium

Cuius maxime te fieri participem cupis.

IS. Quod nuncium? satis ne sunt salua omnia?

EL. Imò omnia. Laus omnipotenti Deo: qui iter

Secundauit clementi numine, IS. gaudeo.

EL. Atq; hanc tibi uirginem honestissimam omnium.

Que in terris uiuunt, Bathuelis filiam,

Neptem Nachor, Rebecca, gentilem tuam,

NICODEMI FRISCHLINI

Et tota familia: ut aetatem tecum exigit,
Et pulchra prole te lætum faciat patrem.

IS. Quid ais? te adducere Bathuelis filiam?

EL. Etiam. IS. Rebecam? EL. maximè. IS. neptem
Nachor?

EL. Planissimè. IS. desponsam mihi? EL. Dixi tibi.

IS. Tibi ne ego credam? non ludis me? EL. Cur ego

Ludam? cur tu non credas? an fidem meam

Vnquam expertus es, ulla in re lubricam aut malam?

IS. Atq; haud eò duco, quòd diffidam tibi,

Elcasare, cuius in me expertus sum fidem:

Sed quòd uix fieri hoc posse arbitratus fui,

Quod tu opera perfecisti mihi tua probè.

EL. Imo hoc Dei perfectum opera, num ambigis adhuc?

IS. Nihil: sed ago Deo omnipotenti gratias:

Qui me uoti mei clementer compotem

Fecit: teq; reducem mihi & seni patri,

Cum tanta letitia, & tanta spe reddidit.

Deinde & Bathueli, & omni familiæ,

Quæ affinitatem nostram tibi non abnuìt:

Tum uerò præsertim tibi, castissima

Virgo Rebecca: tuo quæ matrimonio

Dignum me censuisti, gratias ago:

Teq; accipio lubens, te complector anime

Mi, mea uoluptas, mea spes in uita unica:

Diadema uitæ meæ: oculus meus unicus,

Meum solatium, quod Saræ funeri,

Et luctui opponam meo. Quin detegis

Vultum? nam te pudicam esse, minimè ambigo.

Re. Faciam, quod me iubes, here mi lface: nam tua

Sum,

REBECCA.

Sum: tua uolo esse: tibi semper morigera ero

In rebus omnibus: tibi do me: domine mi:

Tibi me committo: tuæ me mando fidei.

IS. O fortunatum me: ut tua uerba audio lubens:

Vt te, Rebecca mea, nunc conspicio lubens?

Vt præ letitia lacrimæ præfiliunt mihi.

EL. Quali tu seruo tua commendasti bona?

IS. Bono & fideli, & fido, & cum magna fide:

Qui tantam offers aduentu letitiam tuo:

Tot commodas res affers: tot adimis mihi

Curas, quæ exercuerunt me aliquot mensibus.

EL. Ego quàm fideli animo in te fuerim here,

Ex ipsa, te malo intus resciscere. IS. scio:

Amoq; & laudo, & uehementer te prædico.

Nam te esse erga me fido ingenio, comperi:

Tibiq; exopto, ut reliquam uitam transigas

Nobiscum felix, & fortunatus diu.

Nunc ite intrò: nam dudum uos expectat senex.

EL. Eamus: quando benè cessit negotium.

Nam non est expectandū, dum exeant: intus (Scazon)

Res transigetur: intus desponsabitur.

Quod reliquum est, id uobis exponet Cario.

CARIO, Spectatores: Poeta noster hic nouus

Daturum uobis se promittit propediem

Nouam, facetam, & haud illepidem fabulam:

Cuius uos argumenti, nil simile uspiam

Videritis: uerum ea lege id facturum ait,

Si uos & huic nouæ sponsæ hymnum in nuptijs,

Et huic etiam plausum detis Comoediæ.

Finis Comoediæ.

NICODEMI FRISCHLINI
DAVID CHYTRAEVS
AD IACOB: MONAVIVM.

Nicodemi Frischlini Priscianum uapulantem, magna cum uoluptate legi, nec deponere ex manibus potui prius, quàm absoluissem. Non dubito eiusdem poetæ Susannam, Rebeccam, & Hildegardin tibi uisas esse, quibus ueteris Latine orationis puritatem, elegantiam, facilitatem, & leporem Terentianum, atq; Plautinū in theatra Germaniæ reduxisse, ac specimen ingenij, & industriæ, alijs poetis non imitabile, in comedijs illis edidisse uidetur &c. 17 Martij. Anno &c. 80.

NOBILI ET CLARISSIMO VIRO, D. IOANNI FICHARDO I. V. Doctori celeberrimo,
& Comiti Palatino: inclytæ Reipublicæ
Francofordianæ aduocato &c. Philippus Lonicerus

Doctorum uirorum scripta, Vir clarissime, mirari, non iudicare soleo. Attamen ne tuæ Amplitudinis petitioni minus obedijsse uidear, quod de Frischliniana Rebecca meum sit iudicium paucissimis uerbis declarabo. Quod ad inuentionem attinet, Comœdiam agnosco elegantissimam, quam qui carere uelit: eum ipso Momo uirulentiorē iudicauero. In Abrahami consultationibus & narrationibus exprimitur quedam grauitas, qualis est in Simonis Terentiani

tiani narrationibus. Cum Isaaco, quando pater colloquitur, uidetur etiā accedere poeta ad Sophoclis elegantiam
 piarum sententiarum grauitate refertam. In seruatorum
 iocis Plauti quidem Venerem imitari uidetur Poeta, magna cum dexteritate, non tamen ea felicitate, qua in cæteris, dum circa grauiorem materiam Terentij, & Sophoclis insistit uestigijs. Pridie Cal. Apr. Anno 1775.

M. BALTHASARI BIL-
 DEMBACHII ECCLE-

siæ Stutgardianæ Præpositi;

EPIGRAMMA.

Seruator queritur, suisq; multum
 Auditoribus exprobrat superbis,
 Nos uobis cecimisse luctuosa
 Scitis: uos renuisse lachrimari:
 Scitis nos cecinisse letiora
 Saltatum potuisse nec mouere.
 Hoc & moribus his queri licebit:
 Sic cælo nihil est noui sub isto.
 Thesbites rigidus sumus: Ioannes
 Austerus sumus aure delicatis:
 Lugubre occinimus, modum sonantes
 Dirum: nec lachrimas ciemus ullas.
 Tu Frischlinæ canis modos amicos.
 Et lætum modularis arte carmen:
 Tu misces, pia, casta, sancta, dulci:
 Misces utile, suaue, cum decoro.
 Saltetur, peragatur, exprimatur

NICODEMI FRISCHLINI

Ergo, fabula digna iudicatur.

Segnes sic nisi prouocabis altum

Vt saltent, lapides oportet esse.

Ficti hæc fabula nil refert, sed acta

Sancta à patribus pijs maritis

Matronisq; pijs, auisq; CHRISTI.

Obscæni nihil hic, nihil prophani:

Semen femineum hic, caput colubri

Calcans, uirginis illa sancta proles.

Iusti conspiciunt fides Abrami,

Isaciq; fides, fides Rebeccæ.

Virtus conspiciunt proci uiriq;

Castæ uirginis & decus locatæ.

Distortum ingenium, soluta uita

Damnatur truculentii & Ismaelis.

Ergo ut proficias uia salutis:

Mores ut simul approbes pudicos:

Vt uites uitium: bonum sequaris:

Sanctam, grex studiose ama Rebeccam:

Productam tibi comico à Poeta.

Nunquam te mihi crede poenitebit.

Doctrinæ inuenies satis: benignum

Pro donis uarijs DEVM ut celebres.

Certè si taceant mei poetæ

Credo, uel lapides breui loquentur.

HIERO-

REBECCA.

HIERONYMI VVOLF-
FII, GYMNASII AVGV-
stani Rectoris, hexastichon.

ἔλαβον ὦ Νινόδου ἡρώδας ἀσπροβέτην τε
ὠρολόγιον; τῆς σῆς ἔργα πολυφροσύνης,
ἀλλὰ σοὶ οἱ πλῆτῳ βεβριθότες ἐντελέσωσι;
παρ δ' ἡμῶν (τόγε νῦν) σοὶ χάρις ἐστὶ γέρας.
Ἀργαλ' ἔαί με νόσοι κατέρεινον; ἀπαντα δὲ χρυσὸν
(εἴ τις ἔην) ἀφελον, φάρμακ', ἰντροί, ἔτος.

IOANNES POSTIVS,
MEDICINAE D.

Poeta L.

TEmpore quod geminas uno Frischline Rebec-
cas

Enixus es congratulor

Ingenio, domuiq; tuæ: sic pergito natis

Fies breui ditißimus.

Quos tamen ingenio producis diuite foetus.

Viuiaciores cæteris:

Existant, nomenq; tuum laudesq; per omnes

Orbis sonabunt cardines.

PAVLVS MELISSVS:
SCHEDIVS POETA L.

Com. Palat. &c.

Binas esse tibi ferunt Rebeccas;
Alteram genuit tuum cerebrum,

NICODEMI FRISCHLINI

Alteram peperit fidelis uxor;
 Ambæ te uocitant suum parentem,
 Vno tempore das utriq; uitam
 Nicodeme, sed imparem, minusq;
 Aequa conditione distributam.
 Vt discriminis interesse multum
 Puto: quam genuit uigor cerebri
 Expers mortis erit: sed haud uacabit
 Morte, quam peperit marita natam
 Disspar si pater, aut uocari iniquus
 Nolis in geminas tuas Rebeccas:
 Immortalibus alteram aut deabus
 Fac parem, aut similem suæ sorori:
 Qui cum perpetuos uigescat annos:
 Aut si non pote, Nicodeme, saltem
 Vita protrahe eatenus morando,
 Vt pertæsa moræq; temporisq;
 Mors uelox diuturniore uita
 Sinat sponte sua frui Rebeccam:
 Quam tibi peperit modesta coniux.
 Tantò (inquam) diuturniore, quantò
 Est uiuacior illa filiarum,
 Vigor quam genuit tui cerebri.

NICOLAUS REVSNERVS,

I. V. D. & POET. L.

COmica quæ scenæ uidit spectacula nu-
 per:
 Principibus placuit lusa Rebecca meis:

Atq;

R E B E C C A.

Atq; uiris placuit doctis, totiq; coronæ:
Maximus à populo plausus ubiq; datus.

IOANNES LAVTER-
BACHIVS, POETA NO-
bilis & Coronatus

Cum Frischline mihi Comœdia lecta Rebecca:
Cum Susanna, mouens tincta lepore iocos.
Desunt uerba, quibus, Frischline diserte Poeta,
Leticia dicam gaudia uera meæ.

Gratus erat puri sermone Terentius oris,
Ob lepidos Plautus gratus & ipse iocos.

Dramata sed postquam tua, mi Frischline relegi,

Quæ mihi docta tuo nomine Musa dedit.

Sorduit en puri sermone Terentius oris:

Sorduit in lepidis Plautus & ipse iocis.

Purus es ore, iocis lepidus, pietate uerendus:

Qua caruere duo dramata, solus habes.

CHRISTIANVS EGE-
NOLPHVS FRANCO-
furtensis. P. L.

E Capite orta Iouis fertur, Frischline, Mincrua:
Nuper & è capite est orta Rebecca tuo,
Tyndarin enixa est Leda, ex Ioue semen adepta:
Tyndarin & peperit semine Leda tuo.
Tyndarin hæc æquat facie, sed acumine mentis
Pallada: nunc gemino es Iuppiter ipse modo.
Asterius mater, pater alteriusq; Rebecca:
Quarum utraq; est operæ nata labore tuæ.

Quiuit

Quiuit in hac aliquid mater, nil quiuit in illa
Naturaq; illic, hic erat artis opus.

PETRVS PAGANVS, P. L.
VIR EQVESTRIS, PROFESSOR

Marpurgensis in quodam pro-
pemptico.

Quos inter rubra pingendum censeo cera
Frischlinum, qui Phœbeas ita surgit in artes
Impiger & felix condendi carminis auctor,
Ut sit Germano longè notissimus orbi:

Quiq; nouas auidè, sed cum discrimine cautus
Ambit amicitias, ueteres ita tractat amicos:
Ut nec cum ueterum nec poenituisse nouorum
Pastorum temerè possit, quibus adde modestas
Ingenij dotes, mores sine felle, sine omni
Compositos fūco: facilesq; adeuntibus ædes,
Quas utinam liceat Pagano uisere uati:
Et coram uultum Frischlini atque ora tueri,
Certè illi multis potior res ista triumphis
Accideret: sed dura moram quia numina neſtunt:
Tu Becker uatis Pagani nomine, uatem
Frischlinum, totamq; scholam proccresq; saluta:
Forſan erunt aliqui, quos hæc audire iuuabit,
Et quorum poteris tibi conciliare fauorem.

EIVS-

EIVSDEM EPISTOLA
AD EVNDEM.

Q Vos mihi misisti scriptos ex tempore uersus,
 Elapsis aliquot mensibus aura tulit.
 Nam Zephyris gaudens illos signarat Aprilis:
 At mihi cernendos Iulia stella dedit.
 Nil tamen est serum: quod amico corde profectum
 Fratribus acceptum quæ libet hora facit.
 Hoc unum doleo, quod me nil tale merentem
 Laudibus innumeris officijsq; grauas.
 Nam quid cum magno mihi sit commune Marone:
 Cumq; tua uates ô Venusine lyra:
 Quis mihi suppeditet Nasonis amabile carmen?
 Quis mihi delitias culte Tibulle tuas?
 Has igitur laudes, ut non agnoscere possum,
 Sic erras nimio raptus amore mei.
 Attamen integritas tua me sic afficit, ut stem,
 Iudicioq; cadam, sponte lubensq; tuo.
 Et nisi nos nimis disiungeret interuallis:
 Sæpius Aoniosors inimica gregi:
 Pirithoo semper quasi Theseus alter adesset:
 Nec sine te mihi lux ulla quieta foret:
 Aut saltem spacio distans breuiore locorum
 Funderet alternos, casta Thalia iocos.
 At nunc, aut raro possim tibi scribere uersus:
 Aut tibi qui portet mox abiturus, abest.
 Hæc igitur de me spes sit tibi firma fidesq;
 Quod sim, siue loquar, siue filebo, tuus.

Edere,

NICODEMI FRISCHLINI.

Edere, si castæ tentabis uincla Rebeckæ:
 Exornata tuo quæ mihi Marte placent,
 Adijciam carmen, quod iam cum mittere tempus
 Non sinat, accipies, dulcis amice, breui.
 Interea repetit uestros pia sponsa penates
 In medio rursus digna salire foro.
 Aut uulgata typis totum uolitare per orbem,
 Exemplum sponsis suaue futura pijs.
 Est eadem nobis etiam cantata Rebecca
 Principe Guilermo ius subeunte thori.
 Quam quoq; materno conscriptam idiomate, coram
 Principibus lusit Martis in arce chorus.
 Hanc tibi misissem, sed Catta uoce loquentem:
 Ausoniæ dominas gentis adire pudet.
 Nomine Germani uulgatam fortè uidebis
 Fratris: is hæredem namq; laboris aget.
 Interea ualeas cum casta coniuge felix:
 Defendatq; tuam cælica dextra domum.
 Et tecum ualeat uenerandus Snepsius heros,
 Quem Christi sequitur sponsa pudica ducem.
 Lunæburgenses, fidei quoq; credita uestre
 Turba, Deum iuuenes Pieridasq; colant:
 Ut fructus aliquando domum cum foenore portent,
 Deniq; totius floreat ordo scholæ.
 Hoc petit ex animo, Pagana Camœna, suoq;
 Frischlimo desert omnia iura, uale.

IOAN;

IOANNES VVAGE

RVS, NICODEMO

Frischlino suo salutem.

Vicem tuam, vir eruditione præstantissime, pro mea in te obseruantia, non possum non dolere: tantoque magis, quod iniquorum iniuria, ne dicam auaritia, labes sanctissimis tuis laboribus aspergitur. Egimus Rebeccam tuam theatro publico, quod vltro nobis est constructum in foro frumentario, tantumque abest, vt loco simus moti, vt plausum à frequenti hominum corona reportauerimus. Sed ea ipsa actio tantò maiori nobis sudore constitit: quod exemplaria, omnino duo, nobis fuerunt. Alterum eorum, voluntatis erga me tuæ pignus esse voluisti: alterum Argentina multoties nequicquam efflagitatū, Heidelbergam tandem, opera D. Sebastiani Schuldtheys, Scholarchæ accepimus. Crede mihi, si centum habuisssem exemplaria, vna hora euolassent omnia. Nunc etiam ne tibi defuisse videamur, triginta, quæ apud nos extrudere cupis, ad me recipiam,


N I C O D E M I F R I S C H L I N I .

cipiam, & cum primum allata fuerint, tibi
satisfaciam, Interim hoc tibi solatij affe-
ro, Rebeccam tuam, superatis hybernis
inuibus, hoc amænissimo vere, amatores
niuenturam plurimos: atque vt ad co-
mædias animum adijcias, te summopere
rogo. Quotquot composueris, eodem
filo, (idest vt ego interpretor) vt inter
distractos religionis diuersitate animos
ferri possint: eas ego in theatrum pro-
ducam. Vale vir clarissime. Ha-

genoa 27 Martij. Anno

1 5 7 7.

F I N I S.



NICODEMI
FRISCHLINI
SVSANNA,



Cum Priuilegio Cæsario.
Apud Bernhardum Iobinum.
Anno M. D. LXXXV.

NICODEMI

TRISTOPHINI

SVSANA,



Comptinghouse
And Bernhard
Anno M. D. LXXXV.

N
A
V



ri
à
ft
R
m
o
co
n
pr
ca
D
d

NOBLISSIMIS
AC SAPIENTISSIMIS
VIRIS: MEMMINGAE, CIVITA-
TIS IMPERIALIS, CONSULIBVS, ET
senatoribus, DD, suis obseruandis,

S. P. D.

Nicodemus Frischlinus.



Nihilum vitæ genus esse, cui
hostis ille humani gene-
ris, Diabolus, vehemen-
tius insidietur, quàm est
coniugium: id verò quo-
tidiana nos docet expe-
rientia. Scit enim Sathanas hunc ordinẽ
à Deo fuisse initio statim, hoc consilio in-
stitutum: vt esset seminarium Ecclesiæ &
Reipublicæ. Quomodo enim genus hu-
manum propagari potuisset citra hunc
ordinem? aut quomodo honestæ familię
constitui: si nulli in hac vitæ consuetudi-
ne futuri fuissent coniuges? Belluinam
profectò vitam vixissent homines, & pe-
cadum ritu, procreassent sobolem: nisi
Deus rem ita ordinasset, instituisset, man-
dasset: vt duo essent in carne vna: hoc est,

vt esset masculus & totum foemina con-
jugium. At hunc pulcherrimū ordinem
vt confundat perturbetq; , auctor omnis
tragias, Diabolus: nihil relinquit intentat-
tum, nihil inausum. Nam | aut meretricijs
amoribus nuptias inter homines conglu-
tinat, & quibuscunque inhonestis atque
illegitimis vijs ac rationib⁹ potest, aman-
tes inter se copulat: Deo ita permittente
aut vbi viam hanc sibi interclusam fuisse
animaduertit, hoc tamen agit, vt lites in-
ter pios conjuges serat : & concordiam
illorum dissipet, atque interturbet. Sed
quia hoc commodius non potest conse-
qui: quā si ordinem diuinum interrumpat:
ideo omnibus ingenij neruis in id elab-
orat : vt aut maritum à fide vxoris, aut
vxorem à fide mariti auertat : & vel am-
bos, vel si ambos non possit , alterutrum
conjugem adulterij laqueis irretiat. Quo
modo enim facilius possit animos con-
jugum diuellere , quā vel vtroque, vel
alterutro in hanc fraudem atque perfidiā
seducto ? Quia verò piorum conjugum
custodes sunt angeli: qui furorem Satha-
ne ab illis prohibent: ideo aliam ipse viam
aggreditur. Nā quos adulterio & probro
non potest implere atque diffociare : eos

calumnijs, & falsis suspicionibus adori-
tur. Est enim calumniator Diabolus: vnde
etiam nomen accepit. Cuius rei tametsi
plurima habemus exempla, quæ passim
in omnibus omnium gentium ac popu-
lorum historijs obuia sunt: tamen omniū
maximè conspicua & valdè illustria sunt:
Susannæ & Hildegardis exempla: quæ siue
vera sunt, siue fabulosa: ita certè Diaboli
in hac re ingenium ac studia, moresq; no-
bis representant: vt nemo pictor accura-
tius ea possit penicillo delineare. Cùm
autem vtile sit mores Diaboli & sociorū
eius habere cognitos: vt ex illis discamus
pericula cauere: calumnias Diabolicorū
hominum, qui concordiam piorum con-
jugum turbare volunt, probè internosse:
nihil illis credere: nullas adhibere aures:
iccirco duas ego Comœdias conscripsi,
Susannam & Hildegardin: in quibūs, tan-
quam in speculo, sycophantarum frau-
des, calumnias, maledicta, contumelias
licebit, cui libet, cōtemplari. Et quanquā
hæ ambæ Comœdiæ, jam pridem vnā
cum Rebecca, in hominum manus per-
uenerunt: ita tamen illuc peruenerunt, vt
eas latuisse malim, quàm sic prodijisse: nō
quidem mea, sed typographorum culpa.

Nam vt nihil dicam de illis , à quibus ista
Comœdiæ primum fuere in lucem euul-
gata: & qui suo magis studuerunt cōpen-
dio,quàm puerorum commodo:quid po-
tuisset mihi tristius accidere: quàm quod
nuper admodū,è Carniola domū reuer-
sus, deprehendi hasce Comœdias,à quo-
dam gregario typographo , me incōsulto
& tum temporis extra, patriam in Libur-
nia degente denuo fuisse procusas : & pro-
cusas in papyro vilissima atque abiectis-
sima;& ita procusas atque deturpatas , vt
propter omissa alibi verba, omissos alibi
integros versus ego memet,in quàm plu-
rimis Comœdiarum locis, vix potuerim
agnoscere? Quapropter operæ pertium
me facturum arbitatus sum , si hasce Co-
mœdias , à mendis typographorū repur-
gatas, cum amicis meis, à quibus eas scie-
bam desiderari , meliori typo communi-
carem.

Vobis verò,Nobilissimi, clarissimi quæ
& sapientissimi viri,alteram hanc Come-
diam , nouo & ipsam à me pumice expo-
litam iccirco dedicare,& memoriæ vestre
sempiternæ conferare volui: quod non
modò ex humanissimi , & optimi, ac do-
ctissimi viri Ioannis Langij,olim Padago-
gij

gij vestri Rectoris , humanissimè ad me
scriptis literis , quarum exemplum sub-
juxi: sed etiam ex aliorum hominum ser-
monibus & linguis cognoui: meas Comæ-
diolas vobis non esse ingratas : & de ve-
stro consilio Rebeccam atq; Susannam,
pueritiæ vestræ scholasticæ, pro Terentia-
nis proponi iussas. Quod sanè judi-
cium vestrum de meis scriptis , eò mihi
gratius est: quòd scio illud & à syncerissi-
mis, & à sapientissimis animis esse profe-
ctum. Neque enim vos ij estis, qui nihil li-
terarum intelligatis : & qui toti ab aliorū
hominum arbitrio dependatis. Nam ve-
stris oculis videtis : neque alienos vten-
dos feris accipitis. Quid enim ego viros
dicam, in vestra Rep. summos & opti-
mos? An quisquā sit Meliore Stæbenha-
beto , viro Consulari: aut familiæ splen-
dore, aut doctrinarum studijs, aut rerum
præteritarum expromta memoria , aut
linguæ facundia, aut vlllo denique laudis
genere præstâtior? Et quis Albano Vuolf-
hardo, sene octogenario, sit venerabilior?
quis illo prudentior, & longo rerum usu
confirmatior? quis Raphaële Sætelino,
quis Ioanne Cellario, viris Consularibus
& scholarchis sit humanior? quis pietatis

& sanioris doctrinæ amantior? quis literarum & literatorum hominum studiosior? quis omni virtutum & laudum genere ornatioꝝ? Quare non est mihi dubium quin vos eodem fauore, eademq; beneuolentia, Susannam meam sitis amplexuri: qua suam amplexus est olim, Ioachim: etiam adulterij, sed falsi criminis accusatam. Quod igitur restat vnum, oro precorq; Deum opt. Max. vt is pro sua immensa bonitate vos vestramq; Rempublicam, in vera sui agnitione, & in ocio vitam tranquillo, quàm diutissimè seruet incolumem. Exarau Argentinæ 20.

Calend. Nouemb. Anno

1584.

Ioannes



IOANNES LANG SENI-
OR NICODEMO FRISCH-
lino suo salutem.

SAepe numero mecum cogitavi, vir
Sclarissime, & doctiss: quam ratio-
ne tibi nonnihil innotescerem, Ve-
rum haftenus subinde pudor quidā sub-
rusticus me deterruit, quò minus id votū
meum prodiderim, literisq; meis te com-
pellare ausus fuerim. Tantum enim acu-
mē ingenij: tantam, tamq; exquisitam e-
ruditionem scripta Frischliniana, in lucē
hucusque edita, redolent, ut ego ne mini-
mam quidē eius partem me assequi posse
lubens fatear. Quia verò filij mei cū mul-
tis alijs, te summam humanitatem, cum
summa scientia, coniungere, affirmant,
visum est hoc tempore, verecundiæ fines
nonnihil transire: maximè cum illa, vel
Hesiodo teste, viro egeno sit inutilis. Sic
enim ille ait: *αἰδώς δὲ ἐν ἀγαθῇ νευρυμένω ἀνδρὶ νο-
μίζετ.* Quod cum ita sit, obnixè te rogo, ut
me petitionem meam breuiter comme-
morantem benignè audias. Ita autem res
fese habet. Declamationes, & poemata
tua longo iam tempore, maxima cum a-
uiditate & voluptate legi: in ijsque non

linguæ duntaxat elegantiam, sed etiã res
præclaras plurimũ sum admiratus. Quo
factum est, vt superiori anno Rebeccam
vtilissimam sanè & iucundiss: comœdiã
discipulis meis interpretatus sim: & ho-
dierno quoq; die, in explicanda Susanna
castissima verfer. Hunc autem laborem
ideo suscepi, vt pueri, meæ institutioni
commendati, non modò linguam purior-
rem, ex hoc vberissimo fonte hauriant, sed
vt simuletiam sacras historias cognoscãt,
nec non personarum ibidem introductar-
um sermones, ac gestus aliquãdo re ipsa
exprimãt & repræsentent, sicq; ad causas
maximas in Repub: Christiana agendas
paulatim informẽtur. Hunc enim finem
Dramatis hominibus doctis propositum
esse constat. Cum autem Susanna mino-
res, quàm Rebecca sumptus requirere vi-
deatur, illam præ hac, quam in cætui publi-
co agamus, delegimus, idque amplissimo
senatu nostro, vnà cum clariss: Scholar-
chis & annuente & iubente. Cæterũ dum
rem ipsam aggredior, haud pauca nobis
deesse video: inprimis verò Argumentũ
germanicũ præmittendum censeo: quod
ipsa promiscua, imperitaq; plebs, quidnã
hic potissimũ agatur, aliquo modo intel-
ligat.

ligat. Atqui verò vernaculę linguę *περιοχή*
etiam te præfixisse, aliąq; germanica, quę
magnā gratiam apud spectatores habue-
runt, in media oratione imiscuisse audio.
Quę omnia, si mihi à tātō viro petere li-
cet, (cur autē nō liceret?) obnixē rogo &
obtestor te: vt illa nobis cōmunices: nec
non, vt peritissimus poeta, de alijs quoq;
nōnullis, quę quāuis sunt necessaria, nos
tamen in hac palęstra, minus exercitados
latere possent, literis amicē admoneas,
Quod si, vt spero, impetrauero, tibi alio-
quin satis celebri, maius etiā à nostratib⁹
decus accedet. Omnē n. laudem, nō mi-
hi, sed poetę, Dramatisq; autori ascribā.
Priscianū iam toties promissum diu equi-
dē desiderauī, sed ex carmine Michaelis
Fendij Susannę præmisso, colligere licet,
ipsum vulneribus quibusdā ab imperitis
forſan scholasticis inflictis, detentū domi
fese hactenus continuisse: nec dum in pu-
blicū prodijſſe. Qui si chirurgorū opera
conualuerit, quęſo, vt illi ad nos quoque
veniendi copia fiat. Hoc mihi tam gratū
erit, quā quod gratissimū. Vale in mul-
tos annos incolumis, & meam loquaci-
tem boni consule. Memmingę, è schola
nostra, 5 Cal. Dec. Anno salutis 1578.

Dra-

DRAMATIS PERSONAE.

Midian,	} senes,
Simeon	
Susanna;	matrona.
Thamar:	ancilla.
Philergus:	seruus.
Sichar:	} rustici.
Hiramus.	
Ioachimus	marit ⁹ Susannæ
Chelcias.	} parētes Su-
Anna.	} sannæ.
Cleophas,	prætor
Iudices.	
Daniel.	puer propheta.
Lorarij,	

Pro-



RAPHAEL.

PROLOGVS.



E quis miretur qui sim, primum hoc elo-
quar:

Deinde quid processerim, & quid uos
uelim,

Dicam: ut sciatis nomen fabulae, & meum.

EGO sum angelus Raphael, ex hac familia:

Vnde exeuntem me aspexistis. Hanc domum

Iam multos annos est cum possideo & colo:

Patriq; auoq; amicus huius, qui hic nunc habet.

Nam me piorum coniugem quasi pronubum

Deus constituit, ut sacros inter homines

Conciliem autoritate opificis nuptias.

Nam me duce optatam, per seruum Eleasarum,

Adeptus est Rebeccam nuper Isacus:

Et Tobias Saræ olim matrimonio

Potitus: ut sacrae docent uos literæ.

Nunc huc processi, Susannæ huius gratia,

Cuius pudori insidiantur duo senes

Nequissimi: à quibus ne uioletur, opera

Mihi danda est sedulo. Nam custos sum datus

Pudicitiae. Quòd si acciderit quid ægrius

Per contumeliam, & per consutos dolos:

Opem, adolescentis opera Danielis, feram.

Hæc est summa rei: quam ni partem maximam

Existimarem scire uestrum, hic dicerem.

Nunc

PROLOGVS.

Nunc quid Poetæ nomine uos omnes uelim
 Oratos maxime: expediam paucissimis,
 Nam cum primum is animum ad Comœdiam appulit:
 Id sibi negoti credidit unicum dari:
 Bonis placere ut posset per quàm plurimis.
 Et minime multos lederet: mores malos
 Sic carperet, ut tanquam in speculo uitam omnium
 Proponeret: unde alij exemplum sibi sumerent.
 Verum aliter euenire multò intelligit.
 Nam clamitant nonnulli homines nasutuli,
 Leues personas in sacris Comœdijs
 Non introduci oportere, sed omnes graues,
 Et quas imitari possit adoleſcentia:
 Quæ plerunq; ad malum fiet procliuor.
 Quasi uerò nequam, flagitiosi, subdoli,
 Periuri, blasphemî, salaces, ebrij,
 Idcirco in scenam producantur, ut alij
 Fiant similes malis, & non potiùs bonis:
 Quorum uirtutes & piè facta uideant.
 Habet poeta bonorum exemplum, quo sibi
 Licere id facere, quod alij fecerunt, putat.
 Nam ueteres Spartanos in more habuisse, ait:
 Vt in conspectum liberorum seruulos
 Statuerent ebrios: ut turpitudine
 Morum conspecta, ab isto uitio liberi
 Terrerentur. Quòd enim illi distitant sacra
 Contaminari non decere literas:
 Faciunt intelligendo, ut nihil intelligant.
 Neq; enim pij tantum homines, sanctiq; & graues,
 Illic à spiritu coelesti, sed etiam

PROLOGVS.

Libidinosi, scelerati, obsceni, ebrij,
Impurati in theatrum produci solent:
Illorum exemplo alij uti sapiant rectius.
Id ita esse uosmetiudicare poteritis.
Qua propter hi senes uobis documento erunt:
Vti uagas discatis fugere libidines,
Et legitimos non conscelerare lectulos.
Hoc studium nostrum qui audet reprehendere:
Eum ut quiescat porro moneo, & desinat
Maledicere: malefacta ne noscat sua.
Fauete, & cum silentio animaduertite:
Vt pernoscat, quid sibi hi senes uelint.

ACTVS



NICODEMI FRISCHLINI
ACTVS I.

Scena I.

Midian, Simeon. senes.

Senarij Iambici.

Non mihi licere meam rem me solum, ut uolo,
Loqui atq; cogitare sine isthoc arbitro?
Quid hoc mali obsecro, quòd isthic me, quò
quòd eò,

Quasi umbra sequitur? Nam nunquam tam uestperi,
Neq; tam manè huc uenio: quin hoc ipso loco
Aut ambulanti conspicer, aut tabulam in manu
Gestanti, aut librum lectitanti, aut quippiam
Demurmuranti, aut res meditantem deniq;
Atq; eccum modò ut incedit? uide sis obsecro,
Quemadmodum adstitit tetrica fronte, capite
Obstipò, humum intuens, & curas cogitans?
Mirarier profectò haud immeritò queam
Quæ res sit, quæ illum tam crebro in hunc pertrahit
Locum. quid uerò si adeam, & semel ipsum alloquar?
Ita faciam. Quæso ædepol ne aegrè feras
Simeon, quòd audacter te compello, & nimis
Fortè familiarier. SI. quid est? quid uis tibi?
MI. Miror, quid hìc rerum geras, aut quid tibi
Negoti: quæ uè tua huc tam crebra reditio.
Nam mihi uidere præter ætatem tuam
Facere, & præterquam res te adhortatur tua.
Quid uis tibi? annos septuaginta natus es,
Aut plus: neq; ullo cessas in loco: neq;
Vllum remittis tempus, neq; te respicis:

Perin-

Perin-
Hinc
Ita ill
SI. M
Alien
Quia
Cum
Negot
MI. S
Quò
SI. Et
In for
Conf
Pran
SI. C
SI. T
MI. C
Tam
Pega
Sed a
SI. A
Lapic
Neg;
SI. C
MI. I
MI. P
MI. I
SI. Q

S V S A N N A.

Perinde quasi famuli non sint, quos mittere

Hinc inde possis: ita tute hinc discursitas:

Ita illorum officijs attentè fungeris.

SI. Midian tantumne à re tua ocij tibi,

Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?

Quid enim tua intersit scire, quid ego hinc agam:

Cum nondum à me rogatus sis: quid hinc tibi

Negoti? MI. lubet hinc esse. SI. Et mihi lubet.

MI. Sed tu non modò digredienti mihi dixeras,

Quòd hinc ires domum prandendi gratia?

SI. Et tu an non dixeras mihi, quòd hinc pergeres

In forum, ut ibi negoti quippiam, puto,

Conficeres? MI. confeci illico. SI. & ego similiter

Pransus sum illico. MI. Hecates hoc prandium fuit.

SI. Quamobrem Midian? MI. quia parcum & nimium
breue.

SI. Tum pol tibi eadem uia, quæ olim Perseo fuit.

MI. Quamobrem? SI. nisi enim insedisti alicui Pegaso

Tam citò reuerti non potuisti. MI. quid opus est

Pegaso, ubi amor loci pedibus alam addidit?

Sed ausimne ego tibi eloqui, siquid uelim?

SI. Audacter, nam quicquid dixeris, id dixeris

Lapidi. MI. nolo lapidi: unde mihi neq; consili

Neq; auxilij copiam habere in dubijs licet.

SI. Quin ergo amico dixeris, si sic lubet.

MI. Lubet & depol, sed taciturno. SI. muto, ubi uoles.

MI. Promitte te taciturnum. SI. Promitto & depol.

MI. Bona fide? SI. bona hercle. MI. sed pudet eloqui.

SI. Quid est, cur pudeat? quin profers. MI. pudet. SI.

ita sunt

NICODEMI FRISCHLINI

Pleriq; homines, quos, cum nihil refert,

Vbi pudendum est, ibi eos deserit pudor.

MI. Ausculta. nam tibi amico, quod nolo, certum est credere.

Amo. SI. quem, mene? MI. sic: sed aliam quam te magis.

SI. Quae nam illa? MI. animaduerte: audies. SI. sic sedulo.

MI. Susannam Ioachimi illius coniugem probi

Nosti? SI. non aliter ac te. MI. dic sodes mihi,

Bellā uidetur specie mulier? SI. admodum.

MI. Equidem hercle forma luculenta. SI. sic satis.

MI. Quin etiam sine munditie & sumtu. SI. neq; id

Mirum. MI. quamobrē? SI. quia uirū habet eiusmodi

Quem sumtus facere isthac re pudet ac piget.

MI. At enim si mihi (liceat, quod sentio, proloqui)

Tam formosa esset coniux: auro & serico

Curarem ac purpura, ut exornata in cederet.

SI. Quæso hercle ego te per senectutem tuam:

Perq; illam, quam domi odisti, uxorem tuam:

Vt mihi dicas, quod te rogabo. MI. quid rogas?

SI. Id quod de te ominor. MI. quid ominare? dic.

SI. Quod res est: modò tu uerum fatearis MI. Quid est?

SI. Caue mihi mendacij quicquam. MI. Quin tu ergo rogas?

SI. Nunquid amas hanc mulierem? MI. rectam instas uiam:

Ea res est. SI. sic equidem ominabar. MI. optime.

Nam huius mulierculæ causa tam creber hîc

Obambulo: tam frequenter huc me recipio.

Nam

S U S A N N A.

Nam ad hunc, qui in proximo est hortum, soleo fere
 Plerunq; eam operiri, dum redeat domum.
 Vbi aspicio, non sic amo, ut sani solent
 Homines: sed eodem pacto, ut insani solent.
 Amaui ego multas olim in adolescentia:
 Sed ad hoc exemplum nunquam, ut nunc insani.
 SI. Inest huic homini amoris macula in pectore:
 Sine damno magno quæ elui neutiquam potest.
 Ludificabo ipsum egregijs & falsis modis.
 Miseret profecto me tui. MI. si sum domi
 Foris est animus si sum foris, animus domi est.
 Quid uerbis opus? hâc somnio, huic uigilo, hâc loquor.
 SI. Est ne autem pars æqua huius amoris tibi cum ea.
 MI. Id sanè nescio Simeon. nam mihi nunc quidem
 Restat aliud nihil, nisi oculos pascere,
 Sectari, obseruare: potiundi dum copia
 Fiat: ut amplectier, oscularier, alloqui
 Liceat. SI. proh Iuppiter, quæ te agit amentia?
 Iam plenus ætatis, animaq; fetida,
 Senex hircosus, tu osculere hanc mulierem?
 Caue ne adueniens excutias uomitum mulieri?
 MI. Ah enecas. quin tu potius me opera iuuas:
 Aut si opera non potes, consilio. SI. quomodo?
 MI. Ut potiar. nam nihil hîc nisi Susannam uolo.
 SI. Ah quantò satius est Midian te id dare operam:
 Quam amorem hunc ex animo eijcias tuo, quam id loqui:
 Quò magis frustra libido incendatur tua.
 MI. Obsecro te per amicitiam nostram Simeon,
 Fac, inueni, finge, effice, quæ Venere hac fruar.
 Nisi id facis: hodie postremum me uides.

NICODEMI FRISCHLINI

SI. Vt quæso amore perditus est miser hic senex,
Meus collega. Sed audi: neutiquam senis
Officium puto, operas agere lenonias.

MI. Atqui uidemus nostros adolescentulos,
In his rebus sibi inservire mutuò:
Et socios esse in talibus negotijs.

Nos quoq; senes est æquum senibus obsequi.

SI. At metuo, ut proficiam parum. MI. Cur obsecro?

SI. Quia honestior est Susanna, quàm ut morem gerat
Dictis meis: nam tota ciuitas eam,

Quasi exemplum pudicitie, deprædicat.

MI. Ah frustra hoc infers. nam ea tibi eloquentia est:

Vt uel Syriæ Deæ, te ut amet, persuadeas.

Itaq; te, Simeon, iterum atq; iterum oro, ut opera

Tua mihi in hac re ne desis ubicunq; tu

Mea uicissim egebis, promptam reperies.

SI. Sane hanc conditionem accipio, mi Midian.

Nam si mihi tuam operam in simili negotio

Promittas, mea tibi nusquam deerit. MI. euge age,

Promitto. SI. at sanctè MI. quin imò sanctissime.

SI. Quamcunq; mulierem amem? MI. imò. SI. *Ca*
sis Midian,

Ne quem lupo committas. Nam si cui uelim

Amorem huius mulieris copulare: cur

Tibi potius quàm mihi, qui æquè illam amo, copulemi?

MI. Itanè? SI. uidelicet. MI. proh supremum Deum:

Nunc ego uerum illud uerbum esse experior uetus:

Omnes sibi malle melius esse, quàm alteri.

Sed obsecro, non ludificas me, mi senex?

SI. Non hercle. nam ita efflicti eius amore ipsemet ego
De

S V S A N N A.

Depereo: ut uix quisquam antehac. Nam illa mulier
Lapidem silicem subigere, ut sese amet, potest.

MI. Næ imprudens ego: qui amorem detexi meum:

Nam postquam amare dixi, complacita est tibi.

SI. Erras manifestò. nam hic amor in me haud est re-
cens:

Vetus est: & pol haud scio, uter nostrum, si dies,

Et crebras utriusq; itiones in hunc locum

Numerare uelis. uehementius Susannam amet.

Sed age bono animo es: ego te amantem haud deferam.

MI. Quid ages, mi Simeon? SI. si consilium uis, dabo.

MI. Obsecro: nam ego & me, & amorem tibi credo
meum.

SI. Vides hunc hortum? MI. uideo. SI. & hoc posti-
culum?

MI. Video. SI. age, huc intremus. MI. quid acturi
cedò?

SI. Susannam illuc aduenientem expectabimus.

Nam singulis diebus per meridiem

Huc ingredi: hîc apricari: hîc lauaries

Solet: sæpe etiam hîc incommitata conspici.

MI. Quid postea exequemur? SI. rogitas? soli ubi

Cum sola erimus in horto: ibi nobis dicere

Licebit ad illam: mea uoluptas, mel meum,

Mea uita, meæ deliciæ, mea salus, mea

Amœnitas, meum cor, meus animus, meum

Suauium, meum labellum. MI. MI. oh gestio

Hercle. SI. ibi licebit amplecti, MI. quid am-
plius?

SI. Licebit accubare. MI. dicis largiter.

NICODEMI FRISCHLINI

Sed si ipsa renuat. SI. cogemus. MI. sin clāmitet.
 SI. Ab alio oppressam dicemus. MI. rectè ædepol.
 Quid uerò, si uir interueniat? SI. neutiquam;
 Quia is nunc peregre abest domo. MI. sat commodè.
 Sed si res secus eueniat, aut fiat palàm.
 SI. Nimum religiosus tu es, nimumq; timidus.
 MI. Deceat sapientem omnes casus perpendere.
 SI. Nimum sapere, nimia sepe insipientia est.
 Sed ostium crepuit ipsa egreditur domo.
 Eamus hinc ocyus atq; hunc horti angulum
 Teneamus, ut laitemus tuti. MI. i præ, sequor.

ACTVS I.

Scena II.

Sufanna, Thamar, Midian, Simeon.

Oclonarij Iamb.

SYrisce cape hunc nummum aureum? quòd tam late
 tærci nuncio
 Me exhilarasti: qui literas ab hero modò attuleris
 mihi,

Eumq; saluum ad nos hodie huc rediturum nunciaueris.
 Iamq; domi ut sis, uide: ne, si herus interea redeat, hor
 minibus

Vacuas ædes inueniat, intellextin? tu focum instruas,
 Phrygia, & opiparum conuiuium. uos huc sequimini.
 TH. Sequimur hera. SV. æstus hic magnus, & ardens

Solis feruor. TH. equidem,
 Maior ulx possit esse, SV. pol meus sudabit in uia
 Maritus.

S V S A N N A.

Maritus. TH. admodum hera, SV. properemus ocyus
in nostrum hortulum.

TH. Quid ages hera in horto? SV. uolo, priusquam
meus adueniat herus

Ioachimus, liquido intus me rore aspergere, & has sor-
des simul,

Cum sudore abluere. TH. quas sordes? SV. quas in
uultu conspicias:

Et quas per hos cedies contraxi. TH. ah tace: ego tuas
sordes mihi

Pro mundicie exoptare uelim. qui enim tu sis uenu-
stior?

MI. Lepidam ancillam. audim, quæ loquiiur? SI.
quid enim, nisi delicias meras?

MI. Ab differor cupidine. SI. ah tace: ne obturbes. MI.
sine, sic amem.

SV. Mea tu, satis uenusta sum, uiro si placeam. Nam
proba

Vxor, suo unice studet placere marito in omnibus:

Hunc solum obseruat: cæteros negligit: huic serit uni,
huic metit.

MI. Heu Simeon: hæc dicta mulieris cerebrum penè
excutiunt mihi.

SI. Delire credim, ex animo sic ipsam proloqui? So-
lent.

Ita pleræq; mulierculæ suas fallere pedissequas:

Ne suspectæ uiris reddantur. Noui ego illam isthæc
ioco

Dicere. neq; illa mereat Persarum sibi montes aureos,
Vt istud cogitet, quod tu stulte metuis: tace sis modò.

NICODEMI FRISCHLINI

SV. Probam itaq; me dici, quàm formosam aut pulchram
malo, Thamar.

Nam litem cum forma pudicitiae esse quidam aiunt. TH.
ita est.

SV. Equidem formosis plus tenduntur retia ab amatoribus,

Quàm foedis & deformibus. SI. exemplo docebis hoc
tuo.

SV. Nam Sarae, ut in sacris est legere literis, plus obfuit
Quàm profuit uenustas. TH. qui sic? SV. nisi enim tam
pulchra & nitens

Fuisset: à Pharaone nunquam esset raptà. TH. ædepol
hera.

SV. Sed & Rebecca nocuit suae formae præstantia. TH.
quomodo?

SV. Nam Abimelecus illi insidias ob uultum parauerat,

MI. Atq; is Abimelecus ego nunc ero tibi. SI. & ego
Pharao tibi.

SV. Sed neq; Isacus uxorem ipsam dicere audebat: ne
quid mali,

Acciperet à Palestinis. Ita sepe ob formosas uiri
Periclitantur: qui propter deformes tuti esse poterant.

MI. Exempla hæc mihi placent. SV. quanquam non
nego, quondam & probis uiris

Plus arridere formosas, quàm foedas: sicut Isaci
Gnato Iacobo magis placuit Rachel, quàm Lea. MI. &
hoc mihi placet.

TH. Istiuc sapere est, exemplum capere ab alijs, tibi
quod proficit.

SV.

S V S A N N A.

SV. satis uerborum est. Mi. imò dudum mihi fuerat,
plus quàm satis.

SV. Nunc quod constitui peragam: & corpus reficiam
aspergine.

Vos ite, & balsamum mihi cum smigmate afferte &
oleum.

Atq; audin Scapha? fac ut primò omnium nuteant ædes:
leues

Aranearum telas deijcito de foribus, de pariete,
De ualuis, de fenestris: uolo fieri munditias. tu Thamar,
Lectum instrue: infer aulæa & conchyliata tapetia.

Mi. Audin, ut lecti est cupida? SI. imò audio & gestio
me hercule.

TH. Nimum sollicita es hera: nimum studiosa uiri.

SV. hem inepta, quid

Garrus? tace sis: caue isthuc ex te unquam pòst audiam
Thamar.

Nam nunquam uxores curare nimum possunt suos
uiros.

Esi enim agant omnia, ut æquum est, & sint, quales esse
addcet:

Tamen ut omnibus os obturent, ne quis maledicta in-
gerat,

Nunquam cauere Possunt. Mi. audin, ut uasfrè præoc-
cupat?

Videtur certè aliquid mali in animo uolutare mulier.

TH. Vin prius, hera, calceos ut pedibus detrahant: Su.
non est opus.

Sed ite, & quæ iussæ eslis, curate, ut fiant. TH. cura-
buur.

SV.

NICODEMI FRISCHLINI

SV. At ostium Thamar ut sit occlusum uide. TH. quier-
ta sis.

SV. Obde illi pessulum: ne quis spectator huc eat
Cum oculis emissitijs. Th. fiet hera. Su. at diligenter.
TH. admodum.

ACTVS I.

Scena III.

Midian, Simeon, Sufanna.

Octonarij.

Illæ abeunt, nos soli: quid adhuc moramur? SI. ex-
pecta, mane.

Nimium properas: sine obseruemus, quam nunc rem
gerat. SV. nimis

Me torquet hic uehemens æstus, solisq; feruor maximus.

MI. Dij immortales, omnipotentes, quid apud uos pul-
chrius?

Nam præ hac Iuno non est Iuno, Venus non est Venus.

Hanc equidem Venerem uenerabor, me ut amet, ac sit
propitia.

SI. Ita me dij ament, ut illa me amet malim, quàm alijs
coelites.

MI. scim tu quid fieri nunc optem? SI. quid? MI. Iuppi-
ter. SI. quamobrem? MI. ut hac

Cum Iunone accubem illicò. SI. at ego te alium hic fu-
eri mauelim.

MI. quem nam? SI. Vulcanum: ut me cum hac Venere
catena nectas ferrea.

Su. Trunco insidebo huic, & primum me liberabo ue-
sibus. SI.

S V S A N N A:

Si. En calceos iam soluit. quales hæ uidentur tibiæ?

Mi. Eburneæ. Si. istæ suræ cuiusmodi? Mi. lacteolæ,
argenteæ.

Sed quid si nunc adeamus? Si. adeas. Mi. cor tremore
palpitat.

Si. Timidi in hac acie nullum constituunt trophæum.
cape animum.

Mi. Quid autem comminiscar? qua fingam adstitisse
gratia?

Quibus uerbis illam aggrediar? SV. quis hic loquitur?
non sola sum?

Si. Quid cessas mulierem hanc adire, & blandè in prin-
cipio alloqui?

Mi. Quæso, tu prior adeas: & quod te facturum pro-
miseras,

Amorem huiusce mulieris mihi concilia uerbis tuis.

Si. Imò mihi potius, quàm tibi. mane, dum mulierem
alloquar.

Su. Certò mihi uisa sum uocem audire hominis. accin-
gar iterum:

Nec cui inopinatò nuda cōspicer. Mi. ego in insidijs ero,

Quasi succenturiatus si quid deficies. Su. clamabo. Tha-
mar.

Si. Tace sis: ego sum. Su. quis ille ego? me miseram:
quem uideo? Si. ne time:

Amantem tui hominem, non inimicum, uides. Su. quid
ais senex,

Amantem te mei? Si. imò maximè. Su. at quomodo Si.
scies: sede huc.

SV. Absit, alieno cum uiro ut assidam: isthuc matronam
haud decet.

Sed

NICODEMI FRISCHLINI

Sed si quid me uoles, domu inuenies. SI. mane, obsecro
mane:

Atq; audi uerbum unum. SV. quid audiam? SI. aliquod
de te somnium.

SV. Quid somnij? SI. præterita nocte per quietem ui-
sus est

Mibi Raphael astare ad lectulum, & his me uerbis allo-
qui:

Simeon, inquit, Simeon euigila, quoniam immortalis
Deus,

Dominus cœli & terræ, ad te mittit: ut lætum tibi nun-
cium

Annunciem. Nam ex te prodibit seruator populi mei,
Messias: qui è Babylonica captiuitate ipsum eximet,
Et in patriam terram reducet. MI. proh Deum, quàm
fabulam

Inceptat hic ueterator? miror quorsum isthæc oratio.
SI. Cumq; angelo dicerem ego: Domine mi, ecce ego
sum iam senex:

Et uxorem domi habeo uetulam, & sterilem: quomo-
do liberos

Ex illa suscipiam? ibi respondit mihi sacer angelus:

Tuos ut sollicitarem concubitus. SV. quid ais, homo
impudens?

Meum tu sollicites concubitum? SI. imò maxime. Id
enim Deus

Iussit. SV. Deus? quasi uerò is leno sit, qui amores
copulet

Meretricios? pudeat te cano capite, has nugas pro-
dere.

SI.

S V S A N N A.

SI. Imo te pudeat, quod nondum sacras didiceris literas.

An enim ignoras Thamarin suo concubuisse socero: &
Pharen

Peperisse: an nescis Rahabem, nobile scortum Hierichuntium

Salmae eius abnepoti nupsisse, ac mox peperisse illi
Boam?

An nescis Rhutham ultro ad Boam noctu uenisse, ut
accubet?

Atque istae omnes Davidis, è quo Messias uenturus est,
Factae sunt auiae. SV. muliebribus ibi peccatū consilijs

Fuit: quae post Deo moderante successerunt non malè.

Sed non sunt facienda mala, ut illinc eueniant bona.

Neque Rahabem meretricius amor conseruauit, aut
uagae

Libidines: ut non perierit cum Chananaeis improbis?

Sed emendata uita, & uera in Messiam nostrum fides

Quem è populo Iudaico olim proditurum credebat.

Missa haec facito & hinc illico faceffe. SI. ah sine, quæ-
so, tuos

Ocellos deosculer uoluptas mea. SV. quid sinam? SI.
sine.

SV. Proh summe Deus, quam tu me rere feminam? SI.
quam? melleam,

Rosenam, auream. aureas quæso da mihi manus, ut oscu-
ler.

MI. Ut blandus est palpator mulierum hic senex. SI.
sine obsecro.

SV. Apage. an nescis, quid Sodomitis acciderit: quos
sulfure

NICODEMI FRISCHLINI

Et igni Deus evertit, propter hoc nefarium scelus:
Nam casta mēs Deus est: neq; ullo scelere plus offenditur
Quàm adulterio: neq; ullum puniuit seuerius. Si fa-
bule.

SV. Propone ob oculos tibi Beniamitas: quorum duor-
bus praelijs

Quadraginta septem millia in acie ceciderunt: unius
Propter Leuitæ concubinam uitiatam. Si. gerræ meræ.

Su. Propone ob oculos Dauidem tibi. qui cum uiri
optini

Et integerrimi rapuisset coniugem, quàm post graues
Deo pœnas dedit? Si. nugæ. Su. punit enim Deus atrocita-
Delicta atrocibus pœnis: ut nos à scelere hoc deterreat.

SI. Nimum religiosa es: nocet ista religio formæ tuæ.
Su. O Chanaæ progenies, nihil te pudet ista senem pro-
loqui,

Cano capite: qui iam alterum pedem in Charontis cym-
ba habes?

Tu nè populi sis iudex? tu nè præsidium rei publicæ?
Hoscenè magistratum est æquum mores ciuibus largi-
rier?

Ita nè præcepta & leges Mosaicas meministi? SI. ah de-
fine

Memorare, quæ scio: potiusq; mihi illa dic, quæ nè-
scio.

SV. Quid nescis? Si. tuum amorem. SV. imò illum
nunc expertus es. Si. at quomodo?

Su. Nam amicæ officium facio: dum te à proposito de-
hortor malo.

Verus enim hic amor est: at quem tu quæris, non amor
est, sed furor.

Nam

S V S A N N A.

Nam furia te & intemperie agitant. Si. sine te, amabo;
à me amarier,

Meus festus dies: quæso da suauium mihi. SV. suauium?

Id me Deus prohibeat. semper flamma fumo est proxima.

Si. At dic me saltem suauium tuum. Su. minimè uerò omnium.

Si. Dic igitur me tibi columbam, meumq; collum amplectere.

SV. Ego ne istuc dicam aut faciam? id me magnus prohibeſſit Deus.

Virum habeo, quem solum amo, solum amplector, solum deosculor:

Cui soli coniugalem uti dedi, sic seruabo datam

Fidem. Si. uah stulta es, quæ uirum metuas,, qui abest, harum inscius

Rerum: nisi tute garrias, nec quisquam est hominum qui uidet.

SV. Si homines non uident: at Deus uidet, quem nihil usquam latet.

Nam is uindictam habet oculum: quo periuria hominum plectere solet.

Mi. Enimuerò tempus nunc esse uideo: ut & ego amoris hinc

Faciam periculum: modò Venus sit propitia: ne parem cum Simeone repulsam feram. Su. quis hic loquitur?

non nos sumus?

Mi. Adibo. quid hinc agitur? SV. ah mi Midian, feropem mihi obsecro.

Mi. Quamobrem? quid pateris? SV. uim: quam hic pudicitie parat.

Si.

NICODEMI FRISCHLINI

SI. Nequaquam; sed tantum oraui suauium quo recreet
me senem:

Quemadmodum olim Dauidem puella refecisse legi-
tur.

MI. Quid ipsa: num renuit? SI. quin imò pessimis con-
uicijs

Me proscidit. SV. factum nego. sed tu mihi uim paru-
ueras.

MI. ubi uoluntas prompta est, ui nihil est opus. SV. quid
ais? mi homo.

MI. Si sponte parueris roganti. nemo uim faciet tibi.

SV. Me miseram: an & tu gladiatorio animo ad me as-
sectas uiam?

MI. Non certè, sed tui amantiſſimo. nam uerum ut ti-
bi loquar,

Fixus apud te hic noster est animus clauo cupidinis.

SV. Iehoua, quæſo da pacem propitijs: serua me ob-
secro.

Nam ex composito uterq; pudicitiam oppugnatum ue-
nit meam.

MI. Quid clamitas? tace sis: nam si hunc odio perse-
queris: at me ames.

SV. Amem? multò te, quàm hunc minus. MI. ah tace
sis. SV. omitte me.

MI. Ah sine te exorem: sine prehendam auriculis: sine
dem suauium.

SV. Quid agis? quid mihi molestus es obsecro MI. ah
tam seuiſſiter.

SV. Abscede hinc sycophanta. MI. parciùs quæſo de
blandiùs.

SV.

S V S A N N A.

SV. Abscede hinc scycophanta. MA. parcius queso
ac blandius.

SV. Non matronarum est, sed meretricum alienis sub-
blandirier

Viris. Quin abstines manum. MI. ah sine contrectem
te modò parum.

SV. Equid te pudet, hominem senem, senatus columnen,
iudicem,

Clàm in hortum perrepere, ut insidias mihi struas claro
die?

Apage à me, apage. MI. nimium fera es. SI. reddam
ego mansuetam ex fera.

Ah ne recuses animule mi, mea uita, mea festiuitas,
Sunt aurei nummi complures. SV. pereas cum auro tuo.

Auro non uendam, quod redimi auro non potest. MI. ah
aureus

Ocellus, amoris donum & decus, amâbo faciam, quic-
quid uoles.

SV. Volo ut abstineas manum mastigia, & hinc faceffas
ocyus.

SI. Ingrata atq; irrita esse omnia, quibus insistimus, in-
telligo.

Quod unum superest: quia nec precibus, neq; muneri-
bus flectitur:

Hoc nunc agam. Mulier nisi aut huic, aut mihi morene
geris

Perijsti iam nunc illico. SV. minis nil moueor. SI. at
posthac tibi

Mali, quod potero facere, faciam: meritoq; id faciam tuo.
Atq; eccos nos ambos: si nobis copiam tui adhuc negas;

NICODEMI FRISCHLINI

Adulterij suspectam te ac ream reddemus omnibus;
Nam criminabor te uisam esse cum alieno oscularier.
SV. Proh deum & hominum fidem: iam non satis hoc
est, uos adulterij

Esse reos, & animis scortatos: uultum tam grande hoc
scelus

Alio insuper cumulare scelere, & testari mendacium?
SI. Sic erit. MI. & mihi placet idem. SV. nauiter
impudentem oportet hunc

Esse: uerecundiae fines qui semel homo transiuerit.
SI. Atq; adeo iam ex isto loco te ad populum deferam
& tuo

Cum amatore adolescente amplexantem uidisse ar-
guam:

Omnesq; remouisse ex horto ancillas: ne qui essent ar-
bitri.

MI. Optime. idem & ego dicam: capitis te perdant,
nisi mihi annuis.

SV. Miseram me terq; quaterq; cui subito tanta impen-
dent mala:

Quae neq; uti deuitem scio: neq; quomodo me inde ex-
traham,

Nam si annuam uobis, adulterij & mortis fuero rea.
Sin renuam, ut est equum: uestras tamen non effugerò
manus.

Quidagam? SI. Si sapis, hanc curam facere compen-
diij potes.

SV. Ah quae so uos, parcite meae innocentiae. SI. nihil
efficis.

SV. Oro atq; obtestor te, per canitiem tuam: ne hoc ma-
lum

In m

Per d

Defi

Nequ

Sed m

Qua

Teste

Quin

Scele

Libid

SV. s

Heus f

Opem

Ego a

Atq; ut

Vi inde

Patuisse

Atq; au

In me compingere cogites. MI. non audio. SV. per
omnia sacra,

Per immortalem uos deum precor, ab hoc immaniſſimo

Deſiſtatis cœpto. MI. ſurdi ſumus. SV. hei miſeræ, hei
miſeræ mihi.

Neque on ueſtras ego ſcleratas effugere, & nequam
manus:

Sed melius eſt, ut innocens in hoſtium incidam manus:

Quàm Dominum ſcelere offendam. Nam ſpero me ha-
biturum Deum

Teſtem innocentie. SI. num adhuc es obſtinato pectore?

Quin irruimus in ipſam, & ui comprimimus. SV. ab-
ſtine manus,

Sceleſte. Nam potius emoriar, quàm tuæ morem geram

Libidini. SI. iuua me Midian: rape in hunc angulum:
rape.

SV. Siccine agitis? enimuero mihi clamore hîc opus
eſſe uideo.

Heus ſamuli ſubuenite mihi, ſuccurrite: oppreſſæ mihi

Opem ſerte. SI. ſine ipſam hunc abire in maximam ma-
lam crucem.

Ego ædepol te ulciſcar. MI. & ego te, ut digna es, per-
dam ſcelus.

Atq; ut de me merita es. SV. fugiam per apertum iſthoc
poſticulum:

Ut inde me domum recipiam. nam id ſolum inſidianti-
bus

Patuiſſe uideo. SI. ſequere tu Midian & poſticum tene.

Atq; audiſis Midian: quaſi adulter eſt manibus cum adul-
tera

NICODEMI FRISCHLINI

Tibi senī elapsus sit, comminiscitor: atq; à dextera
Venire te aſſimulato: dein ut ſubſeruias uerbis, uide.
MI. Ero memor. SI. ego ad hoc oſtium concedo :
aliquem euoco foràs.

ACTVS. II.

Scena. I.

Sufanna.

Senarij.

DEum immortalem, quæ hæc eſt contumelia?
Quæ iniuria, matronis claro die ſtrui
Inſidias à ſenibus? quiſquam mortalium
Credat, tam perditam in canos homines, uiros
Decrepitos, effœtosq; cadere libidinem?
Equidem infortunio pudicitia mea
Nunquam antehac propior fuit. Quanquam metus
Nunc eſt: ne mihi nocere aſint mendacijs.
Quod enim facinus non audeat calumnia?
Nihil tam ſanctum, nihil tam firmum atq; innocens,
Quod ſycophantæ morſus non arroderet
Et in calumniam rapere poſſit. Proin
Deum æternum precor: ut is innocentiam
Meam aduerſus maledicos protegat ſenes.
Nunc propero domum: ut uiro, ſi redijt huc domum
Hæc memorem: eiq; de hac conquerar iniuria.
Nam poſt Deum hunc ſolum patronum mihi habeo.

ACTVS.

ACTVS II.

Scena II.

Philergus, Simeon, Midian.

Trochaict septenarij catalectici.

A Bſcede huc intrò Thamar, cum ſmignate & liquoribus

Balsami: nimis diu morata es. nam niſi me mei

Fallunt oculi: uideo heram huc properantem. & certè ipſa eſt: abi

Ocyus & quæ iuſſa es, exequere: ego iſthàc ibo obuiam

Aduenienti hero: ſed quis ſtrepitus hìc ad horti ianuam?

SI. Pandite atq; aperite ianuam. PH. quis hic ſenex tremens,

E noſtro qui huc tam repente proſilit horto? SI. heus, oſtium

Quis domus aperiat ocys: niſi uultis, ut fores

Arietem. PH. hic quidem eſt Simeon: SI. chem Philerge. PH. quid eſt? SI. mane.

PH. Quæ te agitant intemperie? SI. te te conuento opus eſt mihi.

PH. Quid negotij? fac ſciam. SI. metuo. PH. quid metuis? SI. ne hercle hodie

Quantum hic familiarium eſt, omnes in maximum malum

Cruciatumq; perueniatis. PH. omen auertat deus.

SI. Neſcis tu fortaiſis apud uos facinus quod natum hic nouum

NICODEMI FRISCHLINI

PH. Quòd id est facinus? SI. impudicum. PH. tute tibi soli scias.

SI. Imò & hic scit, q̄ huc properat collega meus senex.

PH. Mihi ne dixis, scire nolo, SI. non faciam enim quis scias.

Vbi nam est adolescens? MI. abiit, euasit, erupit. PH. quis hic

Adolescens? SI. scies: sed cur tu non retinuisti obsecro?

MI. Vah senex iuuenem, decrepitus uegetum, imbellis bellicum.

SI. Quò nam abiit? MI. per posticum se subduxit cum adultera.

PH. Abeo. SI. serue mane. PH. quid uultis? SI. audies. PH. quid audiam?

SI. Hera tua neq; liberalis, neq; honeste, neq; sat probè Officio mulieris functa est. PA. quid fecit? SI. corpus suum publicat.

PH. Cui homini? an tibi seni? SI. isthoc magnus prohibeat deus.

PH. Neq; ego credo homini ulli publicare se, nisi seni.

SI. Quid ludos agis in re seria scelestè? uidi eam Osculantem cum altero, nescio quo cum adolescentulo.

PH. Vbi nam? SI. illic in horto. PH. proh deum quid narras, Simeon?

SI. Vidi equidem. PH. tutene? SI. egomet duobus hiis oculis meis.

MI. Atq; ego uidi, unà osculantem, atq; amplexantem cum altero.

PH. Erratis profecto: aliter negotium se habet. Nā heu Hic intus lauit. MI. siquidem lauare, est adolescentulum

In gremio tenere: labra nusquam abducere à labris.
 Nam me alia memorare, quæ illam facere uidi, diffudet:
 Vt cum amans manum sub uestimenta ad corpus delulit.
 PH. Nugas agitis: qui innocentem arguere audetis adul-

terij.
 Ego heram nactus sum probam & pudicam, & hisce
 moribus,

Quibus uestri similes uxores sunt, alienissimam.

MI. Verberonem hominem uide Simcon: quem sic
 maledicere

Nobis non pudet. PH. Vos pudeat, qui innocentem in-
 iuria

Et calumnia afficitis: neq; est, ut quenquam ita credulū
 Fore putetis: qui uestris mendacijs habeat fidem.

Neq; enim qui quam tale de Susanna quisquam audiit.
 Redeo intro: ut quid hoc rei sit intus cognoscam antea
 Quam hinc pergam. neq; enim possum diutius ista per-
 peti.

SI. Verum citius experire, quàm uoles, magno malo.
 Abeamus nos: & dolos meditemur doctè in crastinum:
 Vt, cum populus conueniet frequens in Ioathimi ad-
 bus,

Coram omni senatu agamus adulterij ream. MI. placet.
 Eodum, nisi me uis aliud. SI. nihil nisi ut domi fies:
 Interim ego Cleopham orabo, ut cras Susannæ impu-
 gat dicam.



A C T V S. II.

Scena. III.

Midian, Sichar.

Octonarij Iambici.

Illic hinc abiit. Dij immortales quid homini
Homo præstat? stulto intelligens quid interest?
Ego me non tam astutum, neq; ita me callidum
Neq; perspicacem esse scio. Sed hic monitor meus,
Et præmonstrator Simeon hoc præstat mihi.
In me quiduis earum rerum conuenit,
Quæ sunt dictæ in stultum: caudex, stipex, asinus,
Ficulneus, plumbeus: in illum nihil potest.
Nam calliditas eius exuperat hæc omnia.
Peiorem equidem, magisq; uersute malum
Nunquam ædepol quenquam uidi, quam hic est Simeon.
Nimisq; ego illum metuo, & formido male.
Ne malus item erga me sit, ut erga illam fuit:
Qui ne mihi uerba det, cauendum erit mihi.
Sed quis hic est, qui fert cum tabellis huc gradum?
SI. In hac habitare platea dictus est Midian:
Cui literas fero. sed quem perconter uideo.
Ehodum uir bone salue. MI. quid est? quid uis tibi?
SI. Hominem in his querito locis. MI. hominem uides.
MI. Non te, sed alium. MI. quem nam? SI. barbati
senem,
Cauis oculis, naso aquilino, tremulum, labris
Demissis, poplite uaro, pendulis genis?

Tui

Tui profecto non multum absimilem. MI. cedo,
 Quod nomen illi? SI. Midian. MI. dii te perdunt
 Scelus; qui me sic despiciatui habes tibi.
 SI. Ego ne te? MI. maximè: ut qui Midian is sum ego.
 SI. Obsecro te hercle, mi senex, siquidem tu is es
 Mihi ignoscas. namq; haud te noueram, herculè:
 Neq; his uidi oculis unquam. MI. sed quid nam rei est?
 SI. Has literas fero: quas regi Babylonio
 Per te reddi uelim. MI. quid in illis scriptum? prius
 Memora mihi. SI. sunt duo libelli supplices.
 MI. Quid postulas? SI. Auscultare mihi si uacat.
 Dicam. MI. sed breuiter, nam nunc occupatior
 Sum: quàm tibi, ut diu aures præbeam meas.
 SI. Est hic quidam ciuis, homo fidei lubricæ.
 MI. Tales sunt plurimi passim. SI. notus mihi
 A multis annis: & pater eius meo patri,
 Auus item meo auo. MI. quid opus his ambagibus
 Dic uno uerbo. SI. is cum nuper mihi sua
 De egestate queritaretur: meamq; opem
 Imploraret: dedi illi argentum mutuo.
 Nunc cum repeto, homo tergiuersari incipit:
 Moras necesse, petere longiores terminos.
 Namq; hæc ferè illi oratio est: cras huc redi,
 Iam non uacat. MI. bonis quod bene sit, haud perit.
 Et tu si amico quid benefeceris tuo,
 Ne fecisse pigeat. SI. facti non poenitet,
 Modò restituat mihi, quæ mea sunt, cum gratia.
 Nam ingrato homine nihil uspiam est impensius.
 MI. Nesci tu, ut nunc sunt mores, eò rediisse rem:
 Si quis quid reddit, magnam habendam gratiam?

NICODEMI FRISCHLINI

SI. Scio hercle, & magno cum meo experior malo:
Et te oro porro, in hac re adiutor sis mihi.

MI. Quomodo? quid uis faciam tibi? SI. hancce literas

Vt Regi des. MI. quid Regi cum tuis debitis?

SI. Non regis est ut cuiq; reddat, quod suum est? ^(Ch)

MI. Cur tu non seruâras, quæ tua erant? SI. quia homin

Miseritum est: quem fame perire nolui.

Itaq; nunc æquum censeo, ut reddat mihi

Quæ accepit mutuò. MI. summa autem quantula est?

SI. Siclorum uiginti. MI. quid uerò, si neget

Habere se? SI. uideat, unde acquirat. nam ego

Meum ius persequar. MI. cur non obsecro

Vides, inter uos si hoc potius cum bona

Vt componatur gratia, quàm cum mala.

SI. Tentavi hoc iam pridem: sed huius qui loci

Nunc prætor est: is debitori affinis est:

Nec meæ inopiæ iustitia quicquam præsidij est.

Quare omnibus te precibus oratum uolo:

Vt hos libellos regi tradas. nam nisi

Is me suo adiutet patrociniò: perî.

MI. Cedò literas, & nomen mihi memora tuum.

SI. Accipe: mihi nomen est Sichar. MI. iuuabo te,

Sichar pro uiribus. sed scim, quid opus mihi?

SI. sciam, ubi mihi dixeris. MI. tribus argenti sicilicis.

Nam si nummos habes: ius exequar tuum:

Alia ratione non licet. SI. non? MI. non licet

Heracle. Nam nemo ius consequitur hinc suum:

Nisi qui perpetuat data: datq; usq; adeo mihi

Vt cum nihil sit, simul iurgari desinat.

SI. Videte quaeso, quid possit pecunia,

At ar-

At a
MI.
Alij
Pec
Ca)
SV.
MI.
Tib
SI.
Qu
Auc
Mis
Ali
MI.
SI.
An
Et c

F

Ne
Sin
Qu

S V S A N N A.

At argentum mihi non est. MI. non? SI. non hercule.
 MI. Ecquid te pudet, hominis sterquilinum, dicam
 Alijs scribere: nullis munitum praesidijs
 Pecuniae, & absq; argento inuentum, quasi nucem
 Cassam? SI. nihil te mei miseret? MI. manis aduenis?
 SV. Vna optimarum uocum instructus copia.
 MI. Vah dicta non sonant. Proin si uis ferri opem
 Tibi: cum argentata ad me accedito querimonia.
 SI. Proh Iuppiter, quæ hæc est (malum) impudentia?
 Quia egens relinquor, nec quod dem habeo, negligor:
 Auaritia uide, quid faciat. sed quid agam, ego
 Miser: cui nummus non est plumbeus? MI. Cape
 Alicunde: SI. alicunde? nihil est dictu facilius.
 MI. Si nullo alio pacto, Sichar, uel foenore.
 SI. Me miserum. MI. utrum uelis uide, argentum dare:
 An causam meditari tuam: delibera hoc,
 Et cras ad me redi. SI. Vale mi Midian.

ACTVS II.

Scena IIII.

Sichar.!

Senarij.

H Aud auspicato, quantum uideo, huc appuli.
 Nam pol si id scissem, nunquam huc tetulisssem
 pedem.

Quæ enim hæc est iniuria? quæ contumelia?
 Ne illic quidem, ubi Rex Babylonis sceptrum gerit,
 Sine auro adipisci posse, quod ius publicum est?
 Quid ago? nisi tres fidos nunc illicò affero:

De

De uiginti alijs in dubium uenio miser.
Sed potius quàm totum amittam, tres mihi siclos,
Quos postulant, alicunde comparauero.
Sed quis his est? quem procul è taberna publica
Huc aduenientem conspicio? est ne Hiramus hic
Vicinnus meus? hercule is est: si cerno satis.
Dij boni, quàm magna nobis ciuium
Eiusmodi penuria est: homo fide
Antiqua, & priscis moribus ac uirtutibus.
Haud facile quid mali ortum ex hoc sit publicè.
Iam non hunc præterire ausim, nisi colloquar.

ACTVS II.

Scena IIII.

Hiramus, Sichar.

Octouarij Iambici.

Vidi ego gabalis in Syria, & furcis suspensos fu-
res plurimos:
• Vidi cruci affixos prædones, innumeros propè
his locis.

Sed neminem illorum crucem ita meritum esse, iurare
ausiem:

Vt homines quidam perfidi, qui exercent cauponariam.
Nam fures noctu, quæ uolunt & clàm furarier solent:
At hi palàm hospites expilant: prædones in auis
Nemoribus prædantur: at illi sua intra tecta & parietes
Expoliant incautos, & miserorum hominum sorbent
sanguinem.

Aduersus hos prædones et fures muniri haud possumus.

SI.

Si. Isthæc uera esse perdidici ego damno cū magno meo.

Hi. Nam specie quadam amicitie & benignitatis hospitē
Argento emungunt: quasi ea merces pro hospitio &
datis cibis

Illisce debeat. sed quā sæpe iniquum sit rei
Preciū: quā magno praua merx ab illis harpijs ueneat,
Nisi essem expertus, quippe haud dicerem. nam ut de
meo ordine

Tantū loquar: qui præ alijs longe habetur indignissimē.
Quis nescit, quā sit iniquē comparatum nobis cum
agricolis?

Nam ubi uia lassī & multis defatigati laboribus,
Aliquam cauponam ingredimur: uix amico excepti
uerbulo,

Prinō omnium moras trahere, & conuiuiarum consi-
mlium

Aduentum præstolari cogimur, sæpe ad tres aut duas
Horas: auram captantes famelicam. deinde ubi strenuē
Est esuriturum & gnauius sititum: tandem rancida
Et oblita fuligine coqua, panem atrum, & per quam
mucidum

In hesterno iure infert: simul ac crustula furfuracea
Bene unctis orbibus imposuit. tum uinū ē cella rancidū
Et acetosum puer apportat: uappæ, quā uino simi-
lius.

Hi. Ita est. nam uino uapido cerebrum nolunt nobis
frangere. (hi est)

Si. ubi melius expoposceris: rubellū, inquit caupo. mū-
Sed nobiles quosdā, cum præfecto huius expectat loci.
Veruntamen aliud relinam uobis. dum hoc dicit, hora
abit,

Interea

NICODEMI FRISCHLINI

Interea pecudum intestina puer mensæ apponit, sordida
Et fœtida: aut offam osscam: ubi plus ossium, quam car-
num est.

Aut herbas infert, ut quæ pecudes non edunt, homines
edant:

Aut aliquam crambam importat recoctam, aut muria
præunctum olus.

Tandem caupo redit è cella: & ueterum, inquit, serias
rum ita

Omnes derasi limos, ut quòd optimum est, promam.
hoc ubi

Labris admoueris, utrum aqua sit uerius, an uinum ne-
scies.

Ita dilutum erit, ita adulteratum. sin quod detur uali-
dius,

Ita sulfuratum erit, ut ex Aethnæ promanasse imis putet

Radicibus: satius multò sit naribus signa uapidæ

Lagenæ tangere: quàm tali uino situm depellere.

Quòd si contingat, ut cibi dentur meliores, merum

Meracius: prius auferunt mensam, quàm esca gustat
ueris:

Vt, quod de una mensa tollitur, id inferatur alteri.

SI. Vt iste cauponam mores & facta pernouit probe.

Nostri oppidi cauponibus præfectum hunc factum per-
uelim.

HI. Vbi ad rationes peruentum, ut detur symposio
symbolum:

Nihil creta expeditius, nihil liberalius. Hæc duas

Notas in mensa citius duxerit, quàm unam: illic omnia

Duplo soluenda erunt pretio, sepe & triplo, aut quo-
druplo.

Quæ

S V S A N N A.

Quæ caupo emit simplo. unde fit mali ut uini sexta-
rius

Tribus uendatur à caupone gæris, quem ipse emit bonũ

Dimidia: & quatuor sicli numerentur pro uno pran-
dio:

Quòd unius æstimari aßis non debuit. SI. Ita me Deus
Amet, ut ego hunc ausculto lubens, quoniam nimis ur-
ra loquitur.

HI. Quæ uerò hæc coniuratio est: quòd omnes ea-
dem æquæ student?

Neg: declinatum quenquam ab aliorum ingenio
ullum reperiis:

Vt quoquò deuenias locorum, illic caupo aßiet prior:

Quemadmodum res ista iam dudum abiit in prouer-
bium.

Equidem mihi uidentur eodem edocti in ludo literario

Omnes ad malitiam: potare, & hospites emungere

Argento, omnibus in more positum. nam nulli ut men-
se aßident:

Simul omnibus aßident. quia nunquam in una ita sese
expleuerint,

Vt uni adhuc cellæ in uentre locum non reliquerint, ubi

Reliquias reliquiarum possient recondere: omnium

Licei rerum uideantur saturi, SI. compellarem illum
libens:

Ni metuam, ne mores cauponum commemorare desinat

HI. Sed quid opus est uerbis? ipsimet quales sint, in si-
gnibus

Hederarum, quas uino suspendunt, appositissimè do-
cent.

Nam

NICODEMI FRISCHLINI

Nam rapidos coruos alij, aut aquilas in scutis ostendant
suis,

Vt sese aquilinis unguibus & coruinis digitis prædi-
tos,

Pecuniasq; ad se hospitum rapere ostendant: alij lupos

Leones atq; ursos, & porcos in clypeis suis gerunt:

Vt se uoraces, & rapaces, & spurcos esse doceant.

Alij ceruos & tauros præfigunt tabernis: ut suos
Præmoneant hospites, quò caueant à malignis corni-
bus.

Quidam olidos hircos & petulcos unicornes profe-
runt:

Vt ita immundiciem, & fœtorem, & petulantiam pro-
dant suam.

Quidam superbi pauones ostentant: nonnulli anseres
Olores, gallinas, columbas: ut talibus emblematis
Se quasi quosdam aucupes esse moneant: qui loculos
hospitum

Deplumare queant, non secus, ac gallinam aut anserem
cocus.

SI. Deum immortalem, quàm probè hic homo tenet
hieroglyphicas notas:

HI. Alij pretiosos pisces, anguillas, salmones, & lupos
Cancrosq; præfigunt tabernis: ut faciant fucum ad-
uenis:

Quasi intus lauticias istas reperturi fient. at hi
Meo consilio rectius pisa & lentes, & rapula
Atq; allia, & spiras inibi suspenderent: ut hi solent
Facere, qui uili lollio suos excipiunt hospites.
Nam in istis cauponis, ubi antacei scutis adhæserint,
Rarò

Rarò ij

Multi c

Signi

Sunt, q

Quam

Non pa

Et con

Iugula

Exicca

Et quo

Fenestr

Honest

Imitan

Et qui

Sanè e

Ipsi lu

Nec lu

SI. P

Suspen

Equos

Rarò ij culinam intrant: ut sit satis monstrasse extrinsecus.

Multi coronas, & regum diademata suspendunt, quibus

Significant, insidias se struere coronatis Regalibus.

Sunt, qui crucem extendant: qua digniores sunt ipsi ferè

Quam fures thesaurarij, & prædones quidam maritimi.

Non pauci gladios, pugiones, hastas, cultros, frameolas,

Et consimilia arma exerunt: quibus crumenas hospitum

Iugulant. Solem nonnulli proferunt, quo loculos turgidos

Exiccant, urunt, torrefaciunt: alij oues & Angelos

Et quorum similimi sunt, callidas uulpes & simios

Fenestris porrigunt: ut nequitiam suam larua tegant

Honestas: pelle nudi, introrsum turpes. Atq; hi polypos

Imitantur, qui, ut piscatores decipiant, se affigunt petris:

Et quibus adhærent, illorum colorem corpore induunt.

Sanè ego noui istos polypos, qui ubi quicquam tetigerint, tenent:

Ipsi lupi, hospites ouium loco habentes, quas tondent probe:

Nec lucis angeli sunt, sed tenebrarum fraudumq; omnium.

St. Pictorem hunc esse conueniebat: ut cauponibus hederam

Suspenderes: Hic postremò (nam quis omnia hic perccenseat?)

Equos quidam protendunt: quos olim malè nummati aduenæ

NICODEMI FRISCHLINI

Vice symboli sui in stabulis coacti sunt relinquere;
Cum iniquis cauponum istorum non sufficerent ratio-
nibus.

Pleriq; cantharos & uitra popinis appingunt suis:
Quibus in locis propè semper poculorum maior copia
est,

Quàm fortè poculentorum esse aut esculentorum solè.
Quin imò quosdam non pudet infernum ipsum scutari
indere,

ut se uiuos & corporeos declarent esse diabolos.
Quæ quidè ego si huius exemplo cauponis, cuius domus
Egressum uidistis commonstrare uelim: citius me dies
Quàm uerba deficient. SI. procedam homini paulisper
obuiam.

HI. Sed eccum uicinum mihi obuiam. quid agitur hic
Sichar?

SI. Nimiū lubenter Hirame audiui sermones hos tuos

HI. An audiuisti? SI. usq; à principio omnia. HI. nunc
quid falsi? SI. nihil

Prorsus. nam id ipsum, quod tu conquereris, ego sum
itidem hoc loco

Heri expertus. HI. credo: sed quid tu ita tristis? quid
gemis?

Nunquid satis ex sententia? SI. ita uelim quidem. HI.
quid est? SI. scies:

Modò ut iuuare uelis. HI. siquidem possim. SI. ergo
ausculta. HI. operam hanc tibi

Dico. SI. Midianem hunc iudicem, qui in proximo hic
bet, nosti cedò?

HI,

S V S A N N A.

HI. Plusquàm uelim. SI. nunquid etiam tibi ante hac cum illo fuit

Negocij? HI. nē plurimum. SI. quid nam? HI. dicam, ubi prius tuum.

Cognouero. SI. is igitur, cum hodie de quadam illi quæror iniuria,

Meos sermones nihili pendit: nec me respicit magis Quàm si bos sim aut asinus. HI. quæ uerò isthæc iniuria?

SI. Scies, quidam tribulis noster uiginti siclos mihi Debet: quos ingrauescente annona à me accepit mutuò.

Nunc cum reposco, nihil obtinco, etiam ad rauim usque clamitans.

Cæpi igitur tandem mecum de uia meditari, qua redeam ad meum.

HI. Quanam uia? SI. ipsum debitorem coram hoc accusaui iudice:

Vt is legum repagulis hominem in officio retineat.

HI. Quid iudex? SI. ait hoc effici non posse, nisi ei detres siclos:

Quos cum non habeam, uenio nunc de sorte ipsa in periculum.

HI. Mirabar, si quicquam boni, ex hoc posset oriri iudice.

Sed tamen ista leuia sunt Sichar? utinam ego non essem miserior.

SI. Leuia? HI. leuia quidem. SI. quid, quæso, tibi, quid peius accidat?

HI. Imò peiora peioribus. SI. obsecro quæ sunt ista? loquere:

NICODEMI FRIS'CHLINI

Ut tu mihi, ego tibi, quæ factio opus sunt, demus consilium.

Hi. Simeonem nosti iudicem populi alterum? Si. non hercule:

Qua forma est Hiram? Hi. ego dicam tibi: cariosus est senex,

Victus, uarus, uentriosus, bucculentus, breuiculus, Subnigris oculis, oblongis malis, pandus aliquantulum. Et nisi me fallunt oculi, etiam herniosus. Si. diram hominis senis

Speciem & cadauerosam faciem prædicas. Hi atqui hic senex

Oblongis malis mihi dedit magnum malum. Si. dic quomodo?

Hi. Huius gnatus adolescens nobilis, per uim comprehensit

Mei propinqui filiam. nam id sibi licere aliqui putant. Quodlibet, ut nosti. paucis post diebus, quam ista gesta sunt,

Pater uitate ad nos ultrò uenit lachrymans, orans, obsecrans

Ne deferam: & ut pudicitiam ac famam defendam filio. Ut ad pauca redigam: opem promitto: ad Midianem ambo proficiscimur:

Eiq; de hac iniuria atq; summa contumelia Lacrymantes querimur. Si. quid Midian? Hi. audies: primò omnium

Uitiatam uirginem ad se adduci postulat: ut quidnam rei

Sit ex ipsa cognoscat. nos nihil suspicati mittimus. Ibi ille eam solam secretò, amotis omnibus arbitris

Per

Perierret: & quando, inquit, uitium oblatum est, quod
ad illum attinet

Talem, tali genere atq; animo, natum ex hac tanta familia:

Vix quisquā credet, quapropter ne quā facias iniuriam
Huic adolescenti, nobili, cognato & populari meo:

Caue. nihil ipsa territa his dictis, quod factum est, lacrymans

Fatetur. uerum ille fidem non habiturum subijcit, nisi
Rem factam exploret: & mox uitiatam ui denuò opprimet.

Si. Est ne ita factum? Hi. imò maximè. nam cur mentiar, ubi nihil

Lucrite fallere? Si. prob Deum & hominum fidem, quid audio?

Hi. Quæ uera sunt. Si. sed quid tu in animo habes? Hi. regem opperirier

Tantisper: dum occasio detur mihi, ipsum coram ut alloquar.

Si. An non Simeoni questus es Hirame? Hi. neutiquam Sichar.

Quid enim cum illis agas, qui neq; æquum neq; iustum sciunt?

Melius, peius, prosit, obsit: nihil uident, nisi quod ipsis lubet.

Si. Quid uerò mihi faciendum censes, ut tres siclos comparem?

Sine quibus ius meum non potero persequi. Hi. pro uiribus.

Enitar ut alicunde habeas, sequere me hac Sichar. Si. age sequor.

ACTVS III.

Scena. I.

Ioachimus.

Senarij Iambici:

DEo Omnipotentii laudes ago lætus, lubens,
 Et grates gratiasq; habeo ter maximas:
 Cum saluus in patriam redeo è Syria locis:
 Ut in domo Domini sacra offeram Deo.

Nam illic nihil uidere est, præter impios
 Beli & Iouis cultus: nihil præter turgidos
 Animorum fastus & tetram superbiam.
 Optimus enim & doctissimus harum gentium
 Habetur: qui Iudæo potis illudere:
 Aut literatum spernere, & doctum uirum
 Ridere nouit. nam uix ibi centesimus
 Quisq; est, qui literam Mosaicæ didicerit
 Legis: neq; aliud quicquam, præter quam sua
 Arma, quibus Iudæo minentur, malè crepant.
 Itaq; domum iam propero: cum rei sacræ,
 Tum coniugis causa optatissimæ & optimæ:
 Quæ uel sola reducem me in patriam facit.
 Nam dum absq; illa absum, omnes mihi labores uis,
 Fuere quos cepi leues, præterquam ea
 Quòd mihi carendum erat. Deum oro maximum
 Ut nulla amanti incidere possit calamitas.
 Nam dum inter eundem, aliam rem ex alia cogito:
 Meditatus sum multis egomet necum modis.

Et

Et sic esse arbitror: si cui data uxor est
 Marito, ut nomen possidet, nisi Deum,
 Nihil ei prestare uspiam. nam res ceteræ
 Humana quodammodo pararier solent
 Industria: at sapiens uxor à solo est Deo.
 Talis cum sit mihi: letor quoties huc domum
 Conuertor. equidem hanc uitæ meæ propè unicum
 Habeo solatium: probam, piam, integram,
 Dei timentem patrij, etate commodam:
 Tum animo & forma bona, bonisq; moribus:
 Non turgidam, non inflatam fastu sine
 Mundicia: ut uix similem credam usquàm gentium
 Reperiri posse feminam. Nam proph Deum,
 Quam rara merx est hodie mulier, quæ proba:
 Aut obsequens probo marito in omnibus.
 Viris aduersas esse æquè studium omnibus:
 Consimilis pertinacia est, similis furor.
 Tum si qua paululum quid dotis attulit
 Viro: continuò muliebri mundo studet:
 Delicias querit, aurum, pallas, purpuram,
 Vehicula, ancillas & pedissequas cupit.
 Ut interim nil dicam de alijs luxibus,
 Nihil de lauticijs & opi paris cibis:
 Quibus illæ in ocio segnes pasci: ac uelut
 Oeni asine funiculum uolunt arrodere:
 Virosq; ad paupertatem redigunt sumptibus.
 Harum ego dissimilem quòd nactus sum coniugem:
 Beatum me iudico palàm. sed hoc quid est?
 Videon ego Philergum, currentem seruulum

Huc aduenire? is ipſus eſt: timeo miſer,
Quam hic mihi rem nunciet: operiar aliquantulum.

A C T V S III.

Scena. II.

Philergus, Ioachimus.

P Rob immortalem Deum, quæ ſit miſeria, ſi hæc
non fiet?

Tam repente quæ circumuallat heram: ut inde
emergier

Non poſſit, niſi Deus auxilium aſſerat huic, tanquam ex
machina.

Hoc cime ſeculum? ô ſcelera, ô genera ſacrilega. IO. ne
mihi?

Quid nam eſt, quòd ſic uideo turbatum Philergum ſer-
uulum?

PH. Quos neq; ætas, neq; conditio: quos neq; miſeri-
cordia

Repreſſit: neq; tot preces & tot profuſæ lachrymæ;
Cui ſoli indignè per uim uitium offerre auderent ſenecæ.

IO. Non intelligo quid loquatur: accedam paulò pro-
pius.

PH. Ah me miſerum, uix ſum compos animi: ita ægri-
tudine

Hac premo. nam quid quæſo potuiſſet fieri indignius.
Quàm ut cui culpæ ſunt ipſi obnoxij, hanc in alios trans-
ferant?

Ità ne comparatum eſſe iſt hoc ſeculum, atq; hæc tem-
pora?

IO.

S V S A N N A.

IO. Mirum ni me absente turbæ sint datæ inter ser-
uulos

PH. Hodie mali homines bonos malos esse uolunt, ut
sibi

Similes habeant: id ubi consequi nequeunt, odio pre-
munt:

Et quoquo modo eis damnum inferre parant, quos ipsi
oderint.

IO. Dij immortales, quid nam ego credam homini
euenisse huic mali?

PH. Scelerato quodcunq; in mentem inciderit, uult:
nec cogitat

Prauum an rectum sit, quod agat: nec metuit, ex in-
commodis

Alterius sua commoda comparet seu fraudibus et dolis,
Seu calumnijs & per consutas sycophantias.

IO. Miror quorsum euadat hæc oratio: sed audiam.

PH. Mores nihil faciunt, nisi quod lubet: mentiri more
fit,

Petere honorem pro flagitio, more fit. IO. morem im-
probum.

PH. Circunducere argento homines, per mendacia &
dolos,

More habet licentiam: uitiare teneras uirgines,

Matronis honestis uim parare, solito more fit.

IO. More pessimo. PH. struere insidias immeritis mo-
re fit.

IO. More nequam. PH. ui opprimere innocentes pas-
sim, more fit.

Mores perduxere leges in potestatem suam.

NICODEMI FR̄S CHL INI

Nam hodie publicum priuatum est: & priuatum publicum:

Sacrum hodie profanum est, & profanum sacrum. IO. res loquitur.

PH. uerum hoc omnium miserrimum est, quod isti non licet

Remedium inuenire morbo. nam ita sunt homines perditii:

(Præsertim quos fortune iocus magna ad fastigia Ex humili euexit, rerumq; admouit gubernaculis)

Vt nemo contra eos nutire ausit, nemo hiscere:

Nisi quis uelit omnes mortales inimicos capere. ac proin

Omnia assentari is quæstus nunc est uberrimus.

Nam nimio pluris quidam faciunt paucorum gratiam Hominum, quàm saluti quod possit prodesse publice,

Sed quid ista conqueror? cur non propero ut Chelcia am heræ

Parentem accersam? eiq; narrem hæc omnia? IO. reuocabo: mane

Heus Philerge, PH. hem quisquis es, sine me. IO. ego sum Ioachimus. PH. hem

Vbi is est? here salue: te ipsum iam diu desidero:

Te expecto: oppidò opportunè te obtulisti huc obuiam

Here. IO. quid est? quid trepidas? satis hic omnia exsententia?

PH. Utinam. IO. quid ais? PH. hei mihi. IO. quid est? quid ploras? eloquere.

PH. Peiore loco res esse non potest, quàm in quo sita est.

SVS ANNA.

IO. perij. quare? PH. actum est. IO. quid isthoc est?
PH. interijmus funditus.

IO. Enecas, quamobrem? PH. non ausim dicere. IO.
uah quid uetat?

IO. imperium tuum, quod in me habes. IO. quin ego
tibi impero,

Vt quicquid id est dicas. PH. dicam igitur. IO. sed aper-
te. PH. sic. IO. caue

Quicquam me celes. PH. nihil prorsus: quando tibi
sic lubet.

IO. Dic ergo. PH. ah here mi tua fama & Susannæ ui-
ta in dubium

Peruenit. IO. quid? an ægrotæ est uxor? PH. non. IO.
an rectè ualet?

PH. Corpore quidem; sed animo malè est. IO. quam-
obrem? PH. nescio.

IO. Quid nescis? PH. ah here mi, Simeon & Midian.
IO. quid Simeon

Et Midian? PH. Susannam insimulant. IO. cuius nam
rei. PH. malæ,

IO. Cuius? PH. osculantem cum altero uidisse dicunt

IO. Susannam? PH. & amplexantem. IO. meam ne
uxorem? PH. ita dicunt.

IO. Vbi nam? PH. in nostro horto. IO. quo cum Phi-
lerge? PH. cum adulescentulo.

IO. Perij, sed credim tu? PH. quid credam nescio: sed
quòd hic dies

A prætore indictus est nostræ familiæ, isthoc scio.

IO. Occidi. PH. adulterij ream agunt. IO. uxorem?
PH. scilicet. IO. oppidò

NICODEMI FRISCHLINI

Interij. PH. sciebam ægrè tibi id, ubi audiuiſſes fore.

IO. Ego miſer meis periculis ſum per loca inuid
Veſtus, capitali periculo, per hoſtes plurimos

Me ſeruavi: ſaluus redij: nunc hîc diſperij miſer.

Quid ago? quod remedium huic tam ſubito malo inu-
niam miſer?

Adimit mihi animum ægritudo: Philerge tene me. PH.
uiſ ne aquam

Tibi petam? IO. heu heu quid ex te audio? ſamne
apud me? aut ubi ſum?

PH. Simeonis technas has eſſe tam ſcio, quàm me ui-
uere,

IO. Et ego Suſannæ innocentiam tam perſpectam
mihi

Tamq; exploratam habeo, quàm nomen egomet memi-
ni meum.

Sed ubi eſt uxor? PH. intus deſidet plorans, lacry-
mans,

Eiulans, capillo paſſo, diſceſſis genis. IO. age,

Ingrediar, cætera ut intus perconter, quæ uolo: & ſi-
mul

Vt mœſtam conſoler: & metum, in quo nunc eſt, au-
feram.

Tu Chelciam ſocerum ad nos & ſocrum accerſas
illicò.

Curre curiculo. dic adſint nobis abſq; omni mora.

Cauſam ubi rogarint ex te, caue eis quicquam dixeris.

Actus

ACTVS III.

Scena III.

Philergus.

Senar.

A Bist hic intrô. proh immortalem Deum,
 Quàm heri mei uicem me miseret optimi,
 Heræq; tantum ad eos deuenisse hîc mali.
 Illancè ne mulierem in suspicionem istius
 Vnquam uenire criminis? quæ tam colens
 Mariti, tam studiosa fuit in omnibus.
 Equidem hoc fore nunquam credidissem. sed animus
 Redit: postquam in Deum refero fiduciam
 Et spem meam, Nam is uindex innocentie est
 Et castitatis assertor certissimus.
 Deinde multum confirmat me heri mei
 Probus, & ab omni suspicionem tam procul
 Remotus animus. Decet enim omnes coniuges.
 Suis uxoribus ut non nimium, ita nec parum
 Credere: semperq; in illam partem tutius
 Peccarier solet. nam Sathanas coniugij
 Hostis, nullare citius diuellit animos
 Quam talibus sinistris suspicionibus.
 Sed uideôn ad nos properantem cum coniuge
 Chelciam? is est. mirum ni præsciuerit
 Alunde, quid sit negocii: ibo obuiam.

Actus

NICODEMI FRISCHLINI

ACTVS III.

Scena IIII.

Chelcias, Anna, Philergus.

Oſtonarij lambici.

Quid iſt hoc negocij, mea coniux: quòd tuas
modò
Vicinas de noſtra filia aliquid demurmuraſ-
aiſ?

AN. Ah neſcio mi uir: neq; enim, quòd ſciebant, pro-
dere

Volebant: omnes ſe excuſare: omnes rumore creden-
Faluſum. CH. demiror, quid fiet, quorſumq; euadati-
ſum in metu.

AN. Deum oro, ut det ſalutem & ſanitatem noſtre ſe-
milie.

CH. Equidem neſcio proſecto: quid mihi animus pro-
ſagit mali.

Sed nolo rem dijudicare prius, ueri quàm quid fiet
Intelligam. Philergum huc optime. PH, ad te ibam.

CH. quid nam eſt cedò?

PH. Herus orat, ut quàm primum cum uxore tua ueni-
as. CH. quid eſt?

Satis nè ſalua ſunt omnia? PH. ita ſpero quidem. CH.
meus gener

Redijt? PH. modò. CH. incolumis? PH. etiam AN.
ſaluus? PH. nihil in ipſo mali

Aut morbi aut egritudinis deprehendere licuit mihi.
AN.

AN. Laus sit Deo. nam quia heri non redisti: dici nequit, quibus

Ego sollicita sim rebus. sed quid hera tua, mea filia?

PH. Valet. AN. satis ne commodè? PH. satis. AN. nihil morbi est. PH. nihil

Prorsum. AN. quid Benjamin, meus nepos? PH. rectissime ualeat.

AN. Profecto nimis anxia fui. nam nocte illa, quæ proxima

Præcessit, triste somniaui ac pene insolitum somnium.

CH. Quid somnij, mea uxor? AN. duo uetuli hirci sunt uisi mihi

Perrumpere caulam filiae: & capellam impetere cornibus:

Cui ego balanti cum ferrem suppetias: forte ab altero Hircorum sic læsa fui, ut oculos penè ambos amiserim. Nunc ad quam rem hoc dicam attinere somnium, non reperi.

Neg; hodie unquam potui ad coniecturam querendo euadere.

CH. Neque interest multum. Nam uisa nocturna ita miris modis

Ludos hominibus faciunt: pauidos animos mortalium

Vanis timoribus opplent. sed dic tu mihi, quid sit, quod gener

Nos accersi uoluit. PH. nescio. CH. non frustra est, cum socrum gener,

Aut filia accersit patrē. an nullum est commissum iurgium?

PH. Cur isthoc rogitas? quando enim litem inter eos natam prius

Vnquam

NICODEMI FRISCHLINI

Vnquam audiuisti? aut quando ille iuit ad te cum quer
monia?

CH. Nunquam adepol: eoq; magis miror, quid sit, qui
uelit gener:

Cur accersat. PH. iam propemodum scies, quid nam
fiet rei.

CH. Fortasse propudij suspectam habet. AN. non ar
tror adepol

Mi Chelcia: aut si habet, non dubito, quin aquæ amar
potibus

Se liberare hac suspitione possit filia. CH. sin eam
Viliatam dicat uirginem? AN. tum pol signa hîc ha
beo domi

Meæ: quibus uirginitatem eius intaetam monstrauro.

CH. Nisi Philergus sciat, quid sit, ego coniectura hanc
assequor.


AN. Obsecro te Philerge: isthoc malum uti nobis se
cias palam.

PH. Malo ex ipsa resciscas filia. AN. Philerge mi
cedo:

Et dissolue ocius me. nam nimis diu animi pendeo.

PH. Profecto non est narrandi hîc locus. AN. paulum
morabimur.

PH. Ite intro: nam ambo uos expectant. CH. sequere
me coniux mea.



E

Defen

Cuiusq

Que
Neq; e

Metus
Tum a

Cui u

Atq; i

Nam

Susan

ACTVS III.

Scena I.

Midian.

Oſtonarij Iamb.

E Nimuerò Midian nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ¹
 Secordiæ. nam quantum ex hoc uicino intellexi
 modò,
 Ioachimus, quem domum rediſſe ait, ſuam ux-
 orem ſtudet
 Deſendere: neq; ſuſpicionem ullam admittit: neq; cre-
 dere
 Cuiuſq; in hominis criminibus animum induxit: hæc
 ſententia eſt.
 Quæ ſi non aſtu prouidetur, me aut ſocium peſſundabit.
 Neq; enim autoritate uel opibus, quam nos pollet mi-
 nus.
 Metus eſt, ne uiribus ſimus aliquando inferiores reſ.
 Tum autem Chelciam ualde timeo, prouidum & catum
 ſenem:
 Cui uerba dare difficile eſt. & quia crimen deſerimus
 nouum,
 Atq; inſolens, in dubium ueniet noſtra, procul dubio, ſi-
 des.
 Nam ſpectatum exemplum pudicitie eſt, & continen-
 tie
 Suſanna: neq; quiſquam de ea facile hoc crimen ſuſpica-
 bitur.

E

NICODEMI FRISCHLINI

Accedit ad hoc incommodum fauor nostrorum Iudic
cum:

Qui saepe propter misericordiam indulgere solent
reo,

Quæ actori propter inuidiam adimunt. sin eò ueniat
fides

Vt iurciurando obfirmanda, metuo collegam, ut male
Substet: quanquam confido fore, ut iniuratis præstet
fidem.

A C T V S III.

Scena. II.

Sichar, Midian.

Scenarij.

Merito tibi Hirame gratias ago, teq; amo:
Quòd uoti compotem me feceris mei:
Et nummos comparaueris: quibus ego ius
Meum obtineam. nunc huc uenio: an istum se-
nem

Midianem conspicer: ecce cum prehendam pallio.

Mi. Quis properantem me uellicat? Si. ego sum.

Mi. quid est?

Si. Redeo ad te, mi Domine, sicut heri iusseras.

Mi. Vah nunc demum, ubi bonæ occasiones perie-
rint.

Cur passus? ubi eras? Si. atqui celerius tibi

Adesse non potui. Mi. uigilare oportuit:

Non in multam lucem destitit. plus obest

Ne:

Negōcioso, quā prodest somnus. SI. hei mihi:

Quid oportuit uigilare, qui somnum meis

Oculis hac nocte non uidi? dum enim tribus

Siclis acquirendis operam do sedulam,

Prope totum curriculo pererrauī oppidum.

MI. Num comparasti ergo tres siclos? SI. scilicet.

MI. Nunquid dabis pro iure mutui? SI. accipe, hem:

Lectum est: conueniet numerus, quantum petieras.

MI. Age nunc monstrabo uiam: qua ius ores tuum.

Tribunum plebis nostin? SI. non hercle. MI. at domum

Vbi habitat? SI. neutiquam. MI. faciam igitur, ut

scias.

Platea hac rectā praeiterito sursum: ubi

Eō ueneris, macellum est: id ibi ad dexteram

Relinquito: & per angiportum trans eas.

SI. Quō nam? MI. per angiportum: intelligis SI.

char?

SI. Intelligo: ad macellum. sic puto, dixeras.

MI. Illud relinque ad dexteram. SI. sic dixeras.

MI. Et angiportum transi. SI. perge: intelligo.

MI. Vbi angiportum transieris, lata arca

In proximo patebit: in hanc curre mediam:

Ibiq; circumspicito. SI. quid tūc postea?

MI. Vicum, quem uideris longissimum, pete:

Ac totum celeriter percurrito. SI. probe.

MI. Vbi finem attigeris, ad sinistram uertitor.

SI. Quomodo dixisti de longo uico oppidi?

MI. Nimiū stupidus nimiumq; obliuiosus es:

Putan, me eandem rem dicturum centies?

NICODEMI FRISCHLINI

SI. De uico, quod dixti, non rectè intelligo.

MI. In area, ad quam ex angiportu ueneris

Longissimum quem conspicias uicum oppidi,

Eum percurrito. SI. quid dein? MI. postquam ad finem loci

Perueneris, ad sinistram te conuertito.

Illic domum uidebis obuiam, rubris

Valuis & ianua uiridi, ea domus erit,

In qua tribunus plebis habitat: qui tua

Negocia confecta tibi reddet hac die.

SI. Eo. MI. uide, ne somnolentus rem geras,

Neu stertas. nam si tempus commodum semel

Se subterduxerit: post nunquam adipiscier

Quadrigris albis licet. SI. Eo: uale. MI. uale.

Amoui commodè hunc hominem: argento insuper

Emunxi incautum. nam uerba sibi à me dari

Non animaduertit. sic tractare istos decet,

Qui lites querunt: & foro uti nesciunt.

Nunc ibo, ut prouisam ubi meus collega sit,

Quòd nusquam apparet. uideon egressum foras?

ACTVS III.

Scena III.

Simeon, Midian.

Senarij.

VBi ego nunc Midianem requiram? aut qua uiam
Insistam? nihil est, quod malim, quàm ipsum obuiam

Mibi

S V S A N N A.

Mibi, mea ut cum illo consilia communicem.

MI. Et mihi quidem quotidie augetur magis
Tui audiendi desiderium & cupiditas.

SI. Sed eccum: salue mi Midian. MI. salue & depol

MI. Simeon: ecquid dormiisti commodè
Aut somniasti hac nocte? SI. quorsum isthuc rogas?

MI. Quia inusitatum sominaui ego somnium.

SI. Quod somnium? MI. à puero quodam tenellulo

Visus sum lapidibus peti in densissima

Populi turba, & nos ambos saxis obrui.

SI. Malè pereas cum somnio tuo Midian.

Sed qua cum dormiisti? SI. uah, qua cum rogas?

Qua cum est animo meo lubitum. SI. non cum tua

Ancilla? MI. minimè. an enim tu me adeò stipitem

Aut truncum censes esse, qui, tot foeminis

Mihi in domo mea obuijs, cum sordida

Seruorum amica in uno lectulo accubem:

Quæ tibi olet stabulum & hircum, & sessibulum me-
rum.

Cuius ego obulo uno septem noctes non emant.

SI. Sed uxor tua quid agit? MI. anus mea foetida:

Quam nuper duxi tam locupletem uiduam? SI. ea

Ipsa ut ualeat? MI. quid rogitas? plusquam ego uolo.

SI. Bene hercle est illam tibi ualere & uiuere.

MI. Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali est.

SI. Omnibus amicis. quod mihi est, cupio esse idem.

MI. Tum pol ego essem tecum spado. SI. ludos facis.

Nam haud hoc uolebam, quin tu hoc mihi respondeas

Velim: tua uxor quid agit? MI. immortalis est:

Viui, uicturaq; est. SI: benè hercle nuncias:

NICODEMI FRISCHLINI

Deumq; oro, ut uitæ tuæ superstes suppetat.

Mi. Dum tecum nupta sis. Si. habeas, ut nascas.

Sed scin, quid te uelim? Mi. sciam, ubi mihi xeris.

Si. Hic dictus est dies nostris perduellibus.

Mi. Certò? Si. certò quidem. nam heri Susannæ cam

Impegit Cleophas, atq; hunc indixit diem

Mulieri ac toti familiæ. Mi. ah mi Simeon,

Vide, ne quid committamus hodie, quod in

Nostrum caput redundet. nam Ioachim, heri

Huc qui redijt, ut Susannæ causam asserat,

Nosti: & qui uir sit, non te clam est. Si. mi Midian

Instructa sunt mihi corde consilia omnia;

Modò tu uideas accusandus ne quid sies,

Mi. Ego ne? Si. etiam. Mi. quamobrem? Si. quia nimis malè

Metuo, ne deseras me; atq; in eadem ut sies

Idem sententia. Mi. ridiculum est, Simeon,

Isthuc me commoneri: quasi minor mea

Res, quàm tua, agatur; si quid eueniat mali.

Quapropter neutiquam hæc res tibi neglectui.

Si. At si inficias ibit, iurandum utriq; erit.

Mi. Sit sanè, quid tum postea? Si. uah, quid rogas?

Audacia usu est nobis inuenta & dolis.

Mi. Quiesce. affirmabo constanter Simeon.

Si. Si tu istam, Midian, animi firmitudinem

Nunc oblines, salui sumus. Mi. quid ni obtineam?

Si. Equidem nullum ego frugi aut bonum hominem censeo.

Nisi qu

Cui pe

Malos

Bonus

Vtrum

Mi. N

Et mi

Mi. L

Mi. I

Nam

Ego

Si. E

Adul

Dica

Conj

Mi.

Nisi

Et cu

Nec

Ced

Atq;

Nam

Nisi

Nisi qui & bene & malè facere tenet. bonum hominem,

Cui pectus sapit, ut uersipellis sit, decet:

Malos ut hominum animos sic habeat cognitos:

Bonisq; sit bonus, & malis iudex malus:

Vtrumq; cum res ita tulerit: un amplius?

Mi. Nihil. nam consilium mihi tuum perplacet:

Et mihi sententia est eadem planè. Si. uide.

Mi. Laudabis: sat scio. Si. siquidem constans eris.

Mi. Næ illa illud cum malo fecit suo, non meo.

Nam mihi nemo quicquam posthac credat: nisi

Ego illam exemplis perdam plurimis malis.

Si. Ego faxo, haud dicat naclam, quem derideat.

Adulterij ream agam: osculatam cum altero

Dicam, amplexatam, fornicatam: atq; omnia

Confangam, quod erit mihi bonum atq; commodum.

Mi. Tace sis. Si. quid est? Mi. Cleopham aduenien-

tem conspicio:

Nisi me fallunt oculi. Si. certè is ipse est:

Et cum ipsa Sarais nomenclator popli,


Nec non & iudices. Mi. quid nunc agemus? Si.

huc

Cedemus, ad istud ostium prætoris,

Atq; illic opperiemur. Mi. modò rumpant moras,

Nam nul magis opto uidere, quàm necem hostium.



NICODEMI FRISCHLINI

A C T V S. IIII.

Scena. IIII.

Cleophas, Prætor, Iudices, Midian,
Simeon,

Octonarij Iambici.

Quid hoc rei esset quamobrem uos huc conueni-
re iusserim,
Id dixi uobis Iudices: & uos meminisse adhuc
probe,

Non est dubium. IV. Commeminiimus omnia: nempe
huius mulierculæ

Susannæ gratia: quæ in hac habitat propè uicinia.

CL. Ea res est. IV. hanc Midian & Simeon duo colle-
gæ iudices

Propudij insimulant: eiusq; hodie accusabunt ipsam in
foro.

CL. Rem omnem tenetis. IV. nunc tu nostram operam
requiris iudicum,

Vt in inquirendo scelere nostrum officium præstemus
tibi:

Et ueritate cognita malum tollamus ab Israel.

CL. Meministis memoriter. IV. quid ni meminierimus
ea, quæ decet:

MI. Proh Iuppiter, ut tardè incedunt senes: uix ante
meridiem

Huc

Huc aduenient. SI. etate tardiores sumus omnes senes.

MI. At ego mihi reiuuenescere hodie uisus sum. SI. per somnium?

MI. Vah ludibrio me habes. CL. nunc tu)Dati procure huc celeriter;

Et Susanna ut statim assit cum marito Ioachimo, uide.

Nos interim hanc intremus curiam: dum ueniant: sequimini.

IV. E hodie Cleopha, non lictores missi sunt: qui hanc adulteram

Vinctam adducant? CL. non. IV. cur isthuc? CL. quia territare nolui.

MI. Siccine oportet senes ire in rebus tumultuarijs?

SI. Seruile est festinantem currere, qui senatus columen est.

MI. At hi gradus mihi uidentur cribro pollinario

Sucreti: adeo subtiles sunt. SI. sic mos est ferme iudicum:

Vt nemo nostrum alterius causa suos disrumpat rami- ces.

IV. Quid uero ages, si elabatur? CL. non puto. nam Ioachimus suam

Sese adducturum coniugem, cum socero, & socru, & liberis

Hodie promisit. IV. numnam & ille suspicatur quid mali?

CL. Nil prorsus de sua, ut audio. IV. uide ne uerba det tibi

Impudenti. CL. homo probus est: nihil ab illo metuendum erit mali.

IV. Dum fraudulenter non agat, ut uxorem effugio
beret.

CL. Frustra hoc timetis Iudices: tāta est hominis fiducia
Quam in uxoris suae innocentiam uir frugi collocat.

IV. Quid tum postea? CL. cur ui nobis agendum,
ui nihil est opus?

MI. Hos iudices te pridie conduxisse huc oportuit.
Nam tarditate cocleam superant, aut corbitam in mari
Placido & tranquillo. SI. nimium tu urges. MI. saltem
attrepidarent parum.

IV. Sin os tibi sublinatur. CL. tum meo id fiat periculo
Duntaxat huic parcamus familiae: ne quid seui prius,
In quenquam statuamus, quā causae fiat cognitio. IV.
probe.

CL. Nam summum ius summa est plerunq; iniuria. IV.
uerissime.

Sed hoc miramur Cleopha, unde ista uiro sit confiden-
tia.

Nam Midianes aut Simeon ut propudij insimulent
quempiam

De nihilo: nobis non fit uerisimile. namq; ambo senes
Ambo sunt iudices: ambo loachimo beneuoli: nihil
In hac re dubitari potest. CL. prauiudicia mihi haud
placent.

Nam pars altera ut itidem audiatur, ipsa ratio postulat
Et aequitas iubet. MI. procedamus hominibus his ob-
uiam.

CL. Sed eccos obuios actores: contrā tollimus gradum.
Ehem Midian salue. MI. salue a depol. CL. & tu bone
Simeon.

S V S A N N A.

SI. Et tu bone Cleopha. MI. & uos omnes saluete unâ
iudices.

IV. Habemus gratias. sed quid agitur Midian? MI.
statut. ferè

Ad hunc modum, & cessatur strenuè? IV. cur non in-
gredimini

Hanc curiam? MI. non licet hodie. IV. quamobrem
Midian? cedò.

MI. Quia accusatum uenimus, non iudicatum malefi-
cos.

IV. Rectè. sed ubi sunt malefici? CL. mox affuturos ar-
bitror.

SI. Et ego, nisi me fallunt oculi, eminus uenientes con-
spicor:

Et Datis præcurrit. CL. sic equidem iusseram. MI.
tardigradi

Sunt. IV. minimè mirum: adeò impediti sunt: & pue-
rorum gregem

Ducunt secum. nunc quod erit factu proximum: uos iu-
dices

Hæc occupate subsellia: ego huic puteali insideo. MI.
eho tu

An non uidetur peplo uelata mulier? SI. imò Midian:
Vix poterit conspici. MI. at ego uidendæ eius cupidine

Etiã num ardeo: qudo potiundæ illius copia non fuit.
SI. Ego laruam illi curabo detrahi. MI. quæso operam

des probè.

Actus

ACTVS VI.

Scena V.

Ioachimus, Sufanna, Chelcias, Anna.

Odonarij & senarij mixti.

Neq; tu de signis uirginatis quicquam commē-
mores uelim

Mea mater: neq; tu coniux de aquæa maræ istius
potibus

Quicquam, nam sicut incorruptam accepi iam olim
uirginem:

Ita hætenus incorruptam habui, meq; habiturum spe-
ro. Proin

Bono animo es mea coniux, bona conscientia mille ter-
stibus

Præualeat. SV. ego certè, quæ mihi sum conscia, hoc cer-
tò scio,

Neq; me fecisse turpe quicquam, mi uir: neq; cordi meo

Quenquam esse cariorem te coniuge meo, optimo uiro.

Nam te maritum solum semper feci maximi: tibi

Morigera fui, ut scis, rebus omnibus. IO. noui isthæc
omnia:

SV. Tibi meum animum, corpus, atq; omnem uitam
concredidi

IO. Scio: & propterea te hortor, ut quieta sis: neq;
trepides.

SV. An ulla de me orta est unquam querimonia? IO.
nulla per louem.

SV. Ego quàm fideli animo, & benigno & morigero
te erga sicm

S V S A N N A.

Verè memorare possum, si uelim: ni te scire arbitrer.

IO. Ah quorsum isthæc? quasi tuæ fidei unquam pos-
sim obliuiscier?

SV. Per hanc igitur, mi uir, te dexteram oro, & per
genium tuum,

Per communes hos liberos obtestor te, teq; obsecro,

Ne deseras, neu me abs te segreges. IO. hem egone
isthuc queam

Conari? egone te immeritam sic periclitariet sinam?

Non faciam? CH. haud sane uereor: si in te solo sit situm
gener:

Sed uim ut ferre queas, nam quid non audebunt filij Be-
lial?

SV. Ah mi pater, hoc ipsum est, quod me angit maximè:
licet bona

Sim conscientia suffulta, tanquam muro aheneo.

IO. Piorum perfugium omne positum est in Deo: qua,
re nihil

Timeo Beliales: qui pijs nihil nocent.

SV. Sperat quidem animus: sed quò eueniat, in manu
Dei est: cui etsi fido maximè: tamen

Tuæ quoq; me commendo & committo fidei:

Teq; oro, in hac re ut adiutor mihi fies:

Te mihi patronum cupio mi uir, te patrem:

Emoriar: si non extra hanc noxam inuenta fuero.

IO. Noli metuerè, unà tecum bona & mala

Tolerabimus. AN. nihil rerum omnium est:

Quod malim, quàm me hoc falso suspicariet.

SV. Quid suspicaris, mea mater? AN. ne idem tibi

Eueniat, quod Nabotho olim immeritiſſimo.

Nam

NICODEMI FRISCHLINI

Nam & ille erat innocens, & ab omni culpa semotipsum
must

Tamen inuenti sunt filij duo Belial: qui criminis
Insimularent falsissimi: & testarentur mendacium
Periurio. IO. meliora mater de nostris sperabimus
Hostibus: ut quos ætas & conditio à tanto hoc deter-
reat

Scelere & flagitio. SV. ah frustra: quando in horto
se mendacium

Testaturos aperte & absq; omni rubore dixerant.

IO. Testentur: at mendacio semper præpollet ueritas.

AN. Imò Ioachime mi, haud rarò uita & salus inson-
tium,

In extremum discrimen ducitur, per fraudes & dolos

Vnius nequam sycophantiæ. Nam quid summo euenerit

Sacerdoti Abimeleco propter Doege mendacia,

Id notius est, quàm ut commemorari oporteat.

Atq; adeò nunc timeo misera quorsum euadant inson-
nia.

Nam hi duo senes, duo illi sunt hirci: qui filiam meam

In horto, ceu teneram capellam adorti sunt, sat perfide.

IO. Spes omnis in Deum reuocanda est. sed propere-
mus interim:

Nam iudices expectant: & Prætor tribunali nifidet.

SV. Thamar Benjaminem meum asserua probe: & se-
quere illicet.

Actus



SVS ANNA

ACTVS IIII.

Scena VI.

Cleophas, Simeō, Midian, Susanna, Iudices.

Ostionarij.

Concedite ad dextram putealis uos actores duo senes.

SI. Illic erimus, ubi iusseris. CL. tu Dati Susannam ad latus

Sinistrum huc sistito: ceteri extra septa illinc mancant uolo:

Nequis pedem inferat: non uocem emittat, nisi sententiam

Rogatus fuerit: qui contra fecerit, ei multa quindecim Siclorum cōtinuō irrogabitur: SI. unum te liceat prius Monere tamen. CL. quid nām? SI. uelamen ut auferas huic mulieri.

CL. Quamobrem? SI. quia uidendum, sit nē ea, quam uolumus, an quēpiam

Ancillarum ab ea subornata. CL. haud crediderim per Iouem.

MI. At ego iurauerim. nam mille sunt umlicrū astutiæ: Mille artes: quibus imponunt uersipelles imprudētibus. Nec mihi dubium est ullum: quin si detecta fronte sit, statim

Ex ipso uultu crimen se prodat. age tu peplum ocyus Hinc amoue: ut quæ sis uideamus. SV. ah quid mihi molestus es?

Matronam non decet aperto uultu uersari in publico.

MI.

NICODEMI FRISCHLINI

Mi. Vt honesta est meretrix. an nullam subornasti in
tuum locum?

CL. Omitte ipsam: & tu Susanna peplum dimoue.
nam nihilo eris

Inhonestior. SV. age, quando ita uis prætor, fiat quod
me iubes

CL. Nunc postquam reſeratæ sunt aures Iudicum: quod
commodo

Fiat publico: & inquirendo uero conducat maxime:

Agite senes: dicite palam quid criminis hæc admiserit

Mulier: sed sine fraude ac dolo actionem ueſtram in-
tendite.

Si. Omnino. nam si ullibi apertus animus, certè hic re-
quiritur.

CL. Dic tu ergo prior Simeon, & dic omiſſis uocem
ambagibus:

More Attico. Si. dicam. sed hoc primum mihi credendum
uelim,

Nihil à me cuiusquam odio, nihil inuidia, sed studio rei

Et ueritatis omnia dici. CL. ita quidem fieri concedere

Si. Hesterno igitur die, cum in Ioachimi horto per me
ridiem

Obambularemus, captaturi arborum umbras: forte ibi

Susanna hæc cū duabus ancillis hortū intrat. nos procul

Ex angulo proſpicimus: mirari quid comitatus uelit:

Quid acturæ mulierculæ. ibi hæc continuo adornat, et
lauet:

Puellas & pedisequas remouet, ne qui adessent arbitri.

Foras simul omnes prouunt: ipsa foribus obdit pessulū

Interea dum latemus nos illic sub arbore: interuenit

Qui-

Quidam adolescens forma eximia & specie bona: ut nihil supra.

Nos confpicamur eminus: obseruamus quid rei gerat.
Continuò in gremium meretricis sese recipit: manum in sinum

Inserit: illa illum amplexari, osculari. cætera prohibet
Me uestra dignitas. ubi uerò de improviso mulieri
Interuentum est, illicò adolescens confert se in pedes: fugam

Ornat: per posticum elabitur: nec nos comprehendere potuimus.

Nam adolescens ille erat ualentior. quem cùm prehen-
derem:

Penè exposuisset me cubito. uerùm qui nam esset scire non

Potuius: neq; quicquam ex adultera illa ueri excul-
pere.

Nanq; diu interrogata cùm esset, nihil respondere po-
tuit:

Ne gry quidem: sed muta & elinguis fuit. quid uerbis
opus?

Hoc certò scitote patres Hebræi: quicquid ego dixe-
rim,

Pro atrocitate & magnitudine rei dictum esse id minus.

Quod igitur æquum est & iustum, petimus à uobis lu-
dices:

Vt exemplum statuatis in hac adultera: lex uti iubet:

Malumq; tollatis ab Israël: ne nobis idem accidat,

Quod olim Beniamitis: qui probrium hoc impunè reli-
querant.

NICODEMI FRISCHLINI.

CL. Graue hoc est & memorabile flagitium: si
dicitis

SI. Neq; diuini, neq; humani quicquam mihi credendum
uelim:

Si huius rei mendacem inueneritis. MI. idem & ego
loquor.

Nam quicquid hic dixit, contestor dictum id esse uerum
uere.

CL. Aequum tamen erit, ut ipsam quoq; quid dicat,
quid respondeat.

Prius audiamus. MI. frustra. nam ut mulier perfida
frontis est.

Negabit, sat scio. CL. uideamus, quid tamen dictura
sit.

Susanna, cuius probri accuseris, audiuisse te puto:
Quid respondes? nam inauditum damnare oportet ne
minem.

Age loquere. SV. Ah mi Prætor, & uos o reuerendi
iudices:

Quid agam, aut quò me uertam, equidem nescio. nam
præsidia omnia,

Quæ reorum fuerant, actor uterq; præoccupauit: &
idem

Meam, meumq; pudorem suspectum fecit. ueruntamen
Quia mihi conscia sum à me culpam hanc esse proinde

pauca eloquar:
Quæ ut uos pueri æquanimi audiat: qua senes

duos
Audiuistis, subnixè rogo. Nam longè aliter se res habet:

bet:

MI. Hi sunt meretricum mores, ut quod sunt, nolint uiderier.

SV. Principiò, quòd de horto dicunt, & amandatis arboribus,

Id uerum est, iudices: sed eò factum esse à me, quòd hi senes

Duo criminantur, inficias eo. nam meas ancillulas

Dimisi, ut mihi loturæ balsamum ferrent, & smigmata.

Neq; hominem quenquam uidi in horto, præter hos senes:

Qui quomodo clausis foribus in hortum irrepserint, sanè haud scio.

Sed si quis fortè malitia fretus sua, insidias meæ

Struxit pudiciæ: solamq; opprimere per uim aggressus est:

Totiesq; repulsus, mala mihi ingessit multa, & multas minas,

Nec uicit tamen: an ea culpa est nostra, an aliorum, iudices?

SI. Ni nosssem causam tam probè ac benè: crederem uera hanc loqui.

SV. Equidem si, quæ ipsos dicere in horto non puduit: (nam facere meus

Non fuit pudor) hîc commemorem, uix habituri estis mihi fidem.

Proin taceo. nam labem isthanc apud me non reperirier

Certò scio. MI. quid ais uenefica? an negas te cum altero

Amplexatam, osculatam, fornicatam? SV. certè nego se nex.

NICQDEMI FRISCHLINI

Nam ista, quæ neq; facta sunt, neq; ego unquam in me
misi, arguis.

MI. Deum immortalem, tu adolescenteræ uidisse hunc
negas? SV. nego.

MI. Neq; eum te scire, qui fuerit? SV. nego. MI. non
noras? SV. enecas,

Qui me probri & dedecoris falsò insimulas. MI. non
te horum pudet?

SI. Sine ipsam. nam satis dilucidè expediui hîc omnia
Ut gesta sunt: nec quicquam nunc restat, nisi ut sententiæ
Damnetur iudicium, prout merita est? CL. Patres am-
plissimi,

Quid istuc criminis fiet, quod hi senes modò deferunt,
Audistis, sed quando illi aiunt, hæc negat: amplius rem
censo

Deliberandam. IV. quid deliberandum? nescin quòd
fiet

Scriptum in libro legis: in ore duorum triumvè testium
Est omne verum? CL. uultin ergo ut iurciurando fi-
dem

Obstringant hi senes? IV. quod lex iubet, id fieri est
æquum. MI. ah. CL. quid est?

MI. Itan parvam esse apud te mihi fidem? CL. uin tu
me credere?

Vin quæsitum satis nobis isthuc esse? MI. haudqua-
quam uolo.

CL. Num ergo per nomen Dei iurabit is & obstringe-
tis fidem?

MI. Si sit opus? CL. imò maximè: nam lex ita fieri
iubet.

SI.

S V S A N N A.

SI. Tum sanè ambo iurabimus. MI. iurabimus bona fide.

CL. At liquidò. MI. imò liquidissimè. SV. Deus novit culpam hanc meam

Nullam esse. MI. mulier suavis : quasi tibi iurandi sit data

Neceſſitas. CL. quæſo rem diligenter prius perpendite.

Nam grande scelus est hominis, & flagitium atrox, per iurium.

MI. Ah quoniam habemur vobis socij, ô iudices : quorum fides

Tam lubrica & suspecta sit? SI. at ego, iudices, si quid aliud

Scirem, meam quo apud vos firmarem fidem, quàm symbolum

Iuris iurandi, pollicerer utiq; . CL. manus ergo capiti imponite: & conceptis verbis iurate. SI. age iurabimus.

CL. Nos duo senes, Israelitarum iudices.

SI. & MI. Nos duo senes Israelitarum iudices.

CL. Iuramus, & supremum testamur Deum.

SI. & MI. Iuramus, & supremum testamur Deum.

CL. Deum cœli & terræ: inspectorem mentium.

SI. & MI. Deum cœli & terræ: inspectorem mentium.

CL. Quod in horto Susannam scortari vidimus.

SI. & MI. Quòd in horto Susannam scortari vidimus.

CL. SI. fallimus, Deus nos nostrosq; per duit.

NICODEMI FRISCHLINI

Si. & Mi. Si fallimus, Deus nos nostrosq; perdit.
 Si. Et ego si mentiar, aut falsi quid proferam,
 Non causa sit, quin fulmine ad Tartarum adigar.
 Mi. Et ego si fallo, terra nos è uestigio
 Absorbeat: sicut Dathanem olim & Coram.
 CL. Grande est hoc iuramentum utrinq; iudices:
 Non possumus contemnere. IV. quin ergò tuam
 Aut potius diuinam fers è legum libro
 Sententiam. CL. ita quidem factio opus est: age
 ram,

Quemadmodum leges & ius Mosaicum iubet.
 Ita enim scriptum est: si mulier concubita uiro,
 Intra oppidum concubuerit cum adultero:
 Vterq; è porta educuntor in agrum: atq; ibi
 Lapidibus obruuntor: & dicat populus
 Omnis, Amen. IV. Amen, Amen. SV. O immor-
 lis Deus,

Testis me è innocentie: fer opem mihi
 Misere: succurre inopi mihi in his angustijs:
 Nam falsò me probri instimulatam scis probe.
 Te mihi testem, uindicem mihi uoco:
 Qui cordis humani latebras inspicis,
 Qui praeuides omnia. & longè antè prospicis,
 Quàm facta sunt ecce moriundum est mihi hodie.
 Falsi quæ accusor probri ab hisce perfidis,
 Periuiris & uanuloquis senibus. O Deus aspicias
 Hec? ô iustitie & rectorum uindex Deus.
 IV. Rapiatur ad supplicium. Vos lorarij
 Quid cessatis: uincite, constringite feram:
 Et uos duo testes primam in illam mitte

Lapi

Lapiden
 Si. Para
 SV. Ah
 Valedica
 Meisq;
 CL. Ac
 Ab quar
 Vtimam

Al

N

Præsid
 Vite n
 CH. I

Otrish
 Nunc
 Nam
 IO.
 Inuis

Lapidem: sicut præceptum est in lege Domini.

Si. Parati sumus. Mi. Et ego iam dudum gestio.

SV. Ah parcite quæso, dum prius uiro meo.

Valedicam, et orbandis nata parentibus:

Meisq; liberis suprema dem oscula.

CL. Aequum postulat: age finite eam lorarij.

Ah quàm me huius matronæ miseret, ac piget:

Vitam Deus aliquis subito eam liberet.

ACTVS III.

Scena. VII.

Anna, Chelcias, Ioachimus, Sufanna.

Simeon, Lorarij.

Septenarij Trochaici Catalecticis.

Nulla, nulla sum: tota occidi: cor mortuum est
metu

Omnia membra tremiscunt miseræ: nescio unde
mihi auxilij,

Præsidij, aut opis nunc copiam parem. spes atq; opes
Vite meæ iacent sepultæ: sustine me Chelcia.

CH. Heu mihi ubi sum? aut quid ago? quauè insisto uia
miserimus?

O tristem hunc, ô luctuosum, ô uerò funebrem diem.

Nunc fuisse, quàm esse me malim: fili Ioachime ubi es?

Nam nox obuer satur oculis meis: caligo me opprimit.

IO. O dolor, supra dolores omnes. adeo esse dijs

Inuisum, aut infelicem quenquam, ut ego sum: cui tot
mala,

NICODEMI FRISCHLINI

Et tanta subito eueniunt: uæ misero mihi: uæ ter mihi
Misero. Vt animus in spe atq; in timore usq; antehac
fuit

Attentus: ita postquam adempta spes, lassus, anxius,
Cura confectus stupet? SV. ó Deus tibi patris mei
Et matris decrepite, familiæq; salutem & commoda
Commendo. tu liberorum, tu familiæ, tu uiri
Bona tueris: ego aliam nunc adibo patriam, aliam do-
mum.

Nam isthanc ciuitatem: isthanc uitam nunc odi posse-
mam,

Vbi enim mores deteriores inualescunt indices:
Vbi pudicitie sunt insidie: ubi mendacijs,
Perfidie, periurijs locus est: ibi si regnum mihi
Detur: non fiet cupita ciuitas. CH. heu me patrem
Infelicem & miserum: quos reseruor in casus malos?
Cur uitam mihi non licuit dudum hanc omnem abrum-
pere?

SV. O mi suauissime pater, uale: ego meam innocen-
tiam

Morte testabor mea. CH. heu cor mihi dolore rumpitur
Heu heu te immerentem, te innocentem has penas per-
peti.

SV. Satiùs est mori innocentem, quàm nocentem ui-
uere.

Nam ita me coelites ament, ut liceat ex isto mihi
Immundo mundo migrare in alterum nunc seculum:
Et cum dijs æterno æuo frui: iam depaciscier
Morte uelim. tuq; adeo mater dulcissima uale, uale
Mater mea: quæ me longè aliter educaſti, quàm senes

Hi

S V S A N N A.

Hi periuri insimulant. AN, heu me miseram: miserior
nec est,

Nec fuit, nec erit mulier, quàm ego sum: Thamar, age
sustine:

Tenebræ oboriuntur. SV. mi uir, mea uita quondam,
mea salus,

Mi marite, mi Ioachime uale: tibi nostros liberos
Commendo patri: tu columnen familiæ. IO. hei mihi,
hei mihi.

Non discedam abs te, siquidem licet. SV. uale. IO. mo-
ri lubet

Tecum: ut idem nos tumultus tegat: sicut quoq; nos torus
Idem habuit. SV. nolo equidē: sed uolo te superstite mihi

Et communes hos tueri liberos: hanc paruulam
Susannam, hanc Rebecculam. ô uos liberi tenelluli,

Quàm me nunc uestri miseret: qui mellita matercula
Vestra, sine mea, sine uestrapte culpa omni orbamini:

Cedò Thamar mecum mihi Benjaminem filium: sine
Postremò complectar, osculer atq; basier. IO. hei mihi:

Medius disrumpor: perij, interij, occidi. Si. Lorarij
Quid cessatis?, uos inquam crassis auribus, hem quid

moramini?
LO. Expecta parum. ubi tu olim in manus nostras per-
ueneris (nihil.

Properabimus utiq; celerius. SI. quid ais uerbero? LO.
SI. Vin colaphum tibi impingam: LO. nolo. SI.

quin ergo pergitis:
SV. Coelum superum & inferum salue & simul uale:
hunc diem

Postremum uideo. ite uos domum parentes optmi:

Tuq; uir carissime: liberi ite, Deumq; pro mea
Anima, ne deficiat in morte, implorate supplices.

ACTVS V.

Scena I.

Daniel, Simeon, Midian.

EGon islhuc perpetiar: ut quæ sit innocens
Et insons, atq; immerita, morte concidat.
Mori ipsemet malim: heus tu, tibi dico: tibi:
Manum abstine mastigia. SI. quid uis tibi pueri
Quid clamitas? DA. Susannam uolo mihi liberam.
SI. Quid liberam? quæ iudicum sententijs
Ad mortem damnata est. DA. malè damnata est: malè
Inquam SI. quamobrem? DA. quia falsi rea criminis
SI. Quid ais audacule? caue cedere ferulis.
DA. At tu caue, ne falsi testimonij
Pœnam subeas. SI. pergite, pergite Lorarij.
DA. Nequaquam pergetis, nisi manus sanguine
Innoxio uultis contaminarier.
MI. Atqui propudij conuicta est hæc scœmina.
DA. Falsi, ficti, uani. MI. at uerbis dedimus fidem.
DA. Perfidiâ maximam. MI. iurauimus in super
Iuramentum firmissimum. DA. periurium.
MI. Audaciam uide Simeon; uide obsecro
Pueri impudentiam. Si ferulas quis afferat
Huc illicò, ut temeritatis pœnam luat.
DA. Manum abstine: & mecum in ius ambula senex.
SI. In ius? puer suauis. DA. ita loquor silicernium.

SI.

S V S A N N A.

SI. Iudicium eadem de causa non redditur.

DA. Si rectè iudicata sit: sed uos malè

Damnaſtas. MI. cur tu immeritò accuſas nos ſeneſc?

Nefcin maiores natu quòd reuererier

Decet? DA. eos, qui probi ſunt, qui frugi ſeneſc:

At ſcleratos & flagitioſos haud decet

Reuererier. MI. quid mirum ſimcon ſi idem

Huic eueniat, quod pueris Eliſæum patrem

Aſpernantibus, & riſu ſubſannantibus?

DA. O Canaæ progenies: longè uos moribus

Eliſæ diſſidetis? SI. an hæc ferenda ſunt?

Manum iniſciamus ei: quid ſtamus? DA. fuga.

Et clamore mihi eſt opus: omitte me ocuſus.

ACTVS V.

Scena II.

Cleophas, Iudices, Daniel, Simeon.

Oſtonarij Iambici.

Quid hic clauoris oritur Iudices? IV. puer eſt,
qui clamat:

Atq; ad nos accurrit properè. CL. quid uiſ ti-
bi mi puerule?

DA. Patres, ego proteſtor me in huius ſanguinem nullo
modo

Conſentire. CL. Eho cuius ſanguinem? DA. Suſannæ
innoxiæ.

CL. Innoxia? quamobrem? DA. quia falſi criminis,
iſſa innocens,

Accu-

NICODEMI FRISCHLINI

Accusata est. CL. isthuc ne dixeris. DA. mihi confite-
fieri,

Nolim isthuc dicere. IV. qui tu, aut unde scias: qui uix
decennis es.

DA. Aetatem non despicite meam: nam cani puerorum
in animis

Nascuntur, non in capite: & saepe delirant uiri senes.
Sed agite, quemuis mihi date arbitrum: nisi ego mēdā-

Et perfidia hos ambos senes aperte iam conuicero:
Non dico causam, quin quod merita sit, ferat. Si. prob-

Iuppiter
Quid hoc negocij? uultim auscultare puero senes?

CL. Lubet audire. quid enim prohibet auscultare puero
senes?

Si uera memorastis prius, magis elucescet ueritas:
Sin falsa, uestro memorastis periculo. DA. seiungite

Ambos, atq; alterum huc sistite: ut examinem probatū-
terum

Abducite. CL. Simeon mane: uos Midianem seducite.
Tū uerò, cui senatus iam conceditur diuinitus,

Age inside tribunali huic: & tuam nobis sententiam
Explana. DA. ita faciam. CL. sed nomen quod sit uili-

puer prius
Memora mihi. DA. nomen est mihi Daniel; CL. atq;

hoc nomen placet.
SI. Proh Deū atq; hominum fidem, quid isthuc? DA.

ellum, confidens, catus:
Vbi faciem uideas, uidetur esse quantiuis preiti:

Tristis seueritas inest in uultu, atq; in uerbis fides.
Si respicias animum: plenus erit fraudumq; ac omnis
doli.

Verum

Verum
Vbi uic
bor
Si. Qu
Si. p
Nam p
adu
DA. S
dixi
Si. Len
tua,
Vetera
Atq; e
Morta
In luce
lām
Multas
Digna
Torst
Viliast
Merito
gelu
Dom
Suppli
Absce
Deu
Expe
add

SUSANNA.

Verum heus tu, si Susannam fornicari uidisti: cedo
Vbi uideris. Si. in horto sub arbore. DA. quānam ar-
bore? dic arborem.

Si. Quid arborem? uidelicet. DA. ehem quid taces?

Si. perij hercule,

Nam perdidisti nomen. quasi non norim, tentatum me
aduenis.

DA. Si meministi, dic mihi. Si. Lentiscus est. DA. quid
dixisti bone senex?

Si. Lentiscus est. DA. mentiris in caput tuum, è gula
tua,

Veterator nequissime, dolorum ac fraudum plenissime.

Atq; en, perijsti iam nunc illicò. nam Deus ille arbiter

Mortalium, qui renes scrutatur, tuas sycophantias

In lucem proferet: ut omnia tua probra fiant propa-
lam.

Multas damnasti insontes haftenus: fontes uenia tua

Dignatus es: leges precio fixas, refixisti precior:

Torsisti iura, extorsisti pecunias: quin insuper

Viliasti uirgines: probis matronis insidiatus es.

Merito igitur & iure optimo poenas dabis. nanq; an-
gelus

Domini te cum tua Lentisco, haud lento puniturus est

Supplicio: cumq; his omnibus tuis perdet mendacijs.

Abscede iam nunc: & sententiam, quam feret in te

Deus,

Expecta. uos ueteratorem alterum, nequam hominem
adducite,

Actus

NICODEMI FRISCHLINI
ACTVS V.

Scena III.

Sichar, Midian, Daniel, Cleophas,
Simeon.

Octonarij & senarij.

D Efeſſus ſum ambulando : ut te ſceleſte ^{Midian}
^{cum tua}

Monſtratione magnus perdat Iuppiter exempli

Perreptaui uſq; omne oppidum: ueni ad macu-
lum huius loci,

Ad angiportum, ad aream, ad uicum oppidi longiſſimi

Quò non? ubicunq; hominem offendo obuium: rogi-
quibus locis

Tribunus plebis habitet: ubi domus illa, quæ ualuisti
bris

Et oſtio ſit uiridi: nunc redeo ſicubi ſenem

Iſtum uideam. ſed hoc quid eſt? quis huc uinctus pro-
ducitur

Mi. Quò rapitis me ſceleſti? Sich. iſte quidem Midian
eſt: proh Iuppiter

Quid hoc rei? cur uinctus trahitur? DA. ſiſtite illam
huc ad puteal.

Sich. Sequar in portam, ut quid ſit, penitus cognoscam

DA. progredere huc ſenex,

Lepidum caput, columen ſenatus, præſidium populi.

Mi. quid hoc

Rei? num tu puer regnum hoc loco obtines: ſoli ut tibi

Liceat eadem de cauſa bis iudicium adipiſcier?

DA. Videte indices, in gentem hominis confidentiam?

Num

Num cogitat, qui dicat: quid uè roganti dicturus mihi?
 Num facti pœnitet: sed heus tu, responde, quod te rogo.

Mi. Hem iudices, num puero demandastis, quod uestri
 hic erat

Officij: quò tandem recedet ordinis huius dignitas?

CL. Omitte nunc ista Midian, & puero responde, quod
 rogat.

Nam sic ut fiat, uisum est mihi prætori & huic senatui.

IV. Certe è uultu huius pueri aliquid apparet fatidici
 hominis.

DA. Age tu Midian, primum hoc abs te bona cum
 gratia expeto:

Si tibi placere potis es, ut mihi uel tandem respondeas.

Am tu Susannam à te uisam scortari? Mi. cho tun negas?

DA. Nego. Mi. negas? DA. nego maxime, sed re-
 sponde mihi, quod rogo:

Vidisti, an de auditu nuncias? Mi. egomet uidi meis

Oculis. DA. non uidisti. Mi. agedum ergo uolo scire
 ex te puerule:

Vtrum quòd uidi, uiderim, an tu facias, ut non uiderim.

Nam ego quidem ambos meos oculos habeo, non rogo
 utendos foris.

Sich. Mirum ni propudij falsò innocentem aliquam in-
 simulaucrit.

DA. O Canaë progenies, uenustas & formæ elegantia

Te decepit: tua tibi cupiditas mentem euertit malam.

Ita uerò agebatis cum filiabus Israeliicis:

Quæ præ metu in uestrum congressum ueniebant, uos
 improbi

Hirci. sed non et hæc Iudæ progenies uestram malitiam

Pere

NICODEMI FRISCHLINI

Perferre, nec morem uestrae gerere uoluit libidini.
Sic, profecto sic est, nam ego & Hiramus sepius ex-
ti hoc sumus.

MI. Non est ita, ut dicis puer: facis nobis iniuriam.
Quis enim credat senem decrepitum nunc amoris datus
operam?

DA. Merito certe uacuum esse isthac aetate te noxis
debet.

Sed age, si uidisti: dic ubi nam uideris? MI. sub ar-
bore.

DA. Quanam arbore? dic mihi nomen arboris. MI. di-
cam: sub ilice.

DA. Quanam? MI. sub ilice. DA. ilicet te perdit
uindex Deus.

Nam collega ille tuus Lentiscum dixit: tu uero ilicem
Probè ergo mentire in caput tuum, ueterator pessime.
Ecce angelus Domini te subuertit cum mendacijs tuis.

CL. Deum immortalem, hominum fidem, quid audet
mendacium

Testati sunt ambo senes: periuri & perfidi senes.
Quid meritos censetis, mei uos iudices? quidnam? IV
crucem,

Necem, & quo falsi testes digni sunt, amictum lapi-
deum.

CL. Reducite nunc huc alterum: ut iustam audiat sen-
tentiam.

SICH. O iudices magnam accepi ego ab hoc Midiano
iniuriam.

CL. Quam iniuriam? SIC. dicam: heri conueni ipsi
questus de mutuo

Non

Non reddito ab eo, qui iam dudum reddere debuit: ro-
go

Ut in meo me iure pro uirili & ratione officij

Adiutet: respondit sine tribus siclis mihi nil prorsum
opis

Afferre posse. hodie cum siclos, quos magnis sudori-
bus

Hinc inde corrogavi, apporto: bonus senex acce-
pta ea

Pecunia, mihi uerba dedit, os subleuit penitissime.

CL. Facimus indignum per Iouam. SICH. tum
autem collega Simeon.

CL. Quid is designauit? SICH. filium habet, qui
Hirami ciuis mei

Et popularis cognatam uitiauit: quam contumeliam
Cum queritaretur Midiani isti, uitiatam ille uirgi-
nem,

Ad se accersitam, oppressit denuo. CL. & flagitium, &
scelus.

Digni ambo, in quibus exemplum statuatur iustitiæ.
SIM. quò rapis?

Quò me protrudis cubito? DA. huc sistite, ut iudicis
sententiam

Accipiat. CL. Si quis falsum dixerit olim testimo-
nium:

Aduersus fratrem aut proximum suum: malum, quod
alteri

Inferre cogitauit, ipse ferat. oculus tuus, & bone
Iudex, nulli perfidiæ parcito, nulli periurio.

Anima pro anima, oculus pro oculo, pro dente dens, pes
pro pede.

NICODEMI FRISCHLINI

Maledictus omnis qui falsum protulcrit testimonium
Et dicat omnis populus Amen. IV. Amen. DA. Amen.
SICH. Amen, Amen.

CL. Anima eius deleatur è populo Dei: dicatq[ue] popu-
lus

Omnis Amen. IV. Amen. DA. Amen. SICH. Amen.

SIM. ah parcite quæso ætati meæ,
Quæ grandior est. DA. cur tu quæso Susannæ non
perceras,

Quæ iunior est: SI. aspiciate hos canos senis oculo-
genarij.

DA. Cur tu senex non innocen tiam Susannæ aspec-
ras?

SICH. Curram curriculò, ut Hiramum compleam in
prouiso gaudio.

SIM. At generis & familiæ saltem rationem habebis
meæ.

DA. Qui sunt bono genere pronati, si sunt ingenio
malo,

Suapte culpa ingenium turpant: genus ex genere cor-
piunt.

Mit| Ab parcite quæso mihi, bene de Republica me-
seni.

DA. Quid hoc? an tu, ubi, quid lubitum fuerit tibi, p-
lubito feceris:

Neq[ue] huius sis ueritus foeminae primariæ, ô Canaæ
genus,

Quin tu nouo modo ei faceres insignem contumeliante
Venias nunc precibus lutum peccatum tuum? ecquid
pudet?

Turpe

Turpe
SI. Va
Matron
Hos aut
Vincite
DA. E
IV. Va
Det ing
Domin
Profect
Perfice
Sed qui
Esse ho
Nocen
GL.
CL.
Innox

Turpe est senem in noxa esse: turpe culpam deprecari.

SI. Vae misero mihi, quanta spe decidi? CL. uincula nunc demite

Matronæ huic innocentis: & liberam dimittite ocyus:

Hos autem perfidos in illius locum submitte:

Vincite, rapite, quadrupedes constringite. SI. hei mihi MI. uae mihi.

DA. Ego Susannam comitabor: uos ualete intereaiudices.

IV. Vale optimæ indolis puer, Deus tibi salutaria

Det ingenij, & pietatis incrementa. CL. uale mi Daniel:

Dominus tecum: qui studia & uitam moresq; tuos dirigat.

Profecto uerum est, quod dici solet, Deum laudes suas

Perficere ore infantum, & puerorum uoce, adhuc laudantium.

Sed quis uestrum putasset iudices, tam perfidos senes

Esse hos collegas? IV. nemo equidem nostrum, sed quis reperit Deus

Nocentes, iustum agnoscere debemus piorum uindictam.

GL. Sic est. IV. eamus nunc domum: quia agendum nihil restat aliud.

CL. Eamus omnes: & Deo agamus gratias, quod sanguine

Innoxio & immerenti nostras non foedauimus manus.

ACTVS. V.

Scena. IIIL.

Lorarij, Simeon, Midian.

Oſtonarij Iambici.

Quid reſtitas edentule? perge. SI. ah commiſereſcat te mei.

LO. In periuros nulla eſt miſeratio. quin tu dem pergitis.

Ite ocyrus, aut flagris ad ſupplicium iſthinc abripie mini.

MI. O uos ſenes & iuuenes exemplo meo ſacram fidem

Seruare, & uera dicere per omnem uitam conſueſcite.

SI. O pueri à ſacrilegis uagisq; iam deinceps libidinum

Furoribus abſtinetes. nam quæ merces detur amoribus Lenonijs, noſtro exemplo uidebitis. SI. ò miſerum diem,

O in fauſtum. MI. ò lucem maledictam, in qua natus fui miſer.

SI. O execrandum hominem: qui patri dixit, nationem me ſibi

Filium. LO. agite ignaui, hirci uetuli: pergite ocyrus, ocyrus.

AC.

A C T V S. V.

Scena V.

Sufanna, Daniel.

Octonarij Iambici & Senarij duō.

Supreme Deus, spectator humanarum mentium
Deus,

Spem insperatam quoniam obtulisti hanc mihi,
meritò grates ago.

Nam ex Orco in uitam me reuocasti, ope huius pueri
paruuli:

Et innocentiam meam testatus es: tibi laus, tibi
Decus immortale, tibi honor sempiternus. DA. meritò
equidem Deo

Magnas habere atq; agere gratias æquum est: quando
omnia

Hæc euenere nobis adeò prosperè & feliciter.

SV. O Daniel, Daniel, quid ego nunc te laudem? sat
certò scio,

Nunquam ita magnificè quicquam dicam: id uirtus quin
superet tua.

DA. Deo acceptum referre decet, quicquid gestum est
bene, haud mihi.

SV. O Daniel, ut ego posthac semper tibi, quod pote-
ro, & quæ uoles,

Faciam & dicam, DA. benignè dicis mater. SV. sic
meritum est tuum.

NICODEMI FRISCHLINI

DA. Imò non hoc meum est, sed ipsius optimi meriti
Dei:

Cui gratias ago, quòd tuæ innocentiae testis fuit
Tam locuples. SV. equidem uix sum apud me: ita com-
motus animus est metu,

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
Sed ubi maritus nunc est? ubi parentes? ubi meli-
beris?

Eamus ocyus intrò: ut hunc metum, in quo nunc sum
illicet

Adimamus: atq; tristes animos expleamus gaudio.

DA. EAMUS omnes. uos ualete spectatores optimi:
Et si uobis Susannæ castitas, Danielisq; pietas
Placuit: claro signo actori plausum date.

FINIS.



S V S A N N A.

IN SVSANNAM FRISCH-
LINI, IOHAN: POSTHIVS

M. & P. L.

Spectabit quicunque piam, Frischline, Susannam,
Vestibus ornavit quam tua Musa novis:
Miratus rarum eloquium, miratus honorem,
Pulchrior haud, dicet, ipsa Susanna fuit.

IN EANDEM NICO-
LAUS REVSNERVS IV-

reconsultus, P. L.

Quantum uiua potentior mouendo
Muta uox solet esse uoce: tantum
Frischline optime Nicodeme uates,
Susanna est tua gratior: referta
Comicis salibus, iocisq;: quàm quæ
Olim scripta elegis mihi est tenellis.
Quin tandem satis haecenus politam,
In claram patris uenire lucem.

IN SVSANNAM FRISCH-
LINI, IOHANNES LAVTER-

bachius, Poeta Nobilis & Coronatus.

Cum Frischline mihi Comœdia lecta Rebecca,
Cum Susanna, mouens tincta lepore iocos.

NICODEMI FRISCHLINI

De sunt uerba, quibus, Frischline diserte Poeta,
Leticie dicam gaudia uera mee.

Gratus erat puri sermone Terentius oris,
Ob lepidos Plautus gratus & ipse iocos.
Dramata sed postquam tua mi Frischline re-
legi,

Quæ mihi docta tuo nomine Musa dedit.
Sorduit in puri sermone Terentius oris:
Sorduit in lepidis Plautus & ipse iocis.
Purus es ore, iocis lepidus, pietate uerendus,
Qua caruere duo dramata, solus habes.

VI IDEM.

Ornatus, pietas, pudor, uenustas,
Est scenæ decus optimum pudicæ.
His comœdia dum triumphat orbe
Frischlini medio recens, uenustum
Cui Susanna dedit uenusta nomen.
In scena decus optimum uidetur
Ornatus, pietas, pudor, uenustas.



IN
MA
riscri
tutur
Rup
a

ST
A
E
F

Excult
Hanc
Digna
Et quo
Suscep
Et qu
Nostr
Eode
Mari
Hac
Hac
Hac
Affe
Et m

IN

IN EANDEM EPIGRAM-
MA M. HIERONYMI MEGISE-
riscriptum ad Nobilissimum, & omni vir-
tutum laude præstantissimum virum: D.

Rupertum à Stozingen, &c. Cæs. Maiest. consili-
arium, & sereniss. Archiducis Austriæ Ma-
ximilianum Magistrum Anlicum:

Dominum & patronum
suum optimum,

STozinge, Aonidum decus sororum,
Atque Heros animi sagacioris:
En, quæ casta tibi uenit Susanna,
Frischlini numeris tui politis
Exculta, & modulo sonantior:
Hanc tu suscipe, nec piam repelle:
Dignare hospitio, tuoq; tecto:
Et quo tu celebrem antea Rebeccam
Suscepisti animo, piam, pudicam:
Et quo tu reliquos amore fætus
Nostri uatis amas: eodem amore,
Eodemq; animo cole hanc Susannam,
Maritam teneram hanc & integellam
Hac nil suauius elegantiusue est:
Hæc est mollicula & tamen pudica:
Hæc affert salis haud parum, & leporis
Affert lautitias politiores,
Et multam simul eruditionem,

NICODEMI FRISCHLINI

Plautinaeq; fauos loquutionis,
Atque omnes Latias amœnitates.
Quare suscipe, nec piam repelle,
Dignare hospitio, tuoq; tecto.
Multo huic inseruit nitore & arte
Flosculos capiti elegantiores
Frischlinus, nisi opinione fallor,
Hoc æuo optimus omnium poeta:
Tantoq; optimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus,
Stozinge, Aonidum decus sororum.

IN SVSANNAM FRISCH-
LINI, MICHAEL FEN-
dius Monhemius.

REbus ut in multis ætas hæc nostra priorem
Vincit: & inuentis certat ubique suis:
Sic etiam uatum superat bonitate: uetustas
Ne laude ingenij tempora nostra premat.
Ecquot Naso pares elegis, epigrammate Marſus
Iam possent æqua mente uidere sibi?
Discit & Aeneis æqualem ferre: nec uni
Gloria debetur iam Venusina lyra.
Restabat laudi solum Comœdia nostra,
Hoc nondum scenis tempore culta nouis.
At ne quâ priscis hoc æum cederet annis:
Comica Frischlini Musa ministrat opem.

Pro

SUSANNA.

Prodiit in uulgus dudum commissæ Rebellæ,
 Vuirtenbergiacis fabula lusa toris:
 Quam pretio, quam laude duces ac uulgus amore,
 Et dignata boni Cæsaris aula fuit.
 Non minor auspicijs abitura Susanna per orbem,
 Linqvit inoffenso limen herile pede.
 Priscus abire comes uoluit: sed uulnere nuper,
 Afflictum morbi continuere senem.
 Post secum plures, quas iam censura coerccet
 Auctoris, quando uenerit ille, trahet.

IN SUSANNAM D. NI-
 CODEMI FRISCHLINI, POE-
 tæ coronati, & Comitæ Palatini Cæ-
 sarei, Domini & præceptoris sui summè
 colendi M. Henricus Vuellingius.

Si non difficilis, sed expedita
 Res est, exiguaq; constat arte,
 Drama scribere comicum: quid obstat,
 Nostra Dramaticis caret quod ætas
 Scriptis: nec lepidò superba socco est:
 Vt nec magniloquo canit cothurno
 Heroum, atque ducum, uirumq; gesta?
 Multi carminibus typos fatigant:
 Paucos edere Dramatum libellos
 Videre est, & eos quidem cruditos.

Quos

NICODEMI FRISCHLINI

Quos inter uelut emicat pyropus
 Gemmas inter & Indicos lapillos
 FRISCHLINVS: Tubij decus Lycei,
 Quo Comœdia nunc habere cœpit
 Præclaro auspice pristinos honores:
 Quoque autore eadem placere rursus
 Cœpit principibq; Regibusq;.
 Verum sit facile & sit expeditum
 Omnibus, Tragicumue Comicumue
 Drama scribere: an omnibus licebit?
 Et quisquam poterit mihi REBECCAM,
 Et quisquam poterit mihi SVSANNAM,
 Sed talem dare, qualis illa nostri est
 SVSANNA egregia, elegans, uenusta,
 SVSANNA ore decoreq; absoluta,
 FRISCHLINI bene Comici periti:
 Qui cunctos superat: quot aut fuerunt:
 Aut sunt: aut alij erunt in annis?
 Qui dum tam pia, sancta, casta, docta,
 Scribit: utile copulatq; dulci:
 Ars, quæ desierat propè exhibendi
 Scripta comica, scenicos & Actus,
 Paulatim auspicijs resulget eius:
 Ut possit ueteres & æmulari
 Nostra ætas simul, & simul præire.
 Viuat clarus in orbe, uiuat usque,
 Viuat ô Pyliæ dies senectæ
 FRISCHLINVS, pater elegantiarum:
 FRISCHLINVS, patriæ iubar coruscum,
 Et fons totius eruditionis:

SVS ANNA.

Quo Comœdia nunc habere cœpit
Præclaro auspice pristinos honores:
Quoq; autore eadem placere rursum
Cœpit principibusq; Regibusq;.
Laudetur, placeat, legatur atque
Ametur, uigeatq; & usque, & usque,
SVS ANNA egregia, elegans, uenusta,
SVS ANNA arte decoreq; absoluta.

IN SVSANNAM N. FRI-
SCHLINI P. L. COM. PALA-
tini Cæs. Epigramma M. Matthiæ
Haffenrefferi, Lorchenfis.

Ὡς φάσ' ἡελίς λαμπρόν, λαμπρά τε σελήνη
Λάμπει σὺ μέσῳ ἀστρόροντι πόλῳ:
Ὡς Φριχλῖνε σέο σὺ πολλοῖς θεῖε ποιητὰ,
Θαυμάσθ' οἱ φάσ' πάντα ποιήματ' ἔχει:
Ὡς ἡ Σωσαῖνα πολὺ λαμπρόν τ' ἐστὶ ποῖημα,
Καὶ πάντων ἄλλων λαμπρότατόν τι φάσ'.
Τῷ τις ἀνὴρ ἄρξῃτ' εἰ ἀπ' ἀρχῆς ἄξι' αἰδεῖν,
Καὶ κάλλει μεγέθει τ' ἴσα διδόναι ἐπῆ:
Ἐξορ' αὖ ὕψαν' ὧν φώτων γέ ἀριθμὸν σὺ εἶδ' ἔχει,
Πάντα τὰ σὺ νύκτωρ σὺν Ὀλύμπῳ ἔχει.
Οὐ γάρ κ' αἰ μέγ' ἐστ', εἶδ' ἔκ' ἀσπερόντα
Εἴματα, ἡ Σωσαῖν' ἐστὶ φαεινότερα:
Ὡς σέο Φριχλῖνε ἐστὶν ῥα ποιήματι τῷ τῷ,
ἐν φανερών πολλῶν πάντα φαεινότητῳ.
Ἐνθάδε ἀγνεία Σωσαίνης, ἐνθα γυναικὸς

Εὐσε-

NICODEMI FRISCHLINI

Εὐσεβέει τύχη: κύνεια πάντα φάει.

Χαῖρέ μοι, ὦ Φρίσχλινε, φανὸς χαῖρε ποιητᾶ,

Χαῖρε ποιήματ' αἰεὶ πολλὰ φανὸν ποίει.

IDEM LATINE A M.
VALENTINO CLESSIO
Knittlingensi conuersum.

Splendidus ut solis nitor, et fax candida Lunæ
Astrigeri medio splendet in orbe poli:
Sic tua præ reliquis sacer ô Frischline poetas
Omnia mirandum carmina lumen habent.
Sic Susanna sacri nitidissima carminis hæc est
Structura, ac animi lucida tæda tui.
Huius si merito quisquam præconia uersu,
Et solida tentet tollere laude decus:
Is citius stellas posset numerare micantes:
Quas in circuitu latus olympus habet.
Namque habitu, forma uel splendidioribus ipsa
Vestibus ornari casta Susanna nequit:
Quàm hoc Frischline tuo est uestita poemate docto:
Cætera quo uincit scripta nitore tua.
Hic mens Susannæ casta, hic fortuna pudicæ
Matronæ, hic fulget laudis et omne decus.
Viue diu, Frischline uale fax splendida Vatum:
Splendida perpetuò carmina scribe, uale.

FINIS.

C O R R I G E N D A.

IN REBECCA. In Prol. Versf. 63. lege quadringenti. pro quadraginti. A. 7. Colum. 1. uersf. 1. leg. Vos ceteri rus B. 3. Col. 2. lin 12. leg. Id iam tenes? EL. teneo. AB. B. s. Col. 2. uersf. 12. leg. IS. Pol C. 2. Col. 1. uersf pen. leg CH. Eo hinc. C. 6. Col. 2. uersf. 4 leg. EL. Vbinam C. 8. Col. 2. uersf. 12. l. perduxit D. 8. Col. 2. uersf. 16. leg. IS Imò aliud. E. 2. Col. 2 uersf. 1. le. BA. Mira narras E. 4. Col. 2. uersf. 6. leg. Gastrodes? quin citò G. 2. Col. 1. ad lineam ultimam adde uersum omiffum:
Vxorem destinat: tibi desponsam à patre:

IN SVSANNA. B. 1. Col. 2. uersf. 1. leg. refert, pudat: B. 7. Col. 1. uersf. 13. leg. credebat. Itaq; F. 1. Col. 2. uersf pe. leg. pari.

IN HILDEGARDI. B. 3. Col. 1. uersf. 9. dele à. B. 4. Col 1. uersf. 20 leg sed si id non facis: D. 2. Col. 2. uersf. 3 pro ager, leg. agè.

IN DIDONE, omiffum uersum, culpa neglecti custodis ut uocant: B. 8. Col. 2. ad lineam ultimam appone sic Pecudumq; secum ducat huc piacula

Lectori.

Siquis inest alius nostris in uersibus error:

Error Chalcographi, non meus error erit.

CORRECTION

THESE CORRECTIONS ARE MADE BY THE

EDITORS OF THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

IN THE YEAR 1900

AND ARE PRINTED BY THE

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

IN THE YEAR 1900

AND ARE PRINTED BY THE

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

IN THE YEAR 1900

AND ARE PRINTED BY THE

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

IN THE YEAR 1900

AND ARE PRINTED BY THE

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

IN THE YEAR 1900

AND ARE PRINTED BY THE

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

IN THE YEAR 1900

AND ARE PRINTED BY THE

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

NICODEMI
FRISCHLINI
HILDEGARDIS
magna.



Cum Priuilegio Cæsario.
Apud Bernhardum Iobinum.
M. D. LXXXV.

ICODEMI

ISCHLINI

HALDEGARDIS

Handwritten text, possibly a signature or name, appearing upside down.

M. D. LXXXV

NOBILISSIMIS,
AC PRVDENTISSIMIS,
AMPLISSIMISQUE VIRIS: NO-
RIBERGAE, VRBIS IMPERIALIS,
Consulibus & senatoribus; Dominis suis
obseruandissimis, S. P. D.

Nicodemus Frischlinus:



Votiescunque de vastitate
Liburniæ atque Hungarię
cogito (cogito autem quo
tidiè) non possum nõ toto
animo ingemiscere. Vbi
enim regnum fuit quondã
florentissimum: vbi vrbes pulcherrimæ:
vbi arces munitissimæ: vbi agri fertilissi-
mi: vbi prata amænissima: vbi vineæ cul-
tissimæ: sibi nunc sunt vrbiũ & arcium
cadauera: ibi loca siluestria: ibi tesca: ibi
lamæ: ibi paludes: ibi vastæ solitudines:
ibi omnia spinis & sentib⁹ obsita. Et quis
hominum sit tam corneis fibris: qui cùm
istam regnorum vastitatem aspiciat, sibi
à lacrumis temperare possit? Non enim
eo cum hoste bellũ gerunt Liburni atq;
Hungari: qui regna constituat: qui vrbes
& arces instauret: qui Respub. in vrribus,

præfidio legum & juris communiat : qui
agros, qui prata, qui vineas conseruet: sed
cum eo hoste belligerant, qui regna euer-
tit: qui vrbes & arces diripit: qui Respub.
benè constitutas destruit: qui agros, qui
prata, qui vineas vastat: qui omnia sibi ad-
uersa, longissimè latissimeque diruit ac
dissipat. Nam exustis agris, abductis in ser-
uitutem colonis: vastatis circum circa a-
gris: quid reliqui habere possunt, quo se
defendant, vrbes cinctæ mœnibus, aut ar-
ces, altissimis impositæ montibus: quas
ille hostis intactas relinquit? Felices nos,
& terque quaterque beatos: qui ab eius-
modi incursionibus hostium immanissi-
morum tuti sumus: qui extra teli iactum
sumus: qui iisdem periculis expositi non
sumus: quibus Hungari & Croatæ quoti-
diè conflictantur. Fuit equidem & illud
aliquando tempus, quo consimilis ferè
Germaniæ fuit vastitas: immensæ locorū
solitudines: nullæ vrbes: nulla oppida: nul-
læ arces. Nam ab eo demū tempore: quo
Carolus Magnus, Romani Imperij digni-
tatem ad Germanos transtulit, coepit pa-
tria nostra caput efferre. Tum enim terræ
quæ prius jacuerant, incultæ, cæptæ sunt
coli: tum deduci coloniæ, vbi nulli ante
habi-

habita-
plissim
rimi:
Episc
splen
sim pa
quæ, fe
& alie
ces, si
lum M
simis
mum
stillo
mijug
mur: f
auxilio
los sub
Nam
Et ne
Qu
transf
triæ no
perato
filia re
Carol
grassa
excita
quàm

habitant homines: tū condi vrbes amplissimæ, arces munitissimæ, vici pulcherrimi: tum fundari monasteria: constitui Episcopatus: tū Germania nostra ad eum splendorem, in quo nunc promicat, sensim paulatimq; progredi. Felices nos, in quā, felices: si bona nostra intelligamus, & alienis periculis sapere discamus: felices, si Deo gratis simus, quod is per Carolum Magnum, patriam nostrā tot amplissimis ornamentis auxit: atq; ad hoc summum dignitatis fastigium euexit: felices, si illorū hominum, quos tam iniquo premi jugo videmus, nos quoque misereamur: felices, si nostris opibus, nostroque auxilio illorum infortunia, & casus ad versos subleuemus.

*Nam tua res agitur: paries cūm prorimus ardet:
Et neglecta solent incendia sumere vires.*

Quapropter orandus est Deus ille, qui transfert imperia, & stabilit regna: vt is patriæ nostrę dignitatem conseruet, & Imperatorum ac Regum principumq; consilia regat: & mentem ipsis atque animum Carolinum addat: ne hostem ipsi latius grassari patiantur. Tā enim facilē est Deo excitare huic seculo aliquem Carolum: quā facilē est eidem hoc Germanię solū

æquare solo Croatico. Sed quorsum ista
diceret aliquis. Eò nimirum, vt intelligatis,
viri Nobilissimi atque amplissimi, nō fru-
stra à me insertas esse Caroli Magni res bel-
licas huic Comœdiæ: quæ aliàs domesticū
casum eiusdem cōtinet. Quia enim con-
stat nobis, quod Magnus ille Carolus, re-
bus maximis gestis, hanc Imperij Germa-
nici dignitatem constituit: & quod Hilde-
gardis, vxor eius, filia Hiltebrandi, Sueuo-
rum Ducis: monasteriū condidit, in Ale-
mannia amplissimum: vt esset sempiter-
num monumentum domestici huius ca-
sus: ideò cogitemus, diligenter ac sedulo
nobis in id elaborandum, vt his tantis Im-
perij ornamentis, per Carolum Magnum
acquisitis, nos rectè vtamur, ac per frua-
mur. Nam, vt cum poeta loquar.

*Non minor est uirtus, quàm quærere, parta tueri:
Casus in est illic, hic erit artis opus.*

Quod autem vobis potissimum ve-
stræque Reipub. hanc Hildegardim com-
mendare & consecrare volui: effecit non
modò nominis vestri splendor, sed etiam
Reipub. vestræ summa dignitas. Nam à
paruis initijs progressa vrbs vestra, ad eam
amplitudinem excreuit, vt non modò se-
met ab aliorum dominatu liberārit: sed

alias

alias quoque vrbes suo dominio subiecerit. Et quot sunt familiæ in vrbe vestra quas ad dignitatem equestrẽ euexit Henricus septimus? quot illius nepos Carolus quartus? quot huius filius Sigismundus? tres fortissimi Impp: è regum Bohemicorum stirpe procreati? Actametsi nulla est totius Germaniæ ciuitas: quæ vel populosior sit, vel artificum operibus illustrior: quàm hæc vestra: tamen in tanta hominum frequentia, eam adhibetis iustitiam, eam æquitatem omnibus & singulis: vt nemo ciuium de illata sibi à vobis iniuria meritò possit conqueri. Quid hoc loco dicam de vestra Academia: quã vos maximis sumptibus Altorfij, quæ vna est ciuitatum vestrarum, nuper ante paucos annos condidistis: atq; etiamnum liberaliter & benignè conseruatis? Sed præter hæc, quæ commemorauimus, quæ testata sunt & illustria: sunt alia multa Reipub. vestræ ornamenta: quæ vix verbis possum exequi. Conradus Celtes, primus Germaniæ poeta, cum multas vrbes Germaniæ perlustrasset: in vnius Norimbergæ tantâ peruenit ad mirationem: vt de ea peculiarem librum confecerit. Et quid Eobanus Hessus? Annon ille etiam luculento carmine

laudes vestras mirificè concelebrauit: Nil
hil dicam de alijs compluribus : quorum
ingenia vestrę virtutes exercuerunt. Satis
est mihi, quod meus Iulius rediuius, No-
rimbergā veteri Corintho exæquare non
dubitat. Quod si hæc commemoratio vo-
bis grata est: quam ex' primo percipietis
Romano Imperatore, Iulio Cæsare: grata
sit etiam vobis hæc Hildegardis, quę pri-
mi Germanorū Cæsaris vxor fuit. Quam
ne iure ciuitatis vestrę prohibeatis, ipsa-
met à vobis suppliciter petit : vosque
omnes & singulos, cum tota vrbe, diuinę
protectioni & sempiternę Angelorū cu-
stodię commendat. Argentorati.

Nonis Nouemb. Anno.

1584.



LECTORI PIO S.

Etsi fabulæ nō est dissimile argumen-
tum: quod huc tractamus: quando-
quidem alij auctores, qui de Caroli
Magni rebus gestis vita & morte scripse-
runt, nihil de hac re memorant: tamen,
quia veterum monasteriorum annalibus
fidem derogare, est temerarij hominis:
nolui ego hæc pro commentitijs, & om-
nino fabulosis hætenus agnoscere. Nam
multa concurrunt, quæ mihi narrationē
verisimilem possent reddere. Constat
enim ex historia Rheginonis, Sigeberti,
Lamberti, Eginhardi, Cuspiniani, Stum-
psij, & aliorum Regem Carolum anno
Christi 772. celebratis Vuormatiæ Co-
mitijs, primum bellum fecisse Saxonib⁹,
idola illorum euertisse, & munitissimum
castellum Heresburgū destruxisse. Con-
state eundem, sequente anno, à Pontifice
Adriano in Italiam aduersus Desyderiū
Regem Longobardicum euocatum fuis-
se: ipsumq; cum exercitu in Italiā ingres-
sum, obsedisse Papiam, vbi nobile postea
Academiam, quæ etiānum hodie floret,
constituit. Constat illis ipsis temporibus

Hermingardin, alteram vxorem, quam
ego puto Hildegardin nominatam fuisse:
non sine magna matris Berthæ indignatione,
repudiatam esse. Constat Hildegardin
anno eodem Monasteriũ Campidonense
incohasse: idque sequenti anno 774.
à Carolo Magno confirmatum fuisse.
Etsi autem in hac Comoedia Eberthalius
oçtaui belli Saxonici historiam, quadam
anticipatione recitat: tamẽ quia scenæ
tantummodo hac ratione inseruire volui,
neminem fore arbitror: qui me propterea
reprehensurus sit. Talandum ex concubina
natum fuisse Pipino crediderim: cùm
Bertha vxor Pipini Regis, & Carolomanni
Caroliq̃ue Magni mater, anno demum 783.
tribus circiter mensibus post Hildegardim
è vita discesserit. Quòd si quis mecum
de fide Historici rixari voluerit: eum
ego ad annales Campidonenses remittam,
qui contradicentem, facilius, quàm ego,
confutabunt.

Quantum verò ad personam Caroli Magni,
in hoc theatro scenico attinet: velim
censores & Momos magnopere oratos:
vt Theodosij & Eudociæ exemplum
admodum conforme huic, probè considerent.
Nam iste Imperator è re longè
mino-

minori suspicionem corruptæ vxoris cõ-
cepit: quæ nisi fuga salutem quæsiuisset,
nihilò mitiùs cum ea, quàm cum Hilde-
gardi, actum fuisset. Legant etiam, quid
Othoni tertio in re vxoria acciderit: &
quàm præcipiti iudicio Comitem quen-
dam Lodronensem, falsi criminis apud
se accusatum, non aliter ac Iosephum Po-
tiphar, condemnauerit, & capite etiã
multauerit: ipsam quoque adulte-
ram vxorem, tandem depre-
hensam, igni exanimauit.
Vale lector: &
studium meum
proba.



RVBERTVS A STO-
ZINGEN NICODE-
mo Frischlino, S.

Vates optime, & omnium uirorum
Disertissime, quos solum paternum
Potens Sueuia, procreauit unquam.
Quod me doctiloquis tuis libellis
Donast tribus, & referre quondam
Nitar, & meritas habere grates.
Hildgardis uehementer, ut polita est:
Sic linguae nitido Rebecca cultu
Praestat: nec grauitate, nec lepore cedit
Verborum (egregium decus) SVS ANNA.
Quantus Prisciades breui futurus
Doctis saepius à uiris cupitus?
Me certè usque adeò tui libelli
Iuuant, ut uiolas, rosasq; uernas
Tanti non faciam, aut suaue odoros
Flores irrigui hortuli & uenusti.
Non uer purpureum mihi tam amœnum est
Post noctes hiemis ferae atq; tristis:
Non optatior aureus mihi est Sol
Post imbres gelidos, nigrasq; nubes:
Sed nec frondiferum nemus, sub aestu
Dum Canicula nos fatigat ardens.
Ergò orna patriam, bonasq; Musas,
Frischlini unanimi, & uenusti amici
Nomen perpetuis manebit annis.

EPIGRAMMA M. HEN-
RICI VVELLINGII
Tubingensis.

Tardum dicere forsitan Poetam
Audebis, bone Lector, omnibusq;
Frischinum malè deuouere diris:
Tanto tempore qui domi mor etur
Promissam tibi sæpe Priscianum.
Datis pollicitam fidem nec addat.
Sed tardum caue dixeris Poetam,
Qui bis quinq; diebus Hildegardim
Absoluit, calamoq; præpedito
Permuitis alijs simul gerendis.
Dudum Prisciadæ manum addidisset
Supremam: nisi & improbi labores
Et penè Herculei uirum tenerent,
Queis domi, inq; Schola, forisq; semper
Districtus fuit hætenus: morare
Paulisper, quasi Prodromum Hildegardim
Mittit: Prisciades statim sequetur:
Quo si tu poteris tenere lecto
Risum, stipes eris pigerq; truncus.
Lector interea ualeto, tardum
Frischlinum & caue dixeris Poetam.

Aliud



Aliud, M. Hieronymi Megiseri
Iunioris Stuceardiani.

PRisciades, Hildegardis, Susanna, Rebecca:
(Nostri Poetae fabulae)

Indoctos, innocentes, matronas, nurus:

Docet, iubet, uult, instruit:

Rite loqui: mala ferre pie: thalamumq; tueri:

Virisq; caste nubere.

Tu quisquis ergo Lector hasce perlegis

Nostri Poetae fabulas:

Barbariem uita: bene fer mala: ius cole lecti:

Moresq; castos dilige.

In Iulium Rediuuium Hierony-
mus Arconatus Leorinus

INclita quid patrijs Germania possit inarmis,

Quantumq; praestet artium scientia,

Sat res ipsa docet, fama uolitante per orbem:

Nam cui parum sit nota uirtus Teutonum:

Hoc agit insigni studio Frischlinus in isto

Pereleganti (Iuppiter) poemate,

Quam sit mira, docet rerum uariatio: lingua

Romana nescit ecce gens loqui sua.

Martius ille animus, dextra illa inuicta uirorum

Effoeminato desierunt ocio.

Iulius & Cicero rediuiui secula iure

Mirantur ista, gaudet at Germania.

CL. V. Nicodemo Frischlino
præceptorî Iacobus Agrico
la discip: salutem.

NON sic errore exacto letatus Vlysses
Cum tetigit charæ littora Dulichiæ:
Quanta ego sub tacita percepi gaudia mente,
Præmia quod Christo summa fauente refers.
Cum Laterana grauem Comitum te nuncupet aula,
Cum liceat Regum munus obire tibi.
Felix, ô nimium felix Frischline poeta,
Quem tanto cumulat Cæsar honore sacer.
O uatem excultum te, ô terq; quaterq; beatum
Ambrosio cuius nectare uena fluit.
Nam tibi fatidicus donat sua carmina Phœbus,
Aoniamq; libens Calliopeia lyram,
Scimus ad ingenuas cum te fert impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.
Vnde tot exiguo benè natos tempore foetus,
In lucem exponis carminis arte libròs.
Et te liuor edax licet atro carpere dente
Sustineat: tamen hoc dignus honore uenis.
Quis non miretur, uel Momo iudice carmen
Quo ritè inuicti Cæsaris acta canis?
An non laudetur Comoedia culta Rebecca,
Quam socco Ausonio non sine laude ligas.
VVirtembergersem thalamum quod carmine dicis,
A sera nomen posteritate feres.

Ecquid

Ecquid inest, Frischline tuo sub uertice Pallas?
Tam benè, tam scite, quod canis omne canis.
Pars (mihi crede) tui libitinam maxima uicit,
Ingeniosa mori te monumenta uetant.
Illa nec annorum series, & temporis acti
Vis mala, nec Boreas, nec premet imber edax.
Sed uiuent, uati famam tribuentq; perennem,
Quam poterunt nulli post abolere dies.
O tua quam cupidis præcepta hîc auribus hausi,
O quanto huc ueni captus amore tui:
Nam tua discipulis mens est assueta iuuandis:
In quorum numero me precor esse uelis.
Scribere plura libet, sed seria uestra iocoso
Carmine ne turbem: Culte poeta uale.

ACTVS



HILDEGARDIS

MAGNA.

ARGVMENTVM M. HIERONYMI Megiseri.

Hildgardim fratri Carolus rex mendat, &
I us regni, abiens in bellum aduersus Saxones.
L ibidine hunc sed percitum nefaria,
D olis regina mox includit carceri:
E mittit aduentante eundem Carolo.
G raues is innocenti foemina creat
A pud maritum turbas: huic lorarios
R ex eruant ut oculos iratus iubet:
D isturbat hos aduentus Frædebergij:
I sti oculos, ereptos cani, Regi afferunt.
S ed Romam abit Regina, & ibi feliciter
M edicam artem exercet: cum Talandus interim
A misso uisu, illam ignotam supplex rogat
G nauiter, & sanatur probe: innocentia
N ota huius Regi fit, redit hinc in gratiam:
A t Talandus in exilium iuste pellitur.

PROLOGVS.



diā

Oeta uos aduenandum inuitat hodie
In hoc theatro scenico. Nam bestias
Producturum se ait, ferasq; plurimas:
Eas ut obseruetis, orat maximè.
Nam hoc studio scit uos oblectari impen-

B

NICODEMI FRISCHLINI

Cum sit solenne fortibus uiris opus.
 Et belli quasi præludium, uenatio.
 Hæc sylua est Arduenna uetustissima Belgij
 In qua lupus Talandus Hildegardim ouem
 Persequitur: eam Leo, maritus Carolus
 Hodie canibus uorandam dat Lorarijs:
 Heram deplorat cerua Rosina Podmica:
 Talando uulpes abblauditur Benzelo.
 Illas eripiet ursus Frædebergius:
 Coniectis in fugam canibus rapidissimis.
 Hunc Vrus Eberthalius multabit cornibus.
 Ludebertus, taurus est: leonem qui impetet
 A fronte & calcibus. Quæso date mihi operam:
 Si quem magis aucupium delectet, huic aues
 Producemus itidem, ut syluestres bestias.
 Nam mox Talandus ex lupo fit miluius,
 Qui rostro Hildegardim columbam uerberat.
 Turtur Rosina gemit, latus hiat Benzelo.
 At rex aquila erit, qui columbam supprimet,
 Et pessimis miseram deplumabit modis.
 Inde aduolabunt corui, qui oculos eruant:
 Verum columbam falco Frædebergius
 A coruis liberat. Ad extremum, ubi iam lupus
 Ab oue, à columba erit sanatus miluius,
 Iungetur oui leo, aquilæ columba: sed lupus
 Et miluius poenam luent grauissimam.
 Feram si quam prodire uidebis foetidam,
 Eam Poeta uos uult auersarier.
 Vulpecularum caudas scindi postulat,
 Lupos castrari: iram Leonum concitam

Leniri

Leniri
 Accip
 Vult, q
 Aues u
 Atq; c
 Coruo
 Hoc p
 Oculi

HILDEGARDIS MAGNA.

Leniri uerbis, non incendere uos iubet.
Accipitri & miluio retia uos tendere
Vult, quia nocent hæ uolucres plurimum.
Aues uos esse præcipit, quæ turtures
Atq; columbas defendant, protegant, alant:
Coruos, laros & similes è cauea arceant.
Hoc præmonitos uoluit. quod reliquum est, iam deus
Oculis uenaturam facite, aucupium auribus.

Personæ Dramatis.

Hildegardis, Regina.
Rosina, virgo Badmana.
Eberthalius, Aule magister.
Carolus M. Rex Francorum.
Ludobertus, Antistes regius.
Talandus, frater Caroli.
Benzelo, parasitus.
Lorarij.
Frèdebergius, eques auratus.

ACTVS PRIMI.

Scena I.

Hildegardis, Rosina.

Senarij Iambici.



Vrate, quæ intus iusseram, ut fiant pro-
be

Et diligenter: neminem intromittite:
Aulas & ostia undiquaq; occludite:
Foribus repagula, uestes, pessula obli-

te:

Ne quis per rimam introspectet, operam date.

Tu sequere me Rosina. RO. sequor. HI. Me miseram.
RO. hera

Quid est? HI. an unquam contumeliosius

Cuiquam facta sit iniuria, quàm hæc est mihi?

RO. Quid isthuc Regina? HI. quod ego nunquam
credidi

Fore, ut hoc scelus ille posset animum inducere,

Tam grande perpetrare, tamq; nefarium.

RO. Quinam homo; HI. uæ mihi misera: quid cre-
das iam, aut cui

Credas? RO. quid hoc rei est? HI. tantum in quem
quam scelus

Cadere? RO. in quemnam? HI. mori me malim pes-
simo

Letho, quàm non ulciscar hanc iniuriam.

Sed interim, dum mihi pœnas dat, res eò

Redit,

HILDEGARDIS MAGNA.

Redit, ut neq; retinendi illius copiam,
 Neq; dimittendi habeam, & planè, quod dicitur,
 Lupum auribus tencam. RO. quid isthuc est? HI. ah, ah,
 RO. Obsecro te, istuc quicquid est, fac me ut sciam:
 Ne retice, ne uerere, crede inquam mihi:
 Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.
 HI. Non est opus prolatu, hoc percontarier
 Desiste. RO. qua de causa? HI. ut ne id fiat palàm.
 RO. Ita me Christus amet: haud propterea à te rogo,
 Ut proferam, sed ut tacita mecum doleam.
 HI. Noui istuc, neq; eò dixeram: quòd de fide
 Tua & taciturnitate, quas in te sitas
 Esse intellexi uirtutes, quicquam ambigam.
 Nam scio, fidelis quàm sis mihi, præ cæteris.
 RO. Quam tu ergo, quicquid est, id indicas mihi.
 HI. Ita faciam, neq; te cælabo hoc amplius:
 Ausculta. RO. istuc facio. HI. Talandum Caroli
 Regis germanum nostin? RO. quidni nouerim?
 Nam qui nothus omnibus est, quî ignotus sit mihi?
 Sed eum longo iam nusquam uidi tempore:
 Nam morbo delineri passim creditur.
 HI. Ah non est ita. RO. non? HI. non sanè. RO. ubi
 is ergo est, hera?
 HI. Hic intus in hoc inclusus latet erga stulo.
 RO. Quid is fecit? HI. quid ille fecerit, rogas?
 Quem neq; pudet quicquam, neq; metuit hominum
 Quenquam, neq; legem se tenere ullam putat.
 RO. Quamobrem? HI. scies: ausculta modò. nam
 rem tibi
 Omnem concedere, & in tuam committere

NICODEMI FRISCHLINI

Fidem certum est. RO. audacter. HI. postquam
rolus

Rex & dominus meus ad bellum profectus est,
Talandum hunc quasi magistrum & custodem mihi
Reliquit. RO. oui lupum opinor. HI. tace sis, audiet.
Diebus aliquot, ita ut sit, gessit rem bene
Et grauitur: primus in foro, atq; in curia,

Primus, ubi rebus impendebatur opera
Diuinis, postremus in epulis & lectulo.
Enimvero spectatum & cognitum satis
Putabam, & magnum exemplum continentie:
Et mihi congratulabar. RO. neq; id iniuria.

HI. Verum paulo post factus quasi alius, animum
Totum immutauit penitus: negligere sacra,
Contemnere doctos, aspernari supplices,
Monitores repudiare, studijs obsequi
Adolescentum, sectari scorta, crapulae
Et genio indulgere, haec illi uita unica,
Hoc studium, hi mores homini. RO. quid sit denique?

HI. Quid fiat? est parasitus quidem, Benzelo,
Homo nequam, lurco, ganeo, confidens, catus.

Qui: Deus illi meliorem mentem suggerat.

RO. Quid is fecit? HI. domum omnem scortis per uia
Fecit, coquos conduxit, delicias nouas,

Noua uoluptatum genera inuenit. RO. hem scelus.

HI. Quid uerbis opus est? totas noctes & dies,
Commisso quodam quasi Cyclopum praelio,

Vna cum illo potare coepit. RO. proh Deum,

An ille sui generis, & regij status

Rationem non habuit? HI. nullam prorsus. RO. chem.

HI.

HILDEGARDIS MAGNA

HI. Tūc autem filiam habuit parasitus. RO. Iam nūc
scio,

Amare Talandus occēpit. HI. scin quam? uide,

Quō euadat, postquam cupiditate mala semel

Deiunxit animum, ad me rectā pergit, rogat,

Obsecrat: ut mei copiam sibi faciam.

RO. Quis homo? HI. Talandus germanus Regis mei.

RO. Hominum fidem. HI. mane: nondum audisti, quod
est

Grauiſſimum. RO. an quicquam uerò est etiam amplius?

HI. Verò amplius. Nam postquam me nego: neq; cum

Aequum aio facere, qui me uxorem censeat

Esse usurariam: cōepit instare acrius:

Et quod pleriq; omnes faciunt libidine

Percui, homo ceco nostri amore insaniens,

Niti aſiduò in uetita, negata persequi:

Neq; locum, neq; tempus amori remittere.

Quid hoc, inquam Talande? quæ res, quæ malum

Te furie, aut intemperie agitant? tun fratricam

Vt uxoris habeas loco? ecquid te pudet?

Ego te affinem meum dici tantisper uolo,

Dum quod te dignum est facies: sed si id non

Ego, quod in te sit facere dignum, inuenero,

Nulla adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio ocio.

Pater id ætatis non amori operam dabat,

Nec frater Carolus: nam Longobardicam

Alter repreſſit gentem: alter Aquitanicam,

Vterq; gloriam armis belli repperit.

Quid uerbis opus hæc illi dicens sæpius,

Rosina, ſeci animi ropè ut incertus foret,

NICODEMI FRISCHLINI

Pudorin an amori obsequeretur magis.

RO. Miror, quorsum euadat tua tandem oratio?

HI. interim ubicunq; erat illi spaciū solitudinis,

Vt colloqui mecum unā posset: ab mea

Tu, perij, sine te amplectar, sine te exosculer.

RO. Non tu hæc Reginae matris? HI. ne uerbum quidem.

RO. Quamobrem? HI. quia socrum turbare nolui:

Quam ægerrimè laturam hoc flagitium probè

Sciebam: sed sine me peruenire, quò uolo.

Vbi meam pudicitiam me tutari satis

Non posse intelligo: cœpi ægrotum animum leniter

Tractare: hem, tibi si maximè annuere uelim,

Num tu licere speras facere istuc palàm?

Haudquaquam hodie, inquit, ego istuc commitam tibi:

Quin me potiùs in cellam aliquam conclusero

Tecum: id tutissimum est. RO. At tibi Deus malè

Faxit, Talande, pro isthac, ut demeritus es,

Audacia. Sed perge, ut cœpisti, loqui.

HI. Postremò ad id res redijt, homo æstuans

Amore, hæc audiendo magis incensus est.

Putauit me, quæ uellet, seriò obsequi.

RO. Quid deinde fuit? EI. diebus sanè pauculis

Pòst ipsum solum sola seduco foràs,

In quoddam conclaue retrò, in ædibus ultimis,

Quod triplici præmunitum fuerat ostio:

Huc intrò latus lectulus. RO. quid ais, heras?

HI. Vt ad pauca redeam: proco me addo comitem,

Prehendo manu: duco placide: confabulor:

Irrito. Vt mox ad tertium deinde ostium

Peruenit

HILDEGARDIS MAGNA

Peruentum est, homo moræ impatiens, sui immemor,
Præcurrit: & in interiorē partē domus

Irrumpit. RO. quid tu illic? HI. dicam, tace, audies.

Ut primum occasio data est, ego relicta tūm

Foris ante cubile, celeriter prehendo ostium,
Recludo, pessulum p̄bdo, ab eo. RO. hominū fidem.

Ut lepide commenta es doctum, & catum dolum?

Miror, quā istuc tibi in mentem uenerit, hera.

HI. Quā uenerit? quando alia pudicitie meæ

Tutandæ nulla fuit ratio? Sed interim

Nescistu, in quanto sim metu. RO. quonam metu?

HI. Quia enim germanus Regis est, res hæc diu

Celari non potest. Nam ut primum is redierit

Domum, de fratre interrogabit protinus:

Quid ei dictura sum? RO. quid enim, nisi res quod est?

HI. Graue hoc erit mihi. Nam creare periculum

Vite & capitis ei, qui genere est proximus,

Inhumanum & nimis atrox uidetur. RO. quid igitur?

VI. tu uideri ei fecisse iniuriam?

HI. Minimè omnium. Sed uolo animum eius, qui modò

Omni lasciuiā & luxuria diffluit,

Retundi, redigi, ut quò se uortat, nesciat.

RO. Consilium hoc mihi placet. HI. nam illum perfido

animo,
Et perquam scelerato esse, res ipsa indicat.

Nunc hoc palam si proferatur, sat scio,

Ille inficias ibit: mea uita, & fama heri,

In dubium ueniet. Quapropter, mea Rosula,

Quoquo pacto celato opus est. RO. rectè mones:

Et mihi sententia est eadem. HI. modò tu benè

NICODEMI FRISCHLINI.

Disimulare ut possis. RN. egon? imò optumè.

Sed hic quis est? HI. ubinam? RO. chlamydatum
procul

Qui tam celerem celeriter fert gradum. HI. mane.

ACTVS PRIMI.

Scena II.

Eberthalius, Hildegardis, Rosina.

Septenarij Trochaici Catalectici.

D I boni, boni quid porto? quot letas res maxi-
mas,
Quot triumphos, quot opes opiparas, praelar-
gas, dapfiles,

Quot pompas, quot opportunitates mecum huc afferos?
HI. Proh Deum, quem hominem uenientem conspicias?
quid hoc rei?

EB. Mercurius, Iouis qui nuncius perhibetur, suo pa-
tri

Nunquam nuncium æquè lepidum apportauit, quàm
nunc ego

Reginæ Hildegardi apportio. Ita plenus eò speci bonæ:

Itaq; onustum pectus affero letitia atq; gaudio.

HI. Est ne hic meus Eberthalius, magister aulicus?

RO. ipse est.

HI. Haud alius est: agnosco signum in clypeo. RO.
quod signum, heras?

HI. Scutum tribus insignitum ceruinis atris cornibus.
Sed quidnam ille gestiens modò uenit? EB. uix ipsa heras
Regina,

HILDEGARDIS MAGNA.

Regina, hæc nisi sciat, exoptare à Dīs ausiet.

Tantum è castris apporto bonum, tam grande affero
gaudium.

HL. Miror, quam hic rem mihi denunciet. RO. opperia-
mur paululum.

EB. Propato opus est: ut Reginā insperato augeā bono.

HL. Sequere: eamus obuiā. EB. nimis uelim obuiā mihi.

Hanc ut letitiam, nec opinanti, primus obijciam domi.

Hunc cursum capeffam, quantū possum ad illā, cui boni
Tantum affero, quantum ipsa adipisci exoptat atq; etiam
amplius.

HL. Lætus est, nescio quid. RO. cur non illum prope-
ras alloqui?

HL. Lubet Eberthali, hem ades, resiste. EB. quis est ho-
mo, qui uocat?

HL. Ego sum: respice ad me, EB. ehem Regina, salue
plurimum.

HL. Saluus sis Eberthali. EB. euge Rosina, salue: uos
uolo.

RO. Saluum te aduenire gaudeo. HL. ecquid apportas
boni?

EB. Nimio impertior bono, ac plus, quàm speras, hera.
HL. salua sum.

Nunquid nam de Rege Carolo, meo Domino? EB. ualet

Atq; uiuit. HL. ubi nam est quæso? nā diu nunc est nihil

Cum de illo audimus. EB. non procul abest. HL. quid ais?

EB. iam nunc redit

Huc domum. HL. meus Dominus? EB. Sic est. HL. redit?

EB. certè. HL. meus

Carolus redit? EB. dixi. HL. mea uita? EB. uenit inquā,

uenit.
HL.

NICODEMI FRISCHLINI

HI. Diuūm atq; hominū qui spectator, & rerum omnium
es arbiter,

Spem insperatam quoniam hanc obtulisti mihi, grates
ago.

Nam quod nunquam opinata fui, neq; quisquam alius
cuium

Euenturum esse, ut rex tam citò conuertatur huc do-
mum,

Bello tam periculoso impendente, id opera Dei
Contigit. Sed obsecro te, mi Eberthali, hoc primum ex-
pedi,

Quæ res est, quòd se tam citò domum recipit ex hosti-
bus?

Satin omnia ex sententia? EB. imò omnia. HI. uicti in ho-
stes prælio?

EB. Nullo. HI. Sed uicti tamen? EB. uicti ædepol. HI.
dic quomodo?

EB. Auscultare si lubet, dicam. HI. lubet equidem mihi.
Nam uiri pugnas audire, mihi uoluptas maxima est.

EB. Principio, ut cum copijs ad Alaræ ripas uenimus:
Quâ Visurgim is influit: Rex castra ponit Carolus:

Eaq; uallo munit & fossa: legiones prælij
Cupidas, atq; pugnae studio ardentes, intus continet.

HI. Vbinam? EB. intra uallum & munitiones: nam de
Saxonum

Copijs incertum erat, quibus hæc consedissent locis.
Itaq; cum parua manu equitum me Rex ad castra ho-
stium

Exploranda præmittit: non desumus negotio:
Et progressi longius locis è superioribus

Omnen

H
Omnen
Egress
Nonnu
EB. H
Pugna
Instruc
Aduen
Quen
Quas
Compi
Et con
Eireb
Contra
Atq; in
Eloqu
Disper
Voia s
Vifi q
Subito
HI. Se
In acie
Exped
Princi
Conti

HILDEGARDIS MAGNA.

Omnem exercitum hostium animaduertimus, è castris
suis

Egressos, interdum, uelut in acie, seruare ordines:
Nonnunquam suis locis procurrare. HI. quid sit deniq;?

EB. Hoc ubi Regi renunciamus: ipse sibi ratus

Pugnæ tempus idoneum, castris educit copias:

Instructa q; acie tribus horis continenter hostium

Aduentum moratur: interim circumiens, & suo

Quenq; appellans nomine: & graues memorans iniu-
rias,

Quas toties ab impia accepisset gente Saxonum:

Comprimis, quòd nuper admodum, uiolata publica,

Et conceptis uerbis iurata fide, octauum modò

Eirebellent: & Gilonem & Adalgisum, Regis Duces:

Contra omnia iura trucidauerint. HI. factum est hoc du-
riter

Atq; immisericorditer. EB. Sic est. Sed sine me, quæ
uolo.

Eloqui. HI. loquere. EB. iam dissipati erant nostri or-
dines,

Dissipati erant uiri: Rex ipse in prima acie ambulans

Vota suscipit: pro se quisq; ad pugnam paratus est:

Visi qua esset Regi imposita pugnandi necessitas:

Subitos ipse adiret casus expedito exercitu.

HI. Sed ubinam hostes tamdiu? EB. expecta: audies. nam
milites

In acie dum positos rex habet: ecce, præter omnium

Expectationem, in castra ueniunt flentes hostium

Principes. petunt colloquium cum Rege ipso Carola.

Continuò admissi, sese proijciunt ad Regis pedes,

Obse-

NICODEMI FRISCHLINI

Obsecrant, ignoscat peccatum: fatentur perfidiam.
Contra ipsum arma sumsisse. in eadem tamē noxa simul
Omnes esse negant: seditiosos aiunt atq; improbos:
Multitudinem terrere, ne Regi nostram fidem,
Datam in senatu, contra Vitichindi iussus Luppie,
Asseruent. HI. audaciam uide, & summam impudentiam.

RO. Hoc nunc more uiuitur: ut nusquam sit gentium fides.

EB. Vnum hunc principem esse commemorant: qui in Daniam modò

Ad regem Gotricum auxilia postulatum uenerit.
Hunc unum pacem uiolare publicam, iura & sacra
Pro nihilo aestimare: unum neq; iureiurando, neq;
Obsidibus teneri. Orant Regem, hanc iniuriam rei
Publicæ, & suum dolorem precibus innocentium
Condonet. HI. prudenter istuc factum. Sed rex Carolus
Quid respondit: EB. primum, quid in illis reprehendat,
acriter

Ostendit: quæ intelligat ipse, atq; alij proponit: monet.
Vt reliquum in tempus fidem præstent, sibiq; obtemperant:

Vitichindum noua molientem deserant: nunc, si sine
Vi, sine armis, seditionum istarum auctores tradere,
Imperata faccre, & uictori uelint se dedere:
Extemplo se exercitum, affirmat reducturum domum.
Hanc unam esse pacis conditionem: quam si, dum licet,
Accipiant, fide interposita, nociturum se nemini.

HI. Quid ibi Saxones? EB. fidem dant, abeunt. HI. letum, an secus?

EB.

HILDEGARDIS MAGNA.

EB. Latiores letis. Nam die postero ad nos cominus
Accedunt quater mille & quingenti Saxones, manu
Supplice, armis depositis: se, diuina, humana omnia,
Vrbes, liberos in diuionem uictoris Caroli
Atq; in arbitratum dedunt. HI. quid ais? EB. Sic sine
prælio,

Sine pugna omni, sine labore, Rex noster politus est
Hostium: rebelles punit: pax facta. HI. prob Deum,
Quam gratam rem nuncias? EB. est sic factum, atq;
huius rei

Gratia, huc præcurri, ut hæc tibi nuntiem. Nam Caro-
lus

Ingenti præda huc onustus iam redit, perduellibus
Sine ui, sine bello domitis: neq; illum iam procul abfore
Confido. HI. intra, & famulos iube, rem diuinam mihi
Apparent. EB. eo recta uia. Sed est, cuius propè
Fueram oblitus: et quod maximè uolebam. HI. quidnam?

EB. ubi

Quæso Talandus est? HI. iam faxo, hic aderit: i modò
EB. Eo. HI. nunc tu Rosina animum aduerte, & quid
facere te uelim,

Percipe. RO. ausculto. HI. quæ res animum meum an-
gat maximè,

Id tenes? RO. teneo. nempe Talandi negotiū. HI. probè.

RO. Et scelus, quod nuper intulit tibi. HI. uidelicet.

RO. Quid igitur uis faciam? HI. uolo Regis ei aduen-
tum nuncies.

RO. Intelligo. HI. tum harum optionum utram uelit
proponito:

Aut iam nunc ueniam sceleris admissi à me deposcere:

Aut

NICODEMI FRISCHLINI

Aut à Rege pœnam expectare. RO. hera, dictum mihi
puta.

HI. Si ueniam peccati pollicetur à me exposcere:

Ostium hisce clauibus resera, emitte, atque ad me iube

Ac dudum uenire. RO. intelligo: Sin autem ueniam ne-
gat

Se petiturum? HI. tum non emiseris. RO. ero memor.

HI. Propera atq; extemplo redi: ego interim in hoc sa-
cello regio

Rem diuinam faciam, & uota soluam. RO. co. HI. bene
ambula.

ACTVS SECVNDI

Scena I.

Carolus, Rex, Ludobertus.

Octonarij Iambici quadrati.

CVM uictis hostibus, re placida facta pace, ciui-
bus

Saluis, duello extincto maximo, re benè gesta, in-
tegro

Exercitu, et præsidij. legiones nunc reueniunt domum:

Magnas meritò, Ludoberte, habemus soli gratias Deo:

Cuius uirtute solius, uicta est gens immanissima.

LV. Isti hic pij & sapientis est, ô Rex, partam uictoriam

Ei referre acceptam, à quo solo atq; uno proficiscitur.

Nam nostra industria nihil fit, ubi non præstò est auxi-

lium Dei.

CA.

HILDEGARDIS MAGNA.

CA. Ego certè Deo supremo maximo, ualido, omnipotenti opes,
Spes, copias, triumphos commodanti mihi lubens ago,
Et habeo gratias. Nam si unquam quenquam auxilio
adiutum Deus
Voluit, me hoc bello seruatum uult: cum gentem fortissimam,
Et armis inuictam, in manus meas tradidit. LV. Vera memoras.

CA. Equidem cum multis hostibus ancipiti congressus
prælio,
Sæpe manum conserui: sed mihi credas uelim: nec Vascones
Cum Rege Hunoldo, nec Masurium pugnacissimum
ducem,
Nec gentem Longobardicam, nec Saracenos efferos,
Nec Thasilonem Boium, nec Liburnos immanissimos,
Tam difficile fuit, quàm Saxones hos, armis uincere.

LV. Sic est. CA. hi milites animum amittunt, priusquam de loco
Migrent: quisque ut steterit, iacebit, obtinebitq; ordinem.

Primi hostem Angriuarij adoriuntur: unde et nomen
obtinent:

Postremi de loco recedunt: nec nisi uictis hostibus.

LV. Rex, haud falsa loqueris. CA. quid auxilia tibi dicam Danicæ?

Hæc gens est, quæ Romanum Imperium sola non extinguit: hæc

Mario Triumphum imminuit: hæc Vari legiones his
locis

NICODEMI FRISCHLINI

Deleuit: hanc olim trepidus expauit Bellisarius:
Hæc Italiam perdomuit: hæc Hispaniam sibi subdidit:
Hæc Africam uicit: & imperium ab uno ad alterum
polum

Transfudit. LV. ita est, ut dicis. CA. an non merito bo-
nitatem Dei

Propitiam agnosco, & grata mente recolo: qui me his
hostibus

Superiorem esse uoluit? LV. facis ut te decet, Rex in-
clyte.

CA. Equidem hoc de me polliceor, si Deus conatibus
meis

Successus largietur prosperos: ut harum gentium
Simulacra penitus corruant: quod ædes sacras & scho-
las

His in locis fundaturus sim plurimas & maximas.
LV. Euge, ô Rex, macte animi, istuc feceris par cæteris
Factis tuis. CA. Sed interim, mi Ludoberte, ecquam in-
putas

Vxori me meæ Hildegardi optatum aduētum domum:
Quæ me adeo amat: quam contrà amo? LV. certe ego
te illi optatum scio

Venturum: dummodo pergimus. CA. mane: prius
quod militum

Tribunis & magistris equitum edicam, habeo: mox hic
ero.

ACTVS

HILDEGARDIS MAGNA.

ACTVS SECVNDI

Scena II.

Talandus, Rosina.

Septenarij Trochaici Catalecticij.

TA sanè, ut dixi, Rosina, quæ uult, exequar lubens:
Quæq; illam reconciliare posse confido mihi,
Ea pati, atq; ad omnia descendere paratus sum: modò
Ut ueteres iniurias oblita, me, indignum licet,
Antiquam recipiat in gratiam. quid stas? perge ocyus.

RO. Non tu ibis mecum? TA. non. RO. quamobrem?

TA. quia non decet, hoc sordido
Corporis cultu Reginam adire. RO. quò tu ibis igitur?

TA. Vestem hic mutabo prius: postea subsequar. RO.
Quid dicam heræ?

TA. Dic, me iam affuturum ipsi ilicò. quid hæres?
i modò.

Abijt. uix à me hanc amoui mulierem nequissimam,
Quæ oculos Lyncæos quoq; habet in occipitio pessima.

Sed quid nunc agam: postquam liber sum ab hoc erga-
stulo?

Ibò ad Reginam: quo me nunc iturum dixeram?
Illinè supplicabo: illamné orabo, quæ me per hos dies

Aliquot tam miserè habuit: illinè credam, quæ sit sœ-
mina:

Animal uarium, inconstans, & in omnes horas muta-
bile?

NICODEMI FRISCHLINI

Non faciam. Sed hoc agam: ut me ex hoc eripiam
mine:

Atq; in illam, omnem iram Regis deriuem. nam nunc
mihi

Vetus & sapientum illud dictum commodè in mentem
uenit:

Præuenire esse melius semper, quàm præueniri.
Huic equidè consilio palmã do: hîc magnificè me effero:

Qui tantam potestatem & uim habeant tantæ astutiæ.

Vt cum se purget, mulier, maritus non credat tamen.

Ibo adeo Regi obuiam: atq; ei de hac conquerar iniuriã.

ACTVS SECVNDI.

Scena III.

Carolus, Talandus, Lubertus.

Eiusdem generis.

EXpediui omnia: quæ uolui. TA. eccum Regem
ipso in tempore.

CA. Sed ubi nunc Ludobertus antistes meus?
quò se abstulit?

LV. Hem præstò sum, & te iam dudum expecto. CA.
non potui ocys

Me dissoluere. TA. nunc inuenta opus est audacia &
dolis.

CA. Pergamus. LV. sequor. TA. ego faxo, ne me fra-
stra deriserit.

CA. Sed quid hoc, quòd exanimatus huc Talandus cur-
sitat?

TA.

HILDEGARDIS MAGNA.

TA. Hæcine flagitia facere illam? hæcine scelera
committere?

CA. Me miserum. quidnam est? TA. nam sic, ut irride-
re me sinam,

Salus est mihi, quouis exitio interire. LV. tristis est.

CA. Adeamus. Talande optate, salve. TA. saluum
gaudeo

Te aduenire: cedò tuam mihi dexterā, ubi sunt spes meæ.

CA. Quid tibi est? TA. tenebræ oboriuntur, genua
media succidunt.

CA. Quid rei est? dic ocyus. TA. retine me, retine tu
obsecro.

CA. Viden ut expalluit, ut miserè miser homo conta-
buit?

LV. Video sanè, & miror, unde hæc macies ei. TA.
perij, occidi:

Os amarum habeo, dentes plenos, aridas fauces famè.

CA. Quid mali est? dic, neque me suspensum tene. TA.
ab uereor tibi

Dicere. CA. quid uereris? TA. mulier quædam me
malè perdidit.

CA. Mulier? TA. sic. CA. quenam? TA. pessima:
cui scilicet hanc maciem fero

Acceptam. CA. quamobrem? TA. pudet hoc præsen-
te loqui. LV. abiero,

Si placet. TA. cedò te mihi soli solum. CA. age fiat: tu
parum

Abscede hinc Ludeberte. LV. lubens. CA. age loque-
re. TA. postquam ego regio

Edicto morem gero, & regni administro negotia:

NICODEMI FRISCHLINI

Video, nescio quam Rosinundam, aut Frædegundam
intima

Esse domo: procos uideo: uideo Amelchidas & Silion
Video Messalinam, Cleopatram, Brunhildim: conspicio
Eurydicen, Phædrum, Parisatin. quid multis uerbis
opus?

Noua quedam in Talandum Salsia fuit: sed non Talan-
dus hic

Erga eandem Melenus fuit. CA. quas tu ambages mihi
Occinis? quas Salsias, quas Phædras, quas Parisatidas
Profers? quin tu quicquid est, ad capita perueni. TA.
mox uenero.

Quedam in illa deprehendi: quæ ubi dissiliabant o-
mnibus:

Cœpi ei aduersari primum, obiurgari, minari mala.

CA. Cumam homini Talande? TA. tace, mox audies.

CA. sine audiam.

TA. illa lacrumans ultro ad me uenit, orans, obsecrans

Vti sibi hæc facinora ignoscerem, tacerem, crederem:

Ignotum est ei, tacitum est, creditum est. Rogat ad cœ-
nam adfrem:

Religio fuit negare. quippe nullius mihi

Culpæ conscius Ventum est, coenatum est, appoti sumus.

Ibi mulier prehendit dextram, seducit: ego nil mali

Mihi timens, ingredior ostium. Illa retro pessulum

Obdit, ianuam obserat: meq; intus detinet

Pro captiua: & diris insuper uexat ieiunijs.

Hic nunc sextus est mensis, cum cæco huic inditus er-
gastulo

Strenuè esurio, & dura fame contabesco miser.

Hodie

HILDEGARDIS MAGNA.

Hodie primum, ubi illa de reditu tuo fit certior.

Me dimisit: ne quod carcer asferret periculum.

CA. Obsecro, quenam, aut cur hoc fecit? nam scire istuc expeto.

TA. Quid rogas? ne scilicet observare possem, quid gerat,

Ne reprehenderem, aut quas asferrem flagitijs moras.

CA. Quas moras? quibus flagitijs? quid ais? quin verbo expedis?

Odiosa est oratio, cum rem agas, longinquum loqui.

TA. Dicam igitur paucis, sed hoc prius rogatum te uolo.

CA. Quidnam? TA. scin tu, qualis in Iosephum uxor Putipharis,

Absente uiro, olim fuerit? CA. scio. Sed cur istuc rogas?

TA. Quia talem omnino erga me, atq; alios se prae-buit tua

Vxor bellatula. CA. mea uxor? TA. haud alia. GA.

Hildegardis? hem.

TA. Ita loquor. CA. caue mendacium. TA. mentiri non meum est:

Nisi tu me in eo credis esse hominum numero: qui iniuriam,

Sibi factam ultrò expostulant, quam fecere ipsi, & ultrò item.

Accusant CA. non crediderim. TA. ausculta ergo, ut rem discas prius,

Quam dijudices. CA. dic igitur. TA. ubi te absente diutius

Vxor me solum uidet, remotis arbitris, adit,

Orat, compellat. CA. quid orat? TA. quod mulier nequam, impudens.

NICODEMI FRISCHLINI

CA. Hem, quid ais? TA. quid enim? nisi quod me orauit illa saepius,

Vno ut lectulo secum accubem. CA. proh bone Deus. TA. mane.

Nondum rem omnem percepisti. nam ubi me facturum nego,

Illam alios sibi accersit, uocat coenatum, ducit. CA. hem.

TA. Accubat, propter dormit, pudoris oblita & tui

Immemor. interim me inductum fraude & muliebri dolo,

Hoc ergastulo inclusum, fame enecat: ne scilicet

Obseruē, quas res gerat: hinc ista macies, hinc pallor est.

CA. Heu me miserum. TA. faciem specta: uera locutum senties.

CA. Ah miser ego, praeter alias uxorem meam ratus

Sum frugi, castam, piam & amantem mei, quam maxime.

TA. Ego quoque hercle illam antehac mulierem sum frugis ratus.

At nunc dehinc scito illam ante omnes mortales minimi preti,

Nihili, incontinentem, lasciuam, inimicam uiro suo:

Fredegundi & Brunhildi consimilem, reginis Gallicis.

CA. Ludeberte, ubi es? LV. praesto sum, si quid me uis, impera.

CA. Heu me infelicem. LV. quamobrem? CA. hanc-

cine uitam ego parsi perdere?

Nec in acie Aquitanica, aut Italica, aut Saxonica occubui?

Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi

domum?

Cui quanto fuerat praestabilius, ubi uis gentium

Agere

HILDEGARDIS MAGNA.

Agere etatem: aut seruitium subire Longobardicum:
Quam huc redire, atq; hæc ita esse resciscere.

LV. Obsecro, mi Talande: quid ortum turbarum est do-
mi? TA. audies.

CA. Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis obie-
ctus labor,

Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum
est, lucro est.

TA. At sic citius, qui te expeditis his ærumnis, reperias.

CA. Incertus sum, quid agam: præter spem hoc mihi con-
tigit.

Ita sum irritatus, ut animum ad cogitandum nesciam

Instituere. LV. quid actum est? CA. Ludeberte, ego præ
iracundia

Non sum apud me. LV. quamobrem? CA. ego ille Pi-
pini sum filius,

Martelli nepos, rex Carolus, qui uici Saxones,

Hunnos contudi, superaui Auares uirtute bellica?

Hem cui te, & quæ habes concedas: hem cui imponas
regium

Diadema: istuc ut uiderem, ut ferrem has contumelias?

Prius uitam perdam, quam non hoc ulciscar malum. TA.
næ ego

Inuitus tibi ista dixi. Sed pietas facere hoc iubet.

Nam uir nullus est, quin sit malus, qui reticet subdolè,

Si quid peruersè fieri uidet. CA. heu heu, perdis me tuis

Dictis. TA. imò te seruo, & seruatum uolo. nam scio,

Quanti tu illam facias. CA. quanti faciam? gestio dari

Hanc mihi in conspectum mulierem, sua culpa, ut sciat,

Lenem regem illum, factum nunc esse acerrimum. TA.

scio.

HILDEGARDIS MAGNA.

Quæ tua sit facilitas: qui amor erga illam. nam quæ
nunc ita

Tecum iratus tute cogitas: egôn illam: quæ me ita?

Quæ alios: quæ sic: sine modò, mori me malim: iam senti-
tiet,

Qui uir sim. hæc uerba, me hercule una falsa lacrymula
guttula,

Quam terendo oculos miserè uix ui maligna expresse-
rit,

Restinguet: & ultrò te te accusabis, & ultrò ei dabis
Supplicium. CA. ô facinus indignum: quenquam animo
tam suili

Aut leni putas, qui hoc ferat inultum? TA. nolim me her-
cule.

Atq; ideo hortor, admoneo, rogo: caueas tibi: ne idem
Experiare, quod Mithridates à sua olim Laodice.

CA. Isthuc, si uiuo, cauebo satis nam famulis nunc domi
Edicam omnibus, obtorto ut collo trahant, atque in uada
lulæ amnis demergant. LV. quem hominem? CA. Reginā,
uxorem meam.

LV. Obsecro, quid ea admisit? CA. ah pudet eloqui: pu-
det hercule,

Et piget. sed quid sto? quid cesso intrò irrumpere, atque
ubi

Quenquam inspexero, siue ancillam, siue seruum, occi-
dere in ædibus?

Eo. LV. nisi aliud me uis amplius, ibo salutatum lares,
Et uota solutum in sacello hoc proximo. CA. i sanè, ut
lubet:

Vos sequimini me huc intrò serui, manipulares mei.

ACTVS.

NICODEMI FRISCHLINI

ACTVS SECVNDI

Scena IIII.

Talandus.

Senarij.

A Bist uterq; ego solus adsto: quid agam?
Nisi dum regina hoc exedit: modo quod ei
Intrui: & hæ crescunt turbæ: interim aliquo
Abeam, meq; reficiam: nam diuturna inedia
Me propemodum confecit diebus proximis;
Neq; ego antè unquam in uita esuriui fortius.
Stomachus etiamnum latrat, uiscera murmurant,
Intestina crepant. quod erit mihi bellissimum,
Antiqua recolam: & hunc diem genio dabo,
Et Veneri & delicijs: & certè sic agam.
Nunc Benzelonem accersam: qui hodie prandium
Mibi apparet. nam annum illo caruisse uideor.
Heus nemon huc prodit: abi Conceline, & huc
Adduce Benzelonem parasitum ocysus:
Dic in popina me conueniat proxima.

ACTVS.



NICODEMI FRISCHLINI.

ACTVS SECVNDI

Scena V.

Hildegardis, Ludobertus.

Oſtonarij Iambici.

Proh Deum & hominum fidem, Ludoberte,
quid narras? LV. dictum puta.

HI. Itane tandem ut Rex tam in breui spacio
omnem eicerit

De me animum? LV. omnem prorsus. HI. me miseram
quodnam ob facinus? quid ego

Tantum sceleris admisi? LV. id nescio. nam scitanti
mihi

Ne uerbulum quidem respondit Rex: sed ira concitus
Aedes perrupit: caedem prius interminatus omnibus.

HI. Hei mihi, quid audio? LV. quin etiam famulis edixit
serio,

Ut obtorto collo te abripiant, atq; in amnem hinc aufe-
rant.

HI. O Coelites: hinc expectati reditus: hinc triumphi
erant?

Haccine trophaea, quae denunciauit Eberthalius mihi?

Haccine causa tot uota solui? tot donis altaria

Cumulaui? an poenam ut capitis lucrem immerito? LV.
hera, scio ego, quam graue hoc

Sit tibi, cui fit. Verum, mihi credas, ego non minus aegre
fero:

Qui

HILDEGAR DIS MAGNA.

Qui quamobrem hoc supplicium luas, nescio: nec rationem satis

Capio: nisi quòd tibi ex animo condoleo. HI. non dubito. LV. utinam.

Profectò meliore, adueniens modò, te exhilarasssem nuncio.

HI. At nisi te fors ipsa in sacellum hoc, ubi iam diuinæ rei

Operam dabam, mirando casu detulisset: ego in manus Irati Regis incidissem infelix. LV. non dubium est mihi. Adeo properabat ille te cum familia omni perdere.

HI. Ah me miseram, quis optimum uirum eò potuit impellere?

Aut quis cum illo prior me sermonem ullum contulit? cedo.

LV. Ego præter unum uidi neminem. HI. quisnam fuit obsecro?

LV. illum cum meditata querimonia iuisse ad Regem scio:

Verùm quid dixerit, haud scio. nam solus cum solo astitit:

Ego remotus. HI. quis homo? LV. frater Regis. HI. Talandus? LV. haud alius.

HI. Heu heu malo meo isthic hodie compositis mendacijs,

Audaciæ columen, consutis sycophantijs & dolis,

Præuertit Carolum Regem, Dominum meum. LV. sic autumo.

HI. At ego tam scio, quàm me uiuere. LV. miseret profectò me tui.

HI.

NICODEMI FRISCHLINI.

HI. Ah, ah, quid egi? cur dimisi? cur non in custodia
Detinui? hei mihi, animus me deficit: animo meo male
est.

LV. Hera, lacrymas mitte: ac potius, quod ad hanc rem
opus est, porro consule.

HI. Quid consulam? quid agam? quod remedium inue-
niam iracundiae?

Loquarne? incendam? taceam? instigem? pungem? late-
rem lauem.

LV. Quod consultissimum uidetur, Regina, id facias
uelim.

HI. Quidnam? LV. aliquò aufugias: teq; occultes per
aliquot dies:

Dum consilescunt hæ turbae, & Regis commitescit ani-
mus.

HI. Ita me facere certissimum est. LV. ueruntamen hera
mea optima,

De me quicquid erit: ibo ad Regem. nam nolo meher-
cule,

Ex me te rescuisse resciscat quisquam. HI. fac ut lu-
bet.

LV. Quicquid in illo reconciliando potero: id faciam
hera, lubens.

Tu uerò, quicquid sors feret: id omne æquo animo se-
res.

ACTVS



ACTVS SECVNDI

Scena VI.

Hildegardis, Rosina.

Eiusdem Generis.

Illuc abiit: Deum immortalem: quoniam incomitata
fugiam?

Quò sola nunc me recipiam? ubi insistam misera,
ærumnosa, inops:

RO. Durare hic intus nequeo: ita Rex modò tumultuans
uenit in domum:

Quosq; obuios sternit, tundit, rapit: flagris penè ad ne-
cem

Multat: neq; quid se dignum, quidue indignum, quic-
quam pensi habet.

HI. Sed eccam mihi Rosinam commodè obuiam. RO. !
credo illum ego

Talando sic iratum, cuius flagitium fortè & scelus
Resciuit aliquà: nunc ibo, ut uisam, ubi Regina sit
quòd è

Sacello nondum redijt. HI. hem Rosina. RO. ellam: ad-
sum hera. quid iubes?

HI. Conuasa intus, quæ habeo, optima, & te mecum co-
nijcito in pedes.

RO. Quamobrem? HI. quia sic factò opus est. nam
nisi fugiamus ocyus:

Vitam ego meam uitiosa non emam nuce. RO. obsecro
quid rei est?

HI.

NICODEMI FRISCHLINI.

HI. Vite insidiantur nostræ. RO. quis? HI. uir optimus
 & uir pessimus.

RO. Qui pessimus & uir optimus? HI. Rex Carolus
 uir optimus,

Talandus pessimus. RO. quid ais? an ille culpam fla-
 gitij

Non deprecatus est? HI. imò ne uenit huc quidem sce-
 lus.

RO. At ille se uenturum, & ad omnia descensurum di-
 xerat.

HI. At ille Regi occurrit, me præuortit: probri & pro-
 pudij

Falsò insimulauit. RO. cheu me miseram: quid ego ex
 te audio?

HI. Nunc nisi celeriter profugero, uix effugiam infor-
 tunium.

Quare properato opus est mihi. RO. quid uis faciam?
 HI. quod iusseram.

Abi, fer huc argentum, aurum, gemmas, ac dudum redi.
 RO. abeo.

HI. Sic apparata sum ad fugam, ut uidetis. egomet mihi
 comes,

Calator, eques, satelles, apparitor: egomet mihi fero,
 Quod usus est. ô misericors (Dimeter)

Deus: tu quem uis confidentem facile tuis dictis facis:
 Eundem, si uis, ex confidente diffidentem facis.

Da mihi, ne in hoc tristi casu succumbam tantis miserijs.
 RO. Quicquid prehendere potui, id huic uidulo indidi,
 atq; ad te affero.

HI. Limen superum inferumq; salue: simul extremum
 uale. Hunc

HILDEGARDIS MACNA.

Hunc hodie postremum extollo mea domo Aquisgranē
pedem:

Usus, fructus, uictus, cultus nunc istarum ædium mihi
Interfectus, alienatus, peremptus est. RO. cura te hera
Amābo. siccine immunda? HI. ah fortunas immundas
deceat

Squalorem consequi. Sed dum properamus: in mentem
uenit

Adelindis germanæ: quæ ubi rescierit meas has mise-
rias,

Dolori succumbet. RO. neq; id mirum. HI. quod igitur
optimum est:

Te maximopere oro. RO. quid est? faciam lubenti
animo, ô hera,

Et quæ te uelle arbitror, ea expetam: uolo esse, ut me
uoles:

Quin imperas. HI. uelim, ut pauca ad sororem Adelin-
dum deferas,

Eiq; infortunium hoc denuncies. RO. quanquam te in-
uita, hera,

Carebo: animum inducam tamen. HI. Sed nostin ui-
am, quæ ferat

In arcem Caldariensem? RO. quidni nouerim, hera?
quippe ea

Arx non procul abest à Podmana arce: ubi sedes mihi
patria est:

Et in arce, proxima huic loco, facile comites inuenero,
HI. ibis igitur? RO. ibo: sed quid Adelindi sorori

perferam?

HI. Nihil, nisi ut his ereptam me malis in tuto collocet.
Ego interim apud hunc Regulum, uicinum nostrum,
quasi latens,
Reditum tuum expectabo. RO. sat habeo: uale. HI.
bene ambula.

ACTVS TERTII.

Scena I.

Benzelo, Parasitus.

Senarij Iambici.

HOc uiuitur nunc more morum pessimo,
Si quis sit pauper, atq; haud malus, ut caeteri,
Nequam aestimari solet: diues est,
Et malus, is frugi habetur nunc cliens:
Qui neq; leges, neq; æquum, neq; bonum colunt,
Patronos sollicitos habent: qui scœnore,
Periurijs, ui, rem locupletârunt suam,
Illi nunc primis insident subsellijs.
Nam uti quiq; sunt magni & potentes, hunc habent
Morem: uolunt amicos sibi esse plurimos:
Boni an mali sint, id nequaquam quæritant:
Res quæritur magis, quàm amicorum fides.
Huius rei coniecturam de me capio.
Nam si uir bonus essem, si doctus Philosophus,
Si clarus Orator, si uates elegans:
Prius fame periissem, quàm semunciam
Favoris apud Talandum hunc reperiissem. id scio.
Nunc

HILDEGARDIS MAGNA.

Nunc quia duas artes profiteor, quas ei
 Noui acceptissimas; in magna gratia,
 In magno sum numero apud istum Principem.
 Eas, propter paucos quosdam ordinis mei
 Socios & collegas, quos hic noui, proferam.
 Vna est lenonia, quam multis exercui
 Annis: altera parasitica, quam æquè calleo.
 Nam meus herus ita magnus mœchus mulierum est:
 Vt neminem fuisse, nec fore credui,
 Tum uerò sectator popinæ maximus.
 Nam illic homo homines non alit, sed educat:
 Saliarum cœnas dat: ita mensas extruit:
 Tantasq; concinnat strues patinarias,
 Vt standum sit tibi: si quid de summo petas.
 Is quia nunc me accersit, sibi ut conuiua sim,
 Nefas duxi hoc illi officium negare: cui
 De media nocte sic seruire haud abnuam.
 Nam omnes inimicitias pluris non aestimo:
 Quàm mensa inanis nunc si apponatur mihi:
 Infamia perire malo, quàm fame.
 Vah ridiculos Philosophos, de summo bono
 Qui disserunt: & interim quod potitent,
 Aut quod edant, non habent: mihi sententia alia est.
 Ego summum esse bonum iudico: alienum cibum
 Arrodere, & aliena quadra uiuere.
 Hoc, qui foris non credit: is esuriat domi.
 Sed comprimenda mihi uox atq; oratio:
 Ipse egreditur meus Dictator, Patinarius.

ACTVS TERTI

Scena II.

Talandus, Benzelo.

Oſonarij Iambici.

PArasitus ocioſè ceſſat, prandium corrumpitur,
Sed eccum. BE. ſimulabo, quaſi per totam urbem ipſum quaſi uerim.

Ager ſi quid agis. Di immortales, ubi conueniam
nunc herum

Meum Talandum? quem per omnem urbem deſeſſuſ
ſum quaerere:

Per gancas, per luſtra, per popinas in toto foro:
In omni gymnaſio, per myropolia TA. Benzelo, BE.
quis homo eſt,

Qui reuocat? TA. ego ſum. BE. O commoditas mea.
TA. ſaluus ſis Benzelo.

BE. Salue opportunitas mea, quam nunc poſt ſextum
menſem lubens

Video. ſed ubi Dominus meus interim delituit tamdiu:
Quòd nuſquam prodijt? TA. ubi minimè cupiebam.

BE. ubinam igitur?

TA. Dicam poſt intus, ubi plus ocij erit. nam ad hoc
narrandum hodie

Vacuum eſſe me oportet. ſed tu unde uenis tam tarde?
cedò,

BE. Quidam meorum curialium remoratus eſt: cui
Hodie

HILDEGARDIS MAGNA

Hodie aduocatus causam dixi capitalem clientulo.
Dī perdant illum, qui mihi hunc diem corrumpit, ut
adeo

Tardē ad sim ē curia. TA. Decuria forte uolebas di-
cere.

BE. Siue decuria, siue ē curia, parum interesse iudico.

TA. Qua tu ades ē curia: qui in nullum unquam senatū
ueneris?

BE. Vah, quī istuc audes dicere: qui Dictaturam tecum
gero

Per annos integros decem? TA. quam Dictaturam
Benzelo?

BE. Vbiego coquis, meretricibus, & scortis, tu paras-
to imperas.

Nam mihi popina, non popina est, sed curia. TA. quē
curia?

BE. Quia ibi consul mihi condus, prator promus est.

TA. intelligo.

BE. Doctores, coctores: qui iura proferunt in lancibus

Et patmis. ibi ego capitulis triumuir, accuso capitis

Gallinas, anseres, boues, oues, totum altilium gregem.

Ibi culpa, pulpa: poena, coena: codex, lodex: fabula,

Pabula: suppellex, pellex: fiscus, discus: iam me deficit

Spiritus. TA. egregiam mihi profectō memoras curiā.

BE. ut placet?

TA. Perplacet. BE. in hac ego malim consensescere,
quā in Regis foro:

Vbi obsurdescendum clamoribus, tabescendum inedia.

TA. Et ego tecum unā perpetuam in eadem aetatem a-
gere: modo

NICODEMI FRISCHLINI

Nunc liceat, Benzelo. BE. quid prohibet? TA. cum
dum est hodie in praelium.

BE. Quod praelium? cedò. TA. ubi imperator, appa-
rator: lanx, phalanx:

Vbi signum pugnae militibus dant tibia tibicine:

Vbi praelij locus, focus: fossa, ossa: lances, lanceae,

Cristae, cistae: acies, facies: bella, labella: spicula, pocula

Vagina, lagena: spolia, dolia: scutum, scortum: praelia

Prandia: stratagemata, tragemata. nunquid placet hoc
praelium?

BE. Imò optimè: modò hostem aggrediamur. TA.
iam fiet illicò.

Sed nunquid fortè noui? BE. nihil, nisi quòd milites
domum.

A legione remissos uidi plenis ire uijs. TA. quid se-
runt?

BE. Iumenta secum ducunt plurima. TA. quid ium?
BE. simul arma referunt.

TA. Quid mihi cum armis? quid cum iumentis? BE.
pueros, uirgines,

Et nouitias puellas ductitant. TA. hæc merx mihi
placet.

BE. Tum meretricum numerus, Talande, tantus es:
quantum expetas.

Hoc adeò ueni, ut nunciem tibi. TA. nimis factum
bene.

Sed nullámne ex illis uidisti uirginem, ego quam depe-
ream?

BE. Imò uidi unam auratam, ornatam, ut lepidè, ut
concinne, ut nouè?

TA.

HILDEGARDIS MAGNA.

TA. Beas me Benzelo. nam hodie genio meo multa faciam

Bona, tuo auspicio: tua ope & opera, HB. Sic faciundum censeo.

Nam iuuenis cum sis, te dum solidae uires, sanguis integer,

Voluptati, & uino operam conuenit dare: olim cum senex

Fueris, & te horum ceperit satietas, tunc in ocium

Te colloques: teq; ad pietate componas. TA. dicis cate

Et dicis lepidè, Benzelo. BE. quid ni dicam? ossa me monet.

TA. Atqui una hæc concio magis mihi placet, quam Ludoberti decem.

BE. Senectus & mæror sponte sua ueniunt: frontem exporrigere,

Dum licet. TA. ausculto. BE. tempus reliquum appone lucro: qui crastinum

Metuit, nunquam uiuit hodie. TA. sanè istuc facio, & suaui

Habeo præsentia. nam frater dissimili studio est Carolus.

Ego hanc clementem uitam, atq; ocium secutus sum hactenus:

Et, quod fortunatum putant, uxorem nunquam habui.

BE. scio, Quæ propria foret, sed usurarias quàm plurimas, TA. in his

Me oblecto: quod præsens & suaue est: solum id est carum mihi.

NICODEMI FRISCHLINI

Ille autem contrà, hæc omnia: sub dio uitam agere: patriæ

Fines tueri: militari: sequi: equitare, aut uenari: Semper parçè se habere ac duriter. BE. fratris tui me quidem

Pudet & piget. nam mihi crede, nimium inter uos, nimum interest.

Tu, quantus quantus es, Talande, nil nisi sapientia es: Ille rudis, iners, futilis, ignarus huius uitæ, somnium,

TA. Euge Benzelo: dono te ob hoc dictum duobus Francicis.

BE. Di te seruent, bonorum custos, decus inopum, salus mea,

Amoris deliciæ. nunquid palpum obrudo homini sic satis?

Ta. Quid agis? BE. uirum te maximum & optimum hîc astare conspicio.

Nunquid aliud? Ta. intrò ut abeas, & mecum unà prauas deas. BE. eo.

ACTVS TERTII.

Scena III.

Carolus, Ludobertus.

Septenarij Trochaici, Oſſonarij Catalectici & Acatalectici.

Quantò in pectore meo hanc rem uoluto magis Ludoberte,
Tantò mihi ægritudo in animo augeſcit magis
quotidie. Ad

HILDEGARDIS MAGNA.

Ad hunc modum mihi uerba data: sic perturbatam familiam.

Tum uerò uxor, uitio, stupro, dedecore plena, me enecat.

LV. Haud mirum est, domine: si modò uera sunt, quæ dicta sunt tibi.

CA. Ah ueriora, quàm uelim. Nam ut liceat obliuiscier,

Iam depacisci morte cupio: tu conijcito cæterum, Quid ego ex hac miseria capiam. LV. plus quàm te capere conuenit.

Nam qui alios casus pertulisti fortiter: nunc minus malum

Tam acerbo fers animo. CA. ô mi Ludoberte, domestica mala grauius

Afficiunt, quàm extera. LV. siquidem tam iniquo accipiantur animo.

CA. Semper tu memineris, tunicam propiorem esse ipso pallio.

LV. Scio: sed uelim tamen, ne quid in hac re tam grandi, temerè agas:

Neu frustra te excrucies: neu falsò suspectam habeas coniugem.

Sapientem omnia magis ratione, quàm ira aut odio agere decet.

Haud facile animus uerum peruidet, ubi illa officiunt iudici.

CA. Ehò, nūmnam dubitas, me absente corruptam esse coniugem?

LV. Dubito certè, & per quàm uehementer. CA. at quam obrem? LV. quia tuam

NICODEMI FRISCHLINI.

Vxorem istarum esse operarum, nemo unquam credidit
nouum hoc

Et inauditum crimen si percrebescat: omnes aulici,
Omnes ciues, noti, ignoti, incolæ, aduenæ, fictum esse
credent.

CA. At multæ opiniones concurrunt, Ludoberte, quæ
mihi

Animum exaugent: locus, occasio, uir peregrè absens,
mulier domi

Relicta: res ipsa loquitur: ipsa in medio est: Talandus
hanc

Præterea rem nouit: abi, interroga, seduce, quære rem.

LV. At tu, quod pace tua dictum uolo, nimium isti ho-
mini es credulus.

CA. At eum fidelem esse mihi inuenio, cum egomet me-
cum cogito.

LV. Certè, quod dicendum hîc sit, uidi ego illum semper
perditè

Circumferre oculos, & quasq; obseruare mulieres
obuias.

CA. Quid tum postea? LV. quid enim? suos profectò,
Diue Carole,

Domitos habere oportet oculos & manus: si quis uelit
Perhiberi se probum. CA. Sic est. Sed me interim cer-
tum facit,

Vt ei credam, pallor, inedia, macies, carcer, captiuitas:
Tum quia uiro semper plus credier debet, quàm fœmi-
næ.

LV. At tantam in illam, quæ sit mulier, cadere auda-
ciam,

HILDEGARDIS MAGNA.

Non fit mihi uerisimile. CA. at mihi, qui mores mulierum probè

Explorauì, probè cognoui. Nam neq; eques quisquam, neq; pedes,

Tanta est audacia: qui factat æquè confidenter, atq; Audacter, quàm quæ mulieres faciunt. Hæc confidentia Rosimundam amore adolescentis malè prurientem perpulit,

Vt Alboinum regem nocturnis insidijs tolleret.

Hæc freta audacia Fredegundis Chilpericum Franciæ

Regem, maritum occidit: Sigisberto priuigno suo

Leibiferum exhibuit poculum: hæc muliebris fraudulencia

Brunhildam compulit: ut duos fratres, ambo nepotes suos,

Ad arma concitarit mutua: donec alter alterum

Occideret: quod reliquum fecerat armorum & belli furor,

Id ipsamet auia ueneno sustulit: an quicquam muliere

Piùs, audacius? LV. ita isthæc esse, ut dicis, tenco memoriter.

Veruntamen omnes æstimare eodem precio, aut omnibus

Eundem, propter paucas esse, iniquum prorsus arbitror:

Præsertim ubi ætas grandiuscula & senectus aduenit.

CA. Quid ætas, quid senectus in lupo immutat, præter pilos?

Vitia mulierum cum annis crescunt: in uiro senium parit

NICODEMI FRISCHLINI.

Constantiam & fidem: in muliere leuitatem & periuriam.
Nihil tam mobile est, quàm sceminae uoluntas: tam uadum

Nihil: nihil tam positum in lubrico, quàm muliebris animus.

Quot ueterum matrimoniorum facta repudia nouimus?
Quàm multae, quos amauerunt in adolescentia sua,
Post in communi deseruere senectute? quoties, Deus
Bone, anile uidimus diuortium? quàm multarum mulierum

Notus amor notiore odio mutatus est? LV. noui hoc idem:

Et ut dicis, ita animum induco meum. sed tamen nihilominus

Idem me uellicat adhuc semper scrupulus. CA. qui scrupulus?

LV. Heram reginam falsi apud te insimulatam esse pro pudij.

CA. Sine eximam tibi istum scrupulum. LV. qui poteris? CA. facilmè.

Nam nisi tam audacis facinoris sibi esset conscia, nunc meum

Conspectum haudquaquam fugeret. ac nisi ego fuisset incogitans,

Iram omnè dissimulasset, dum comprehendiisset ipsam adulteram:

Priusquam quòquam tetulisset pedem: sic fecissem optime.

Nunc autem ubi scelerosam inueniam? aut ubi queram? quanam uia

HI LDEGARDIS MAGNA.

Insistam? LV. caue, quæso, ne plus iræ, quàm famæ con-
sulas:

Neu plus ualeant peccata aliorum apud te, quàm tua di-
gnitas.

CA. Tantàmne contumeliam ut feram inultam? non pos-
sum pati.

LV. Semper ij laudem inuenerunt, qui fortiter domesti-
cos

Casus tulerunt: ut Iacobus, ut Dauides, ut alij

Similes fecere. CA. inuenerint sanè: mea sic sententia
est.

LV. Nihil me uis aliud? CA. nihil. LV. eo domum, ut sa-
lutem familiam.

ACTVS TERTII

Scena IIII.

Talandus, Benzelo, Carolus.

Septenarij Trochaici.

FAc ita, ut iussi, Benzelo: coenam appara: & lectu-
los iube

Sterni: tum scorta adduci glabra, & tuam unà fi-
liam,

Molliculam & forma lepida puellam: ego mox reuer-
tero.

Nam nimis miserè cupio hunc diem in lætitiâ degere.

BE. Dictum ac factum puta. TA. nunc, quando omnium
rerum satur

Sum,

NICODEMI FRISCHLINI

Sum, prouisam, quomodo meæ technæ processerint.
Quid agat Hildegardis: iamne pœnas soluerit uiro.
Sed uideon Regem? solus est: nescio, quid secum mûr-
murat.

CA. Me miserum Regem, multoq; maximè miserabi-
lem;

Cui, cum ab ortu Solis, ad occasum, omnia domita uictis-
que,

Armis pareant: domi ocium atq; diuitiæ affluant:
Quæ quidam mortales prima putant: fuerunt hic ta-
men,

Qui me, remq; meam obstinatis animis irent perdi-
tum

Scilicet hi triumphi sunt: quos refero à uictis hostibus.

TA. Compellabo. CA. sed eccum germanum mihi com-
modè obuium.

TA. Quo loco sunt res nostræ, frater mi Carole? CA.
pessimo.

TA. Quid ita? CA. quia me uxoris disruiat meæ ne-
gocium:

Et quòd eam nō habeā, sicut iam cupio habere in domo.

TA. Præter ætatem & uirtutem timidus es, Rex Ca-
role.

Idne pudet? quia adulteram domi tuæ tecum non habes?

CA. Pudet hercle & piget me maximè. TA. chò nūm
nam abesse eam,

Id dolet tibi? CA. dolet uerò. TA. quamobrem? CA.
uah satin

Sanus es, qui istuc rogas? TA. utāne cordi tibi adultera
est?

CA.

HILDEGARDIS MAGNA.

CA. Tibi cordi est, qui nunc patronus ei es. TA. ego
patronus siem?

CA. Quippe qui gaudes ahesse. TA. annon multo
consultius

Est, ubiuis gentium esse, quàm tibi sic illudere?

Nam tibi Dei uirtute, propter diuitias tuas,

Aliam dotatam licebit genere summo ducere:

Dummodo oblatratricem nolis in domum intronittere.

CA. Non hoc iam ago: sed illam adesse malim: ut pœ-
nas det mihi.

TA. Eho, nùm nam illa abiit? CA. abiit, euasit, eru-
pit. TA. Deum

Immortalem, erupit? CA. Sic. TA. quonam? CA. hac
illac, ego nescio.

TA. Malè cum sit sibi conscia, ideo conspectum fugit tuum.

Sed cur tu cessasti illam, priusquam aufereret, persequi?

CA. Credo ego prius illam fugisse, quàm huc ego uene-
rim. TA. malè

Quippe conscia. Sed ubi ubi sit diu celari non potest.

CA. Quid nunc author es, ut agam: quo hanc molestiam
à me segregem?

TA. Si placet: adeamus uicinum hunc Regulum, animi
gratia.

CA. Placet: eamus. pueri, insternite equos, atq; huc ad-
ducite.

Quò tu abis? TA. est, quod mandem huic puero ne-
gocium:

Mox adero. CA. Tu Eberthali, reginam matrem ob-
serua: domum

Custodi: partibus nostris fungere: ego ad huc uicinum eo.

TA.

NIC ODEMI FRISCHLINI

TA, Tu Conceline, Benzelonem nunc adesse mihi, iubet
illicò,

Ne qua in mora sit mihi: si quid eum uoluerò. quid stas
abi.

Nunc ad te redeo. CA. Si placet, eamus hâc. TA. lubet: i
præsequar.

ACTVS TERTII

Scena V.

Hildegardis, Carolus, Talandus.

Oſtonarij lambici.

SI quid homini miseriæ est, quo misereſcat: miſer
animo est.

Id ego nunc experior: cui multa in unū conſuunt
locum,

Aerumna, exilium, ſolitudo, hoſtis, crux, terror & pa-
uor:

Quæ mentem perturbant: neq; ubi meas ſpes aptè collo-
cem,

Habeo uſquam munitum locum: neque de ſorore mea au-
dio:

Neq; Roſina huc reuertitur: neq; ad Regem mihi redi-
tus

Patec: neq; hoſpitiū ſat commodum neq; ſat tutum ob-
tigit.

Nunc exeo huc, ut alicubi Roſinam reducem conſpicer.

CA. Adeo rem rediſſe, ut quæ mihi carior oculis nu-
per fuit,

Eam

HILDEGARDIS MAGNA.

Eam nunc cane peius & angue oderim, ubi in mentem
eius mihi uenit?

HI. Itā ab illo diuelli, quem unum exoptavi mihi uirū,
Quo cum perpetuam ætatem degerem? CA. discrucior
animi: chem

Tālum mihi mali obijci de improviso, ut neq; quid
agam,

Neq; quid de me faciam, certum sit. TA. 'conquiesce':
ex his malis

Expediet te, quam minimè speras, fortuna. CA. nihil:
pectore

Consilij consistit: animus dolore obstupuit. TA. sustine
Et uince animum, qui uicisti tot hostes aduersarios.

HI. Sunt multa quidem, quæ me miserè agitant: sed hoc
mihi maximè

Dolet, ea, quæ à Talando sunt facta, infecta esse scilicet:
Quæ neq; sunt facta, neq; ego in me admisi, illorum

ream me agi.

Hæc rex meus ignorat: mendacijs deceptus & dolis.

At non ignorat idem uindex Deus: qui falli non po-
test.

CA. Quæ isthæc mulier, obsecro Talande? TA. ipsa
est: lupus est in fabula.

HI. Perij: imprudens à Rege uisa sum: quæ mala sors
obtulit?

CA. Lorarij, satellites, ubi estis uos? HI. perij, occidi:
Nisi quadrigas Eliæ conscendero: quibus in coelum fuit

Subuectus: infortunium non effugero. CA. Lorarij.

Hanc uitij & probri plenam foeminam hinc è conspe-
ctu meo

NICODEMI FRISCHLINI

Abripite. HI. ah mi Rex, mi uir, obsecro te, miserere
inopis mei.

CA. Vir ego tuus sim? ne me appella falsa falso nomine.

HI. Quid ego feci? quapropter isthæc dicta dicantur
mihi?

CA. Id tute noueris. tu teipsam interroga, u e nefica.

HI. Deum testem inuoco, quòd falsi apud te accusor cri-
minis

CA. Non mihi placent, qui se prius purgant, quàm eos
quisquam arguat.

HI. At ego liquidò iurare possum: ut extra te unum
mihi uirum:

Nemo mortalis corpus corpore contigit. CA. uera hæc
uelim.

HI. Vera loquor: sed nec quicquam: quia iuranti non
uis credere.

CA. Mulier es: audacter iuras. HI. quæ non deliquit,
eam decet

Confidenter, et animosè, et audacter pro se loqui.

CA. nimis

Audacter. HI. ut pudicam decet. TA. in uerbis, non
factis probat.

HI. Falsò propudij insinulat, qui pudicitiam attentat
meam.

TA Quid hoc? uim tu auscultare mulieri, tanquam ali-
quis Sarmata?

Quin tu igitur inter ancillas una opera tibi pensum dari
iubes. HI. Deus. innocentie meæ testis, te punit.

TA. Vide, ut scelesti sola secum marmurat. CA. Lo-
rarij.

HI.

HILDEGARDIS MAGNA.

HI: Obsecro, uerbum unum audi. CA. nequicquam
oras: non audio.

HI. At unum uerbum. CA. surdus sum. Lorarij: sate-
tellites,

Inijcite manicas huic ueneficæ: collum constringite:

HI. Me miseram. CA. in syluam educite. HI. perij.]

CA. rapite: eruite oculos.

HI. Interij. CA. creptos ad me ferte. HI. uæ misera
mibi, uæ mihi.

CA. Talande, cura, ut hæc fiant: ego huc intrò me re-
cipiam.

Nā propudiosam istam diutius ante oculos ferre nequeo:

ACTVS TERTII.

Scena VI.

Talandus, Benzelo.

Trochaici septenarij Catalectici.

PER Deos ego, atq; homines uobis edico, uti me-
um

Imperium sapienter habeatis curæ, quæq; impera-

Rex, quæq; imperauit, faciatis: nisi uos satis diu

Vixisse arbitramini: rapite, oculos illi excludite.

Quid statis? iam sublimem raptam esse oportuit: irruite.

Sed ubi Benzelo? BE. iamdudum hic stat propter for-
tem uirum

Atq; fortunatum, et formæ regia, tum strenuum

Bellatorem, ubi pugnandum scaphis (scyphis uolebam
ei

NICODEMI FRISCHLINI

Dicere) Carolus imperator haud est consimilis tui
Apparator; nec suas æquiparare queat ad tuas
Virtutes. T A. cuius ego legionem disflare spiritus
Non aliter ac uentus, qui muros subruit Pampilonios.
BE. Ego periuriorem hoc homine uidi neminem: neq;
Gloriarum plenior. T A. ubi es? BE. ibi, ubi tu esse
me iubes.

T A. Pulcrè aduortis & facitè animum tuum, ad ani-
mum meum.

BE. Ego noui omnes temporum articulos: noui quid
frons uelit,
Quid oculi loquantur: quid nutus. T A. hem Benzelo,
sic places.

BE. Nouisse tuos me mores, Talande, meditatio decet.
T A. Quæso, quid de me homines prædicant? EB.
quid prædicent? nisi

Te unum in terra uiuere, fama & factis inuictissimis.
T A. Non possum pati, quin tibi caput demulceam. Sine
Faciam tibi aliquid boni pro isthac re, Benzelo, ac lu-
bens.

BE. Quin imò, pleriq; sic statuunt, diadema regium
Nulli hominum potius, quàm tibi competere. T A. quid
mihi competat?

Quin tu istuc scias uelim, me, si uoluisssem Carolo
Regni gloriam præripere, unum potuisse. BE. sic cre-
do hercule.

T A. Nam ut primum pater Pipinus è uita decesserat:
Totius regni procures ad me coronam deferunt:
Orant supplices, ut consulam saluti publicæ:
Et perturbati regni negocia in me transferam.

BE.

HILDEGARDIS MAGNA.

BE. Hoc purum putum est mendacium. Sed, pace
quod tua

Dictum uolo: malè abs te factum iudico. TA. cur mi
Benzelo?

BE. Quia dum tu coronam defers alteri, & te negligis,
Res simul negligitur publica. TA. isthuc audio sic queri

Omnes optimates: quibus imperij huius curæ est salus.

Nam me amari ab illis certò scio. BE. & ab omnibus
quidem

Curialibus, condis, promis, collegis meis: tuis

Verò imprimis legionarijs, tribunis anserum,

Legatis, lixis, cupediarijs: ut pol satis

Mirari haud queam: quibus artibus fauorem hunc o-
mnium

Concilaueris. TA. quibus artibus? dando, obsequendo,
Largiendo. nam dum studeo singulis placere:

Facile omnes perferre: cœpi his unà me dedere: cum
quibus

Viuebam; studijs eorum obsequi. BE. ita est, & mea
quidem

Sapienter factum sententia. TA. nulli me præfero:

Neq; culpanda culpo, neq; laudanda laudo. BE. ita me
Ceres,

Bacchus, Venus & Vesta ament, ut te ausculto, Talan-
de, sedulo

Aclubens. TA. tum mores in mensa didici aulicos.

Non sum disputator: non sum oblocutor alteri:

Non præripio pulpamentum: non præuerto poculum.

Nam hæ res sole hodie spectantur ab aulicis: ut tutius

Nonnulli in Deum, quàm in hos mores peccari iudicet.

NICODEMI FRISCHLINI

BE- Hoc illud opus uirtutis, tacenda cum silentio
Dissimulare: mores ad uenustatem componere.

TA. Veruntamen orationis iustam partem persequi,
Vbi opus est possum: possum & tacere itidem partem
meam:

Cum aliena est oratio: apud graues, grauis sum: apud
leues,

Sum leuis: deniq; ut homo est, ita morem illi gero. BE.

Dij cœlites,

Istuc est sapere: qui, ubicunq; opus, animum possis flet
flet.

TA. Tum negocijs amicorum intentus, mea negligo,
Nihil ulli denego. BE. ubi cundum ad prandia & con
uiuia:

Hanc tu certè laudè apud omnes inuenisti, haud iniuria:
Ac non quia ades præsens dico hoc. nam ex eorum non
sum grege:

Qui aliud clausum in pectore: aliud promptum in lin
gua habent. TA. scio,

Qui uir sis: neque unquam aliter, atq; es, animum in
duxi meum.

Sed scin tu Benzelo, quid ego te nunc uelim? BE. non
hercule,

Sed sciam, ubi dixeris. TA. hodie, uolo, ut eas mecum
in prælium.

BE. At ego uellem, hodie ires unà mecum in curiam.

TA. uolo.

Nam tua mihi curia placet. BE. placet & tuum mihi
prælium.

TA. Certè hoc bene cum mihi successerit negocium:
uolo

Tecum

HILDEGARDIS MAGNA.

Tecum præliari usq; ad diurnam stellam crastinam:
Nec surgemus quoquam: donec à me erit signum datū.
BE. O Imperatorem probum, Regem hunc factum
oportuit.

Sed quis hic est, qui gradum huc fert tam celerem? TA.
Eberthalius hic quidem est.

Cedamus intro in curiam: adstuisse ne nos sentiat,

ACTVS TERTII.

Scena VII.

Eberthalius.

Senarij.

Meditatus egomet mecum sum multis modis:
Et ita esse reor: non esse quenquam, neq; fore
Mortaliū: cui non à uita exordio
Mala obtingant quàm plurima, & maximis
quidem

Maxima. uelut huic Regi Francorum Carolo,
Domino meo: cui tot aduersæ res accidunt:

Vt mirer, quomodo eas æquo animo perferat:
Nisi Deus illi supponat manum suam.

Tot ærumnas haud quaquam possit perpeti.

Foris bella faciunt ei Saxones, & Auares,
Hunni, Angriuarij, Chumani, Bructeri:

Noviq; passim existunt motus bellici.

Domu Hildegardis Regina probri & propudij
Infirmulatur, domo eijcitur, neci datur.

Nunc matrem Caroli Bertham uis detinet

NICODEMI FRISCHLINI

Morbi grauiſſimi. nam poſtquam hunc exitum
Reginæ audiuit Hildegardiſ: illicò
Conijcitur ipſa in morbum ex ægitudine.
Heri neminem uoluit noſtrum intrò admittere.
Talandus interim genio indulget ſuo:
Haud cogitans, in quas miſerias optimam
Reginam Hildegardim ſuis technis coniecerit.
Sed hi ſunt huius æui mores peſſimi:
Impij homines fremunt, inſurgunt, perſtrepunt.
At cùm ſe uiuere putant, maximè ruunt.
Vidi impium florere, ut alnum in uertice
Vogefi: poſt paulò tranſibam: nec uſquam erat.
Nunc ad Regem eo, ut illum hoc impertiar malo:
Si fortè morbus amplior factus fiet:
Quod ſanè nolim, heri cauſa mei:
Maturè conſilium rebus capiat ſuis.

ACTVS QVARTI.

Scena I.

Hildegardiſ, Lorarij.

Oſtonarij lambici.

VAE mihi miſeræ: uæ mihi: quò trahor? quò ab-
ripor? quid hoc rei eſt?
Quid commerui? Sinite me Reginam ueſtram
Lorarij.

LO. Ah Regina Hildegardi, nulla noſtra hic culpa eſt,
per louem,

Quando imperata facimus: quibus refragari neſas.
HI. At nihil admiſi ſcleris. LO. eò peribis certè hone-
ſtiùs.

Nam

HILDEGARDIS MAGNA.

Nam qui per uirtutem perit, non interit. HI. ab obsecro
uos,

Regios sublinite officioso mendacio. LO. dic quomodo?
HI. Occisam dicite: & interim incolumem quæso dimit-
tite.

LO. Scimus nos nostrum officium. nam si Regis Caroli
exequi

Velimus imperium: tibi creptos oportebit oculos:

Non nos simulare mortem uerbis, re ipsa spem uitæ dare.

HI. Si omnino obstinatis estis animis: unam hanc rem
rogo,

Vosq; obtestor per supremi Regis regnum, Lorarij:

Prius occidite: quàm exculpatis oculos. mori me satius
est,

Quàm cruciatus hos perpeti. LO. at grauius est uitam
perdere,

Quàm oculos. HI. non est: quid enim uita affert com-
modi, ubi in pœnam sibi

Viuitur: à morte nihil est, quod metuum, mali: mors
omnium

Acrumnarum requies est: mors extrema rerum linea.

Morte nihil melius in luctu atque miserijs: occidite.

LO. Cadem iniussam perpetrare, nefas maximum. HI.
quod ego uolo,

Quod ego iubeo, ego quod miserè expeto, id iniussum
haud committitur.

LO. Si Deus immortalis te uoluit isthanc ærurnam exe-
qui,

Decet id pati animo æquo: si id facias, labor erit tibi le-
uior.

NICODEMI FRISCHLINI.

Mala aspera leni ingenio saepe redduntur lenia.

HI. *O felicem Hiltebrandum Sueviæ Ducem, patrem meum:*

Quòd fatis iamdudum concessit: ut hæc ne persentiret.

O felicem Regardum, Bauariæ Ducem, matrem meam: Quæ in hos miseros casus reservata ad hunc usq; diem non fuit.

ACTVS QVARTI.

Scena II.

Frædebergius, Rosina, Hildegardis, Lorarij.

Oclonarij Iambici.

O Regem iniquum, ô infortunatam Reginam coniugem.

Hancine mulierem in huiusmodi suspicionem criminis

Vnquam ueniret? RO. est factum. FR. & mulieri suo matrimonio.

RO. Scilicet. FR. & eiectam domo patria exulare, nec locum

Habere munitum: in quo spes suas collocet. RO. uidelicet.

FR. Non credidissem unquam, tam inhumanum fore Regem Carolum:

Tamq; atroci ira percitum in immerentem. RO. neq; ego per Iouem.

HILDEGARDIS MAGNA.

Ac proin oro te atq; obsecro: ex summis opibus & uiri-
bus

Enitere: ut Hildegardis opera & ope conseruetur tua.

FR. Certum est mihi usq; illam inuestigando querere:

quoquo loco,

Quoquo latuerit gentium. neq; mihi amnis, neq; mons,

neq;

Mare obsistet. neq; calorem, neq; frigus metuo: neq;

hyemem,

Neq; grandinem. uentos patiar, laborem sufferam, si-

tim,

Famem. non concedam, neq; quiescam noctu atq; inter-

dium:

Priusquam aut Hildegardin, aut mortem ipsam inuesti-

gaucero.

RO. Et mihi res certa est, mi Frædebergi, eadem tecum

perpeti:

Ita nos ambos rogauit Adelindis. Sed iam non procul eo

Loco absumus, unde nuper ab Hildegardi hera digressa

sum.

FR. Pergamus igitur, & bonis auibus moliamur hoc

iter.

LO. Nunc tu Regina, quando in hanc perducta es soli-

tudinem:

Regis sententiam in te latam fortiter, & imperter-

rito

Animo sustineas. HI. ô æterne Deus, ô misericors Deus,

Fer misere & innocenti opẽ mihi: subueni inopi mihi.

RO. Deum immortalẽ, Frædebergi: quid ego oculis

prospicio meis?

NICODEMI FRISCHLINI.

Heram Hildegardim, nescio qui indignissimè uinculam
trahunt:

Loris ligatam miserè ductitant. FR. ubinam, ubinam ob
secro?

RO. Huc ad nos recta contendunt uia. FR. latrones sunt:
age

Tu subsiste hoc loco, atq; intra hæc arbuta te occulta,
mali

Ne quid tibi ab his eueniat prædonibus: ego conijciam
in fugam

Hos nebulones, & illam ui summa eripiam. RO. per
geocyus,

Ocyus obsecro, priusquam uitam illi adimant. FR. in
mora haud ero.

LO. Fridoline, tu caput mulieris sic sublime distine:
Primò pupillas transfodiam, post indice digito eruam,

HI. Inuoco te misericors Deus, ut in hac lucta ne de
seras;

In te omnis spes sita est mihi: te solum habeo patronum
& patrem.

FR. Quid hoc? scelesti, raptores, prædones, fures, si
carij.

Hem uobis, hem tibi, quid restitas? hem uapula miser.

LO. O facinus indignum. HI. obsecro te, quisquis es,
da operam mihi:

Nec in immerentem mulierem fieri hanc iniuriam so
nas.

FR. Imò & operam dabo: & defendam te, & iam de
mam uincula:

Nunquam perire te patiar. nam me perire est equius.
Con

HILDEGARDIS MAGNA.

Concedite atq; abscedite omnes, de uia decedite;
Nec quisquam tam audax sit homo, qui illam minimo at-
tingat digitulo.

LO. Regis dicto audientes sumus : eius iussu hinc nunc
adsumus.

Quamobrem te nobis magis par est decedere de uia.
Nostro æquum est morigeros Regi : eius studio seruire
addecet.

FR. Quid tu oblatras mihi? nisi hinc illicet aufugias, hac
lancea

Tuum diminuam tibi caput : ut cum dentibus linguam
expuas.

LO. At obsecro unum uerbum audi. FR. non audio : di-
scedite.

LO. Nescis tu, nescis hercule : ut res se habeant huius
mulieris.

FR. Imò scio. LO. atqui si scires : in nos haudquaquam
iniurius

Esses. FR. iniurius? quo pacto? LO. quia mandata non
sinis

Nos exequi. FR. mandata? quænam? LV. Regis nostri
scilicet,

Qui hanc mulierem nobis dedit in manus : oculos effo-
dere ei

lusiit : post effossos referre, sibiq; tradere seriò
Mandauit. hoc nisi fiat, comminatus est necem omni-
bus.

FR. At ego uobis edico : ut illicò hinc faceßatis scelesti,
(Catalect.)

Nisi fortasse hunc diem uobis supremum illuxisse cu-
pitis.

NICODEMI FRISCHLINI

Nam latrones & prædones estis: qui ex rapto uiuitis.

LO. Non, per Tuisconem, sed regij sumus satellites.

FR. Redite ergo ad Regem uestrum. LO. at quid illi dicemus? cedò.

FR. Quid id mea interest? uobis quod allubescit, dicite.

Duntaxat hinc confestim abite. LO. malo quàm maximo & tuo,

Et huius abimus. HI. ah mi uir, quisquis es, obsecro te, ne in malum

Voluntarium te imprudenter conijcias. FR. quamobrem? HI. quia enim hi

Certò sunt regij satellites, quorum uiolentie

Et cædibus exposuit me miseram rex Francorum Carolus:

Iccirco tibi cauendum est maxime: ne illi rem deferant. Nam si hoc permanet ad regem: continuò ille aderit cum manu

Armata: nec prius inuestigare absistet: quàm reperiat.

Ibi nos omnes unà perierimus perpetuò. FR. Si est ita,

Vt dicis: agere uocemus: heus uos, consistite. LO. quid est rei?

FR. Si prædones non estis, neq; uos tales iam perhiberier

Vultis: agite, si incolumes dimiserò. fidem mihi date,

Quòd hanc rem nulli hominum detecturi sitis. quid ririgimini?

Quid respectatis uosmet inuicem? LO. fidem tibi dare.

Profectò non possumus. FR. ecquid uetat? LO. quia nisi symbolum

Regi

HILDEGARDIS MAGNA.

Regi afferamus, actum erit de nobis. FR. quòdnam symbolum?

LO. Exclusos huius mulieris oculos. FR. hoc uobis symbolum

A me nunquam impetrabitis. LO. nec tu à nobis silentium.

FR. Peristis ergo iam nunc illicò. nam seruulis meis,

Quos ad stare uidetis, iam iam ius uitæ, & necis in uos dabo.

LO. Ob mi uir, siue hîc percamus, siue domi, paululum interest:

Deum testamur, & hanc ipsam, quòd nihil iniussi fecimus.

HI. Sic est: itaq; te oro, fac, inueni, finge, effice, consule, Ut saluissimus omnes præsidio, ope atq; auxilio tuo.

FR. Agite uos, si regi oculos referatis: quid uultis amplius?

LO. Nihil. FR. eripite ergo aut huic, aut cuicunq; obuius uobis, cani

Oculos, atq; ad Regem referte: ut sint uobis uice symboli.

LO. Bene mones: symbolum placet. FR. præstabitis igitur mihi

Silentium & fidem? LO. utrunq;. FR. age promittite. LO. en promittimus.

FR. Nunc ite, quò lubet. LO. Fridolme, canem prehendere, & sequere ilicet.

Verum est, cuius eram propemodum oblitus, heus tu mi uir. FR. quid est?

LO. Hanc in tuto loco uelim constitui. FR. istuc curabitur.

LO.

NICODEMI FRISCHLINI

LO. Ne in conspectum Regis aliquà perueniat. FR. hoc
cauebitur.

LO. Alioqui nos perpetuò perierimus. FR. ex hoc cau-
uebitur.

ACTVS QVARTI

Scena III.

Frædebergius, Hildegardis, Rosina.

Septenarij Trochaici.

A Edepol nã Hildegardi tibi suppetias in tempore
Attuli. HI. Deus tibi, mi homo, quisquis es, fa-
ciat bene.

Nam absq; te essem, hodie nunquam Solis ad or-
casum uiuerept.

Sed quæso te, mi uir, unde meum nomen notum est tibi?
Aut ubinam locorum tibi me uidisti prius? cedo.

FR. Tam ego nomen tuum commemini, quàm meum.

HI. Sic arbitror.

Sed nomen tuum uelim memores. FR. lubens: nomen
mihi

Frædebergio est. HI. Leti profectò nomen ominis:
Deus obiecit te mihi hodie. nam si paululum modò
Cessasses: actum de me fuerat. FR. Sic ego præuide-
ram.

HI. Obsecro quæ uia te huc tulit? FR. si dixero tibi:
uix mihi

Credes. itaq; malo instuc è comite iã nunc resciskas mea.

HI. Qua comite? FR. quæ me huc adduxit. HI. ubi es
est? FR. sistam huc illicò:

HILDEGARDIS MACNA.

Heus Rosina, prodi ex arbus: ubi lauitas? quid times?
Quid trepidas? RO. tota tremo: ubi mihi latronum in
mentem uenit.

FR. Ne pauc: coniecti omnes sunt in fugam. RO. admo
dum timui

Nostis partibus. HI. Deus bone, seruas me: quam
conspicor?

O Rosina: dedita opera spes mihi sancta subuenit:
Cum te mihi Deus reducem facit, cum hoc Frædeber
gio.

Nescis tu, quàm profuerit hodie is mihi: ex qua miseria,
Ex quanta ærumna me extraxerit. quid pauitas? quid
tremis?

RO. O Regina, uideón te, an non? HI. imò uides pro
fugam exulem.

RO. Cedò manum. HI. accipe, ærumnosam & miseri
arum compotem.

RO. Ah quam uideo? HI. fleas Rosina. RO. egón
te non fleam?

Te non defleam? talem tali prognatam stemmate:

Modò supremo sublimem loco, nunc sortis ad infimæ
Miseriam & calamitatem detrusam? ô spes mortalium

Fallaces: ô fors fortuna, ut nulli perpetuò es bona.

HI. Ah Rosina, multa in hominum ætate eueniunt ha
iusmodi:

Capiunt nunc uoluptates, capiunt misérias: flent mo
dò

Modò rident: sicut uisum est Deo. nam si quid à Deo
Præfinitum est, id ab hominibus interuerti non potest.

Fata hæc me premunt. ferendum est, quicquid corrigere
haud licet

NICODEMI FRISCHLINI

In mala re, si bono animo utaris, id demum adiuuat.

FR. Animosè loqueris, atq; ut Regina generosam decebat.

HI. Imò ut recti consciam sibi. nam quòd me accusat
uir meus,

Sum extra noxam. FR. non dubium id est. HI. Nam ita
me summus amet Deus,

Vt nunquam sciens commerui, meritò ut caperet illum
odium mei.

Nunc ita animum induxit, ut facile expurgatu hoc non
siet.

FR. Nequeo satis, hoc quàm mihi prauè uideatur fa-
ctum, eloqui.

HI. Verùm hoc mihi nondum dixistis, unde ueniat
modò.

RO. Vnde, nisi ex illis locis, in quos me miser as heras?

HI. A sorore ne? RO. maximè. HI. mea Adelindi?

RO. uidelicet.

HI. Ex Caldariensium arce? RO. imò. HI. obsecro te,
quidnam agit?

Vt ualeat soror? RO. tuo casu penè exanimatur. HI. hei,

mihi, huc ne perueni, ut meis mœrori sim, quibus

esse uoluptati studebam maxumè: sed quomodo

Alas uiuit? ut ualeat? RO. Valet, ut uidua mœstissima.

HI. Vt uidua? RO. etiam. HI. quid? num Otho mari-
tus inter mortuos?

RO. Mortuus uerò: qui cum tribus filiis fortissimis

Reginoldo, Berigario & Gebhardo in acie procubuit.

HI. In acie? FR. Sic certè. nam mecum unà eadem
prælio

Interfuere: quod cum Hunnis & Auaribus cōmisimus.

in

HILDEGARDIS MAGNA.

In Planchina ualle Biberacensium. RO. Sic est hera.

HI. Heu heu, nunc demum intelligo, quàm uerum sit
uerbum illud uetus:

Cum nullam calamitatem solam esse uulgò dicunt.

Sed ubinam uiuit, domi né an alibi? RO. patrios lares

De, eruit, peplum induit, cœnobium condidit, seq; à
grege

Hominum seiunxit, Dei totam se addixit cultibus.

HI. O fortunatam, hoc cui licuit: ô miseram, cui non
idem

Hoc licet: nam nunc mihi nullum remedium gratius
Obtingat, mearum ærumnarum, quàm solitariæ

Vitæ conditio: ubi me curis istis exuerem omnibus.

RO. At nunc si sorore cum tua uis unà uiuere,

Poteris, nam tui quærendæ causa, nos ambos soror

Huc misit. HI. Si sat tutò latere possem illo loco:

Irem utiq; RO. imò poteris: nec quisquam te homi-
num explorauerit.

FR. Aedepol: nam cœnobium id situm est in solitudine.

HI. Nulli confido loco uiciniori. FR. cur? HI. quia

Nota sum nimium FR. quò tu ergo animum inducis
proficiscier?

HI. Romam. FR. fortè ad summum Pontificem, ut re-
conciliet tuo

Te marito. HI. haudquaquam Frædebergi. FR. quid
Romæ ergo ages?

HI. In magna & frequenti turba hominum latitâro
tutius.

RO. Sed uictum unde comparabis hera? HI. ne sis
pro me anxia.

NICODEMI FRISCHLINI

Dominus providebit: in illum reijciam curas meas.
Nunc tu Frædebergi, & tu Rosina, ad germanam meam
Hinc reuertimini: nolo uos mecum communi premi
Infortunio. RO. egon ut abs te discedam? te deseram?
Hem quid ais? HI redite: ego Romam ibo. FR. & nos
tecum unà ibimus.

RO. Sine me comite nusquam ibis. HI. comitem pui-
citiam mihi

Duxero. RO. rectè: & me unà comitem alteram. FR.
& me tertium.

HI. Non molesta ero uobis. RO. quid ais? à pueris, unà
paruulæ

Educatae sumus: unà domi & foris fuimus: bona
Et mala unà pertulimus. quapropter nutar, experiar,
Denique hanc animam potius relinquam, quàm te de-
seram.

FR. Idem & ego faciam. nam Romam usq; equis meis
uos deueham:

Inde ad Adelindim reuertar. sequimini me illuc. HI.
sequimur.

ACTVS QVARTI.

Scena IIII.

Carolus.

Oſſonarij Iambici.

NEmini ego credo plura prius acerba è matri
monijs
Vnquam accidisse, quàm mihi: neque quenquam
esse, aut fuisse arbitror: Cui

HILDEGARDIS MAGNA

Cui magis omnes bonæ felicitates aduersæ sient.
Galienam Toletani Regis filiam uix biennium
Habui: cum uitam illa miseram misera mutauit cum luc.
Nunc Hildegardim plenam uitij, orbatam matrimo-
nio,

Neci dedi: oculos illi creptos accepi à Lorarijs.
Hoc ubi Regina mater resciiuit, protinus in maximum
Morbum incidit. hoc adco properè Eberthalius accur-
rit nuncians.

Quod si ex hac ægitudine mors eam consequitur, quod
Deus

Prohibeat: quid restat, nisi ut porrò fiam miserrimus?
Somnum hac nocte oculus non uidi, dum de illa cogito.
Hodie ut uix è lecto consurgo, legati Roma aduolant,
Portantes literas Adriani Pontificis: quibus ille opem
Meam aduersus Desiderium implorat, populumq; In-
subria.

Nam Bertha Carolomanni fratris uidua, nescio quibus
Inducta consilijs, auxilia quærit Longobardica:
Vt filijs corona imponatur regni Francici. Adco
Nusquam tuta est fides: nec quid credam, aut cui cre-
dam sat scio.

Vix illis à me dimissis, Heresburgo alter nuncius
Aduentat, qui uiolato foedere bellum affirmat Saxones,
Vndiq; reparatis uiribus instaurare, et noua studia
sequi.

An non ingenio egregiè ad quasuis misérias
Natus sum? quid agam? quid nunc capiam consili?
Quod optimum est Romam ibo, quam possum itineri-
bus celerrimis?

Ibi cum Pontifice, de summa rerum deliberauerō.
Sed quid rei est? Talandum uideo huc ducier.

ACTVS QVARTI.

Scena V.

Talandus, Benzelo, Carolus.

Oſtonarij.

VT te Benzelo cum curia tua supremus Iupiter
Malis exemplis perdat peſſimè, atq; ut de me
promeritus es.

BE. Cur imprecaris mihi? TA. quia dum con-

ſector curiam tuam,

Oculos mihi fumus curialis exedit. BE. fumus? facis
Iniuriam mee proſectò curiæ. quin tu potiùs
Maledicis prælijs & pugnis tuis. Nam ubi audiſti
priùs,

Vnquam oculos amitti in curia? in acie audiui ſæpeni-
mero

Exturbatos oculos ſagittis: ibi mutilantur milites.

TA. Heu, heu, quàm ſubitò nec opinanti hoc accidit
malum mihi?

Repentè factus ſum cæcus: talpæ me acutiùs uſcenti:
Lippio cucurbitas. hem Conceline greſſus dirige
Meos: necubi pedes offendam, neu litubem. CA.

Deum optimum:

Quid ego illi iam dicam eueniſſe mali: quòd manibus
pueruli

Deducitur? opperiar. TA. utinam in terris nunc ali-
quis uineret

Mibi

Mihi Aesculapius: qui huic lippitudini afferret ali-
quod

Collyrium. BE. facietè nunc mihi, Talande, in mentem
uenit:

Olim quod ex te audiui dictum sapientissimè. TA. quid
hoc?

BE. De rege Phaone, filio Sesostris. TA. quid nam
fecerat?

BE. Is cum uisu esse orbatus, de oraculi sententia
Monitus fuit: ut mulieris, quæ unum esset tantummodò
suum

Experta uirum, urina oculos elueret. nam sic saluum
fore.

Quid si & tu nunc idem adhiberes oculis tuis collyriū?

TA. Tum mehercle mihi cæcutiendum foret ad horam
funeris,

Aut etiam post mortem, cum Tiresia. BE. hem, caue
istuc dixeris.

Quasi nullæ in terris matronæ sint incorruptæ & in-
tegræ.

TA. Phao certè omnes Aegypti urbes fermè peruaga-
tus est,

An aliquam reperiret, cuius lotio posset sanarier:

Nec ullam inuenit, præter unius olitoris mulierem:

Quam etiam recepto uisu, uxorem duxit, reliquis
omnibus

Igni crematis. BE. ah modestius, quæso, de sceminis

Loquere innocentibus. TA. unde hæc noua religio te,
mi Benzelo,

1 ncessit subito? BE. nescio, nisi quod de bonis & malis

NICODEMI FRISCHLINI

Eadem loqui & sentire iniquū cenſeo. TA. bonas mihi
Commonſtres, & loquar, ut uoles. BE. lotium uxoris
meæ afferam TA. tuæ

Vxoris? BE. ſcilicet. TA. ſiquidem ex lippo luſcum,
ex luſco cæcum,

Ex cæco caciorem me cupis fieri. BE. cur hoc uelim?
TA. Quæſi te uno tua contenta ſit: quæſi ego cum ea
millies

Non accubuerim, te lenone, & pronubo. BE. uera
memorat.

CA. Ibo obuiam: ſequimini me manipulares mei aulici.
BE. Rex aduenit. TA. ubinam? BE. hæc tendit. TA.
modò horum nihil audiuerit.

BE. Non crediderim. TA. amolire te hinc parum: iam
ad te reuertero.

Puer i. CA. Talande, quid hoc mali eſt? unde hæc re
pentè cæcitas?

TA. O Rex, o mi germane, neſcio proſectò quæ hæc
ſit, malum,

Miſeria, quod tam ſubitò diris occæcatus ſum modis.

GA. Miſeret proſectò me tui. TA. ah obſecro te mi
frater, mi here.

CA. Quid obſecras? TA. medicum oſtendas mihi, qui
uiſum reddat mihi.

CA, Facilius iſtuc petitur, quàm datur. Veruntamen,
Vt occupatus nunc ſum, & properè propero, quod mi
hi placet:

Conſilium ſi uiſ, dabo. nam auxilium polliceri nō queo.

TA. Obſecro. GA. ſunt medici Pariſiis, ſunt Papiæ, in
noſtris Academijs:

HILDEGARDIS MAGNA.

Illos te consulere æquum est, antequam inuale scat hoc malum.

TA. Prudenter consulis. CA. habet & Roma suos Aesculapios.

Quod si illò comitari me uis: paratus ut sis, uide.

Nam nunc iter illuc institui: tantum hîc interuisam dormi.

TA. Ibo hercle. CA. Sequere tu Eberthali cum Ludo- berto, antistite sacro,

Sodali & comite tuo: confestim ad hoc iter te iam para: Et sine mora adesto: tu me subsequere Talande. TA. iam hîc ero.

Famulis quod dicam prius habeo. ubi Benzelo? BE. as- sum. TA. uolo hodie

Cum fratre Rege Romam abire: uin tu me comitarier? BE. Non renuo: dum sciam modò, ubi Romæ esurus siem. TA. papæ,

Quasi nulla sit Romæ popina, aut quasi ego impran- sum te famem

Velim sufferre. BE. non hercle uelis: nam etsi tu ma- ximè

Velis, ego tamen minimè possim. TA. Ne quietus: ego fami

Prospiciam. BE. ita uelim: nam fami, quàm famæ malo consulas.

TA. Concline, duc intrò: tu sequere. BE. Sequor per prandia,

Per coenas, per popinas, per lupanaria, per ganeas,

Per quicquid ubiq; est, unde uoluptas expetitur. sed audi here

NICODEMI FRISCHLINI

Talande. TA. quid est? BE. rheda mihi opus est: non
longius

In Italiam iter est. ferre non queo. TA. tolutarium
mecum

Inscendas. BE. siquidem à uentre meo popa, uis illum
supprimi.

TA. Veredum tibi dabo Vuestphalum. BE. nimio pro
feclo pondere

Affligetur. mihi essedo opus erit. TA. sequere: curabi-
tur.

ACTVS QVARTI

Scena VI,

Ludobertus, Eberthalius.

Senarij.

AIn tu, captum esse oculis fratrem Caroli
Regis Talandum? EB. sic aio Ludoberte. LV.
quid

Illi accidit? lapsus an ictu perdidit
Visum, an morbo? EB. nil constat mihi de hac re: nisi
Quòd assidue illum cum Parasito uiuere:
Vnà potare, & scortari certò scio.

LV. Quo cum Parasito? EB. Benzelone pessimo:
Quo Sol, ita me supremus conseruet Deus,
Scelestiorem nullum illuxit alterum:

Qui neq; Deum metuit: neq; eum respicit Deus.
LV. Dignum sanè patella istuc operculum.

EB.

HILDEGARDIS MAGNA

EB. Sed obsecro, an non tu Regina innoxia
 Oculos, quos rex præcepit crui, putas,
 Hac cæcitate Talandi uindicem Deum
 Probè esse ultum? LV. Sic arbitror certissimè.
 Nam iustus est Deus, qui hominum periuria
 Haudquaquam ridet: & quæ prauī perpetrant,
 Ea longè antè uidet, quàm fiunt. EB. at interim
 Patiuntur innocentes, vexantur pij,
 Boni premuntur: ut Hildegardis exitus
 Nos docuit, proh dolor. LV. nihil prorsum interest.
 Nam Deus immeritos respicit: & quos amat,
 Eos castigat in hoc æuo, ne in altero
 Pereant: extinguit, enecat: rursum erigit,
 Fouet: quos enecat, hi uiuunt, atq; sapiunt;
 Quos erigit, si malè sapiunt, atq; tumidi
 Superbiunt: malè pereunt. EB. pol ita est.
 LV. Nihil accidere bono uiro mali potest:
 Aerumna, exilium, mors, ita sunt cuilibet:
 Vt est animus eius, qui ea fert: si bene,
 Bona sunt: si malè, mala. nam bonus in statu
 Permanet, & quicquid cuenit, ad suum uertit bonum.
 Vt enim tot amnes, tot fontes, qui intrant mare:
 Saporem illius non mutant: ita impetus
 Rerum aduersarum non foedat animum
 Hominis pij. EB. Sapienter Ludoberte memoras.
 LV. Paternum, Eberthali, Deus animum obtinet.
 Vt enim patres torpere liberos, situ
 Perire aut ociari non sinunt: ita
 Deus, quos amat, exagitat laboribus:
 Vt patièdo prælustre robur colligant.

EB. Dicis

NICODEMI FRISCHLINI

EB. Dicis magnificè. LV. idem impios, quos parcere
Videtur, deterioribus seruat malis.

Erras, si quem futuris exceptum putas:
Veniet ad illum felicem sua portio.

Quisquis uidetur dimissus, dilatus est.

BE. Mirabar equidem, quæ hæc Dei esset lenitas:

Neq; animum inducebam hæc tanta huius facinora

Talandi sic abitura esse. LV. tacito pede

Diuina solet uindicta olim procedere.

Sed tarditatem poenæ, grauitate acriter

Compensat. nam si quem pro scelere ulciscier

Vult Deus: ei diuturniorem, ut plurimum

Impunitatem consuevit concedere:

Vt ex rerum immutatione fortius

Doleat. EB. Talando hoc olim euenturum, esse idem,

Tam non dubito, quam me saluum in coelis fore.

Sed tempus est abeundi. nam tuba datur

Profectionis signum. LV. properemus igitur.

EB. Eadem te mecum rheda uelim auehi.

LV. Labet. si grati tibi sunt sermones mei.

EB. Gratissimi. nam nosti illud prouerbium:

Vix conuitem facundum, esse loco uehiculi.

ACTVS



ACTVS QVINTI

Scena I.

Hildegardis, Rosina.

Senarij Iambici.

Q Vando hoc iter, Rosina, euenit prosperè:
 Et omnia lepide succedunt sub manus,
 Quæ ago: Deo immortalī habenda est gratia.
 RO. Ita est. nam uideo re ipsa propitium tibi

Deum: qui sic tuas fortunârit manus:
 Vt medicinam faciās tam benè, tam commodè.
 Nam quis morbus tibi obuenit: quem remedijs
 Tuis non propulses? quæ podagra? quæ lepra?
 Quæ aqua intercus, quam tu medicando ista ctenus
 Non promptè exterminaueris? miror equidem,
 Vnde hæc tanta tibi innata fiet industria.

HI. Dei præsidio atq; ope, Rosina, prouenit,
 Quicquid boni est. nam soli huic acceptum fero,
 Hoc quicquid est industriæ. RO. facis, ut te decet.
 HI. Quæcunq; agimus, Rosina, in uita, ea maxime

Dei ducuntur nutibus: ipsi obtemperant
 Vni: Deum spectant: Deo quod displicet,
 Haud facile admittunt cæteri: quicquid Deo
 Placuerit: hoc sequuntur, quæ uiuunt, mouent,
 Et sentiunt. RO. ita est: sed istuc interim
 Vsumq; rerum profuisse tibi. quæ enim

NICODEMI FRISCHLINI.

Puerpera fuit, aut quæ grauida foemina,

Cui tu domi non obstetrix quasi fueris?

HI. Non inficior. nam siquid facio, quod hominum
Vitæ conducatur, ea uoluptas maxima est.

Quamquam Alcuino non parum deberier

A me lubens fateor: cuius nunc olim quasi

Discipula in re medica fui. RO. noui. ædepol:

Et Alcuinum hoc mihi recordor sæpius

Memorasse: sed dum tu alijs remedium

Paras: uelim tuis quoq; subuenias malis.

Nam inscitus est medicus, qui in alienis malis

Medicinæ profitetur tenere scientiam:

Seipsum curare nescit. HI. quid nam ergo mali

In me est, quod ego curare nolim aut nesciam?

RO. Vah. quid rogas? ærumnæ, exilia, mors, fames,

Paupertas, inopia. HI. ne te hæc sollicitent mala.

Est in cœlis mihi Aesculapius, Deus:

Qui medicinam his morbis adhibet, me subleuat,

Me sustentat, me recreat, reficit, fouet, alit.

RO. At interim tuis nihilominus hostibus

Das supplicium: qui de te exule triumphum agunt.

HI. Nullum putandum supplicium est, quo etiam boni

Fortesq; possunt affici: fatis, ô soror,

Hæc tela sunt, non culpæ: supplicium quod est,

Sceleris poena est: quæ nemini accidere potest,

Nisi nocenti. RO. uera quidem memoras: sed dolet

Tamen hoc mihi interim: te immerentem sic premi:

Cum perduelles tui cristas domi erigant.

HI. Sine erigant: at exilium hoc mihi mortuæ

Erit memorabile, meum me periculo

Caput

Caput
Splen
Talan
RO. H
Istius
Villu
HI. T
Inimic
RO. A
Quam
Sed tu
RO.
RO.
RO. I
Nam
HI. La
Quon
Vther
Quod
Nunc
Ne hor
Et quæ
RO. En
Opera

HILDEGARDIS M'AGNA.

Caput præoptauisse ponere: quàm ut domi
Splendens & fortunata pudorem amitterem.

Talandum sua manet poena, sua portio.

RO. Heu cor mihi rumpitur, cerebrum finditur:

Istius hominis ubi sit quique mentio.

Vt illum Deus exemplis perdat pessimis.

HI. Thyestæa isthæc execratio est: mala

Inimico non precor: meliorem animum precor.

RO. Ah Hildegardi, hera dulcissima: quàm facili
lis es?

Quàm lenem animum obtines? HI. sic esse me decet.

Sed tu interim præcepti oblita es, quod dedi.

RO. Cuius? HI. ne sic imprudenter me nomines.

RO. Intelligo. HI. neue tuam Reginam appellites.

RO. Pol, ego si te audeam meam matrem nominem.

Nam tu secundum matrem mater proxima es.

HI. Laudo te ob hoc, & propterea te unum obsecro:

Quoniam Deus Omnipotens suum ostendit animum:

Vt heram me tibi fuisse, nunc sociam uelit:

Quòd antehac pro iure imperitabam meo:

Nunc oro per commune hoc infortunium,


Ne honore me secus honestes, quàm par erit:

Et quæ nunc sum, meminisse at rectè memineras.

RO Ero memor. HI. nunc ingrediamur, si fortè quis

Operam requirat medicam, inueniat nos domi.

ACTVS.



NICODEMI FRISCHLINI

ACTVS QVINTI

Scena II.

Talandus, Benzelo, Rosina.

Oſtonarij Iambici.

N Ae ego sum homo miſer, qui tam longum com-
feci iter, neq; medicum
Romæ ullum inuenio; qui huic malo medicinā
faciat: quid rei eſt?

Quid hoc dicam eſſe Benzelo? quid cenſes? credam ne
ego oculos

Mulieri? BE. præſagiebat mihi animus rem tandem ad
mulierum

Auxilia redituram; ut poſtquam nihil in cæteris medicis
ſpei

Tibi eſſet reliquum, exemplo Phaonis, rogares ſorori-
nas.

TA. Pudet me hercle. BE. imò illos pudeat ſuæ potiùs
inſcitie;

Quòd, cum huic morbo remedium afferre nequeunt, te
ad mulierculam

Remittunt. TA. uera loqueris. BE. nam hodie ita ſunt
animati inſcij

Et imperiti, ut quos curare neſciunt, hos transferant
Ad indoctos: ut commiſſa per alios ſuæ nemo imputet
Inſcitie. TA. ex tripode hoc dictum eſſe recor. BE. quidā

hodie perfidis

Iudeis

Non reddito ab eo, qui iam dudum reddere debuit: ro-
go

Vt in meo me iure pro uirili & ratione officij
Adiutet: respondit sine tribus siclis mihi nil prorsum
opis

Afferre posse. hodie cum siclos, quos magnis sudori-
bus

Hinc inde corrogavi, apporto: bonus senex acce-
pta ea

Pecunia, mihi uerba dedit, os subleuit penitissime.

CL. Facimus indignum per Iouam. SICH. tum
autem collega Simeon.

CL. Quid is designauit? SICH. filium habet, qui
Hirami ciuis mei

Et popularis cognatam uitiauit: quam contumeliam
Cum queritaretur Midiani isti, uitiatam ille uirgi-
nem,

Ad se accersitam, oppressit denuò. CL. & flagitium, &
scelus.

Digni ambo, in quibus exemplum statuatur iustitiæ.
SIM. quò rapis?

Quò me protrudis cubito? DA. huc sistite, ut iudicis
sententiam

Accipiat. CL. Si quis falsum dixerit olim testimo-
nium:

Aduersus fratrem aut proximum suum: malum, quod
alteri

Inferre cogitauit, ipse ferat. oculus tuus, & bone

Iudex, nulli perfidiæ parcito, nulli periurio.

Anima pro anima, oculus pro oculo, pro dente dens, pes
pro pede.

NICODEMI FRISCHLINI

Maledictus omnis qui falsum protulerit testimonium:
Et dicat omnis populus Amen. IV. Amen. DA. Amen.
SICH. Amen, Amen.

CL. Anima eius deleatur è populo Dei: dicatq[ue] popu-
lus

Omnis Amen. IV. Amen. DA. Amen. SICH. Amen.

SIM. ah parcite quæso ætati meæ,

Quæ grandior est. DA. cur tu quæso Susannæ non pe-
perceras,

Quæ iunior est: SI. aspiciite hos canos senis octo-
genarij.

DA. Cur tu senex non innocentiam Susannæ aspexe-
ras?

SICH. Curram curriculò, ut Hiramum compleam im-
prouiso gaudio.

SIM. At generis & familiæ saltem rationem habeatis
meæ.

DA. Qui sunt bono genere prona? ~unt ingenio
malo,

Suapte culpa ingenium turpant: g. s ex genere ca-
piunt.

MI. Ah parcite quæso mihi, bene de Republica merito
seni.

DA. Quid hoc? an tu, ubi, quid lubitum fuerit tibi, pro
lubito feceris:

Neq[ue] huius sis ueritus foeminae primariae, ô Canaæ
genus,

Quin tu nouo modo ei faceres insignem contumeliam:
Venias nunc precibus lutum peccatum tuum? ecquid te
pudet?

Turpe

Turpe est senem in noxa esse: turpe culpam deprecari.

SI. Væ misero mihi, quanta spe decidi? CL. uincula nunc demite

Matronæ huic innocenti: & liberam dimittite ocyus:

Hos autem perfidos in illius locum submitte:

Vincite, rapite, quadrupedes constringite. SI. hei mihi MI. uæ mihi.

DA. Ego Susannam comitabor: uos ualete interea iudices.

IV. Vale optimæ indolis puer, Deus tibi salutaria

Det ingenij, & pietatis incrementa. CL. uale mi Dani-

niel: Dominus tecum: qui studia & uitam moresq; tuos dirigat.

Profecto uerum est, quod dici solet, Deum laudes suas

Perficere ore infantum, & puerorum uoce, adhuc latantium.

Sed quis uestrum putasset iudices, tam perfidos senes

Esse hos collegas? IV. nemo equidem nostrum. sed quia reperit Deus

Nocentes, iustum agnoscere debemus piorum uindictam.

GL. Sic est. IV. eamus nunc domum: quia agendum nihil restat aliud.

CL. Eamus omnes: & Deo agamus gratias, quod sanguine

Innoxio & immerenti nostras non sœdauimus manus.

A C T V S. V.

Scena. IIII.

Lorarij, Simeon, Midian.

Oſonarij Iambici.

Quid reſtitas edentule? perge. **SI.** ah commiſereſcat te mei.

LO. In periuros nulla eſt miſeratio. quin tandem pergitis.

Ite ocyus, aut flagris ad ſupplicium iſthinc abripie mini.

MI. O uos ſenes & iuuenes exemplo meo ſacram fidem

Seruare, & uera dicere per omnem uitam conſueſcite.

SI. O pueri à ſacrilegis uagisq; iam deinceps libidinum

Furoribus abſtinete. nam quæ merces detur amoribus
Lenonijs, noſtro exemplo uidebitis. **SI.** ò miſerum diem,

O in fauſtum. **MI.** ò lucem maledictam, in qua natus fui miſer.

SI. O execrandum hominem; qui patri dixit, natum me ſibi

Filium. **LO.** agite ignaui, hirci uetuli: pergite ocyus, ocyus.

S V S A N N A.

ACTVS. V.

Scena V.

Sufanna, Daniel.

Oſtonarij Iambici & Senarij duō.

Supreme Deus, ſpectator humanarum mentium
Deus,
ſpem inſperatam quoniam obtuliſti hanc mihi,
merito grates ago.

Nam ex Orco in uitam me reuocaſti, ope huius pueri
paruuli:

Et innocentiam meam teſtatus es: tibi laus, tibi
Decus immortale, tibi honor ſempiternus. DA. merito
equidem Deo

Magnas habere atq; agere gratias æquum eſt: quando
omnia

Hæc euenerè nobis adeo proſperè & feliciter.

SV. O Daniel, Daniel, quid ego nunc te laudem? ſat
certo ſcio,

Nunquam ita magnifice quicquam dicam: id uirtus quàm
ſuperet tua.

DA. Deo acceptum referre decet, quicquid geſtum eſt
bene, haud mihi.

SV. O Daniel, ut ego poſthac ſemper tibi, quod pote-
ro, & quæ uoles,

Faciam & dicam, DA. benignè dicis mater. SV. ſic
meritum eſt tuum.

NICODEMI FRISCHLINI

DA. Imò non hoc meum est, sed ipsius optimi meritum
Dei:

Cui gratias ago, quòd tuæ innocentiae testis fuit
Tam locuples. SV. equidem uix sum apud me: ita com-
motus animus est metu,

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
Sed ubi maritus nunc est? ubi parentes? ubi meli-
beri?

Eamus, ocyus intrò: ut hunc metum, in quo nunc sum
illicet

Adimamus: atq; tristes animos expleamus gaudio.

DA. EAMUS omnes. uos ualete spectatores optimi:

Et si uobis Susannæ castitas, Danielisq; pietas

Placuit: claro signo aëtori plausum date.

FINIS.



S V S A N N A .

IN SVSANNAM FRISCH-
LINI, IOHAN: POSTHIVS

M. & P. L.

Spectabit quicunque piam, Frischline, Susannam,
Vestibus ornavit quam tua Musa novis:
Miratus rarum eloquium, miratus honorem,
Pulchrior haud, dicet, ipsa Susanna fuit.

IN EANDEM NICO-
LAUS REVSNERVS IV-

reconsultus, P. L.

Quantum uiua potentior mouendo
Muta uox solet esse uoce: tantum
Frischline optime Nicodeme uates,
Susanna est tua gratior: referta
Comicis salibus, iocisq;: quam quæ
Olim scripta elegis mihi est tenellis.
Quin tandem satis haftenus politam,
In claram pateris uenire lucem.

IN SVSANNAM FRISCH-
LINI, IOHANNES LAVTER-
bachius, Poeta Nobilis & Coronatus.

Cum Frischline mihi Comœdia lecta Rebeccæ,
Cum Susanna, mouens tincta lepore iocos.

NICODEMI FRISCHLINI

De sunt uerba, quibus, Frischline diserte Poeta,
Leticie dicam gaudia uera mea.

Gratus erat puri sermone Terentius oris,
Ob lepidos Plautus gratus & ipse iocos.
Dramata sed postquam tua mi Frischline re-
legi,

Quae mihi docta tuo nomine Musa dedit.
Sorduit in puri sermone Terentius oris:
Sorduit in lepidis Plautus & ipse iocis.
Purus es ore, iocis lepidus, pietate uerendus,
Qua caruere duo dramata, solus habes.

I D E M.

Ornatus, pietas, pudor, uenustas,
Est scenae decus optimum pudica.
His comoedia dum triumphat orbe
Frischlini medio recens, uenustum
Cui Susanna dedit uenusta nomen.
In scena decus optimum uidetur
Ornatus, pietas, pudor, uenustas.

IN



IN EANDEM EPIGRAM-
MA M. HIERONYMI MEGISE-
riscriptum ad Nobilissimum, & omni vir-
tutum laude præstantissimum virum: D.
Rupertum à Stozingen, &c. Cæs. Maiest. consili-
arium, & sereniss. Archiducis Austriæ Ma-
ximilianum Magistrum Anlicum:
Dominum & patronum
suum optimum.

STozinge, Aonidum decus sororum,
Atque Heros animi sagacioris:
En, quæ casta tibi uenit Susanna,
Frischlini numeris tui politis
Exculta, & modulo sonantiore:
Hanc tu suscipe, nec piam repelle:
Dignare hospitio, tuoq; tecto:
Et quo tu celebrem antea Rebeccam
Suscepisti animo, piam, pudicam:
Et quo tu reliquos amore fætus,
Nostri uatis amas: eodem amore,
Eodemq; animo cole hanc Susannam,
Maritam teneram hanc & integellam
Hæc nil suauius elegantiusue est:
Hæc est mollicula & tamen pudica:
Hæc affert salis haud parum, & leporis
Affert lauitias politiores,
Et multam simul eruditionem,

NICODEMI FRISCHLINI

Plautinaeq; fauos loquutionis,
 Atque omnes Latias amœnitates.
 Quare suscipe, nec piam repelle,
 Dignare hospitio, tuoq; tecto.
 Multo huic inseruit nitore & arte
 Flosculos capiti elegantiores
 Frischlinus, nisi opinione fallor,
 Hoc æuo optimus omnium poeta:
 Tantoq; optimus omnium poeta,
 Quanto tu optimus omnium patronus,
 Stozinge, Aonidum decus sororum.

IN SVSANNAM FRISCH-
 LINI, MICHAEL FEN-
 dius Monhemius.

Rebus ut in multis ætas hæc nostra priorem
 Vincit: & inuentis certat ubique suis:
 Sic etiam uatum superat bonitate: uetustas
 Ne laude ingenij tempora nostra premat.
 Ecquot Naso pares elegis, epigrammate Marsus
 Iam possent æqua mente uidere sibi?
 Discit & Aeneis æqualem ferre: nec uni
 Gloria debetur iam Venusina lyra.
 Restabat laudi solum Comœdia nostræ,
 Hoc nondum scenis tempore culta nouis.
 At ne quâ priscis hoc æum cederet annis:
 Comica Frischlini Musa ministrat opem.
 pro:

S V S A N N A.

Prodiit in uulgus dudum commissa Rebecca,
 Vuirtenbergiacis fabula lusa toris:
 Quam pretio, quam laude duces ac uulgus amore,
 Et dignata boni Cæsaris aula fuit.
 Non minor auspicijs abitura Susanna per orbem,
 Linqvit inoffenso limen herile pede.
 Priscus abire comes uoluit: sed uulnere nuper,
 Afflictum morbi continuere senem.
 Post secum plures, quas iam censura coerces
 Auctoris, quando uenerit ille, trahet.

IN SVSANNAM D. NI-
 CODEMI FRISCHLINI, POE-
 tæ coronati, & Comitæ Palatini Cæ-
 sarei, Domini & præceptoris sui summè
 colendi M. Henricus Vuellingius.

S non difficilis, sed expedita
 Res est, exiguaq; constat arte,
 Drama scribere comicum: quid obstat,
 Nostra Dramaticis caret quod ætas
 Scriptis: nec lepidi superba socco est:
 Vt nec magniloquo canit cothurno
 Heroum, atque ducum, uirumq; gestas
 Multi carminibus typos fatigant:
 Paucos edere Dramatum libellos
 Videre est, & eos quidem eruditos.

Quos

NICODEMI FRISCHLINI

Quos inter uelut emicat pyropus
 Gemmas inter & Indicos lapillos
 FRISCHLINVS: Tubij decus Lycei,
 Quo Comœdia nunc habere cœpit
 Præclaro auspice pristinos honores:
 Quoque autore eadem placere rursum
 Cœpit principibq; Regibusq;.
 Verum sit facile & sit expeditum
 Omnibus, Tragicumue Comicumue
 Drama scribere: an omnibus licebit?
 Et quisquam poterit mihi REBECCAM,
 Et quisquam poterit mihi SVSANNAM,
 Sed talem dare, qualis illa nostri est
 SVSANNA egregia, elegans, uenusta,
 SVSANNA ore decoreq; absoluta,
 FRISCHLINI benè Comici periti:
 Qui cunctos superat: quot aut fuerunt:
 Aut sunt: aut alijs erunt in annis?
 Qui dum tam pia, sancta, casta, docta,
 Scribit: utile copulatq; dulci:
 Ars, quæ desiderat propè exhibendi
 Scripta comica, scenicos & Actus,
 Paulatim auspicijs resulget eius:
 Ut possit ueteres & æmulari
 Nostra ætas simul, & simul præire.
 Viuat clarus in orbe, uiuat usque,
 Viuat ô Pylæ dies senectæ
 FRISCHLINVS, pater elegantiarum:
 FRISCHLINVS, patriæ iubar coruscum,
 Et fons totius eruditionis:

SVS ANNA.

Quo Comœdia nunc habere cœpit
Præclaro auspice pristinos honores:
Quoq; autore eadem placere rursum
Cœpi principibusq; Regibusq;.
Laudetur, placeat, legatur atque
Ametur, uigeatq; & usque, & usque,
SVS ANNA egregia, elegans, uenusta,
SVS ANNA arte decoreq; absoluta.

IN SVSANNAM N. FRI-
SCHLINI P. L. COM. PALA-
tini Cæs. Epigramma M. Matthiæ
Haffenrefferi, Lorchenfis.

ὦς φάει ἡελίς λαμπρόν, λαμπρά τε σελήνη
λάμπει σὺ μέσῳ ἀστερόεντι πόλῳ·
ὦς Φριχλίνε σέο σὺ πολλοῖς θεῇ ποιητῶ,
Θωμάσῳ τι φάει πάντα ποιήματ' ἔχει.
ὦς ἡ Σωσάννα πολὺ λαμπρόν τ' ἐστὶ ποῖμα,
καὶ πάντων ἄλλων λαμπρότατόν τι φάει.
τίς τις ἀνὴρ ἄρξῃτ' εἰ ἀπ' ἀρχῆς ἀξιόαιδον,
καὶ κἀλλεὶ μεγέθει τ' ἴσα διδόναι ἐπι·
ῤῥῶν αὖ ὕψανων φώτων γε ἀριθμὸν σὺ εἶδῃ,
πάντα τὰ σὺ κύνῳ σὺν ὄλυνθ' ἔχει.
οὐ γάρ ηὐαί μέγεθ', εἶδ' ἡ σιγαλόοντα
εἶματα, ἡ Σωσάνν' ἐσο φαεινότεραι·
ὦς Φριχλίνε ἔσται ῥα ποιήματι τὶ τῷ,
ἐκ φανεῶν πολλῶν πάντα φαεινότητῳ.
ἐνθάδε ἀγνεία Σωσάννης, ἐνθα γυναικὸς

NICODEMI FRISCHLINI

Ευσεβέσ τε τύχη: κύνεια πάντα φάσ.
 Χαῖρέ μοι, ὦ Φρισχλίνε, φανερὸς χαῖρε ποιητά,
 Χαῖρε ποιήματ' αἰεὶ πολλὰ φανερὰ ποίεσ.

IDEM LATINE A M.
 VALENTINO CLESSIO
 Knittlingensi conuersum.

Splendidus ut solis nitor, & fax candida Luna,
 Astrigeri medio splendet in orbe poli:
 Sic tua præ reliquis sacer ô Frischline poeta,
 Omnia mirandum carmina lumen habent.
 Sic Susanna sacri nitidissima carminis hæc est
 Structura, ac animi lucida tæda tui.
 Huius si merito quisquam præconia uersu,
 Et solida tentet tollere laude decus:
 Is citius stellas posset numerare micantes:
 Quas in circuitu latus olympus habet.
 Namque habitu, forma uel splendidioribus ipsa
 Vestibus ornari casta Susanna nequit:
 Quàm hoc Frischline tuo est uestita poemate docto:
 Cætera quo uincit scripta nitore tua.
 Hic mens Susannæ casta, hic fortuna pudicæ
 Matronæ, hic fulget laudis & omne decus.
 Viue diu, Frischline uale fax splendida Vatum:
 Splendida perpetuò carmina scribe, uale.

FINIS.

C O R R I G E N D A.

IN REBECCA. In Prol. Vers. 63. lege quadringenti, pro quadraginti. A. 7. Colum. 1. uers. 1. leg. Vos ceteri rus B. 3. Col. 2. lin. 12. leg. Id iam tenes? EL. tenco. AB. B. s. Col. 2. uers. 12. leg. 18. Pol C. 2. Col. 1. uers. pen. leg CH. Eo hinc. C. 6. Col. 2. uers. 4. leg. EL. Vbinam C. 8. Col. 2. uers. 12. l. perduxit D. 8. Col. 2. uers. 16. leg. IS Imò aliud. E. 2. Col. 2. uers. 1. le. BA. Mira narras E. 4. Col. 2. uers. 6. leg. Gastrodes? quin citò G. 2. Col. 1. ad lineam ultimam ad de uersum omissum:
Vxorem destinat: tibi desponsam à patre:

IN SVSANNA. B. 1. Col. 2. uers. 1. leg. refert, pudet: B. 7. Col. 1. uers. 13. leg. credebat. Itaq; F. 1. Col. 2. uers. pe. leg. pari.


IN HILDEGARDI. B. 3. Col. 1. uers. 9. dele à. B. 4. Col. 1. uers. 20 leg sed si id non factis: D. 2. Col. 2. uers. 3 pro ager, leg. agè.

IN DIDONE, omissum uersum, culpa neglecti custodis ut uocant: B. 8. Col. 2. ad lineam ultimam appone sic Pecudumq; secum ducat huc piacula

Lectori.

Siquis inest alius nostris in uersibus error:

Error Chalcographi, non meus error erit.



HILDEGARDIS MAGNA.

Quòd dignas te, atq; ut meritus es, non das poenas hodie mihi.

Sed ne impune auferas hoc tantum flagitium, cras amoue

Tecè conspectu meo: fuge in insulas usq; remotissimas: Illic tantisper exula, dum te reuocem. abscede ocyus.

TA. Ah me miserum: quid egi? quid feci? cur præceptis tuis,

Ludoberte, quæ dabas, sacerrimis dudum non parui? Nunquã me in hæc flagitia ingurgitasset. heu ubi nunc Benzelo

Hortator scelerum? istã fides, amicum in rebus asperis,

Sorte aduersa deferere? ut illum dii perdant radicitus.

HI. Scin' nunc meam in te Rex fidem, an adhuc dubitas?

CA. imò sat scio:

Neg; opus est, ut ad integrum redeat hæc eadem oratio. Deo potiùs agamus gratias, quòd ex his miserijs

Tantis & te & me exemit. Nam nunquam quicquam fuit animo

Meo ægrius, quàm posteaquam audiui esse in hoc te crimine.

HI. Ego illud scio, quàm doluerit cordi meo: cum patria

Eiecta, exul, inops inter ignotos ætatem agerem: sine Culpa. CA. satis audiui, satis tuas ærumnas maximas.

HI. Ah quàm timui malè, ne nunc animo ita esses aspero:

Vt olim in me fueras. CA. mea Hildegardi, uxor suauissima,

NICODEMI FRISCHLINI

Non licet homini esse sæpe ita, ut uult, si res non sinat.

Itaq;

Per dexteram tuam te oro: ignosce hoc: irata ne sis.

Nam dissidium hoc nulla euenisse mea culpa, id te stor

Deum.

HI. Et ego scio me cauisse, ne ulla meritò contumelia
In te unquam fieret. CA. expleuisti animum meum: teq;

hoc satis

Superq; crimine expediuisti. HI. ita sperat animus qui-
dem.

CA. Hoc tantum te oro: ut sis porrò eadem, quæ hacte-
nus. HI. ne dubita here.

CA. Sæpe inter coniuges iræ interueniunt istius modi:
Pòst ubi rursum inter eos reuentum est in priorem grã-
tiam:

Bis tantò amici sunt inter se, quàm priùs. HI. sanè nihil
Est, quod ego malim, quàm hoc ipsum. Nam concordii
connubio

Nihil est amabilius. CA. eamus ergo intrò. Vos plau-
dite.

FINIS.



NOBILISSIMIS,
ET PRVDENTISSIMIS,
CLARISSIMISQVE VIRIS: D. PHI-
lippo à Kettenheim, Prætori & Academiæ
Argentoratensis Cancellario: D. Carolo Lor-
chero, Consulari: & D. Nicolao Cnie-
psio, vtriq; quindecemuiro: suis
Dominis, colendis, S. P.



Voniam ea, quæ hanc sequi-
tur, Comædia, Iulius Redi-
uius, dedicata & consecrata
est à me, nomini & memoriæ,
huius amplissimæ Reipub. Argentinen-
sis, sempiternæ: iccirco non putavi com-
mittendum: vt sine vestro præsidio, viri
nobilissimi, atq; amplissimi, prudentissi-
miq; in lucem hominum abeat: atque ad
manus principum & optimorum, in hac
vrbe, virorum iam temporis perueniat.
Intelligo enim mihi, è peregrinis locis
domum reuerso, opus esse cùm multis ad
conata perficienda adminiculis, tum in-
primis eorum hominũ ope, atq; auxilio:
qui & per se, & per alios, in optimarũ ar-
tium, & literarum studijs promouendis,
plurimum possunt. Non enim rarò fit, vt
quæ optimo animo, à scriptoribus in lite-

ras referuntur, ea aut ad optimos quosq;
nō perueniant : aut si perueniant, nō per-
ferantur eò, sine malorum hominum ca-
lumnijs. Est enim huius exulcerati seculi
ea peruersitas : vt quidā improbi, è bono-
rum & innocentium virorum contume-
lijs atque iniurijs, laudem se inuenturos
esse confidant. Ac tametsi non sum ne-
scius, plerosque optimatum, in hac vrbe,
de studijs literarum rectè sentire : tamen
præteritorum annorum memoria hoc à
me efflagitat : vt ego piscatoris icti morè
imitari, ac damno accepto, sapere deinceps
consuescam: nō quòd antehac quic-
quam à me insipienter scriptum sit, aut
quòd alius quicunq; aliquid, impruden-
ter à me scriptū esse demonstrauerit: sed
quòd ego videā, & reapse intelligam, eas
calumnias, quæ à malis, & maleuolis pro-
ficiscuntur, etiā in aliorum hominū men-
tibus atque animis ita inhærere: vt vix vl-
la deinceps oratione, quā libet vera, rur-
sum euelli possint. Cumque ignotus sim
ego, huius vrbis amplissimo senatui, aut
non ita notus (quanquam famigeratorū
culpa) vt esse cuperem: nullos certè aptio-
res mihi comparare potui patronos, per
quos hic Iulius meus toti senatorio ordi-
ni

nicommandetur: quàm vos triumuiros,
homines prætoria, & consulari dignitate
conspicuos: Academia huius pulcherri-
mæ scholarchas. Quis enim candidiori
animo affectus sit, erga præconem Ger-
maniæ, & laudum Germanicarum, quàm
prætor, quàm consularis, quàm quindec-
cemuir, in primaria totius Germaniæ Re-
pub? quis meliorem ferat sententiam, de
laudibus rei equestris: quæ in hoc Iulio
celebratur: quàm nobilis, & princeps ci-
uitatis? quis rectius iudicare possit de li-
bro, & de re libraria, quæ itidē in hac Co-
mædia laudatur, quàm literatus, quàm
Academiae Cancellarius, quàm scholar-
cha? Equidē magna, ut verū fatear, cum
voluptate nuper audiui dicentem te, no-
bilissime & amplissime vir, Ioannes Phi-
lippe Kettenheimi, prætor huius vrbis:
cū tu potestatem faceres Decano pro-
mouendi magistros. Mirabar enim, te ad
veterem profapiam, & ad eam, quam à
maiorib. accepisti lucem, ceterasq; virtu-
tes, quæ in te prædicantur, pietatem, pru-
dentiam, liberalitatem, iustitiam, huma-
nitatem, etiam adiungere studia literarū,
& famam doctrinæ.

Nec minori voluptate afficiebar, cū

pòst in suaue illud colloquium venissent;
quod mihi, & optimo doctissimoq; viro,
Poetæ, Oratori & Iurisconsulto, D. Nico-
lao Reusnero, huius Academiæ professo-
ri, & scholarum visitatori, tecum fuit, Ca-
role Lorcher: vir præclarissime, & mul-
tis nominibus mihi colendissime: cùm
nos à solenni prandio, amicè inter nos
conuersaremur. Nam ex illo statim per-
spexi, vera esse, quæ de tuis præstantissimis
virtutibus ego iam antè, hominum fama,
& literis, quàm plurima acceperam. Phi-
lippi Cniepsij, quæ sit humanitas, quæ in
Deū, & omnes bonos viros pietas, quod
de optimis quibusque bene merendi stu-
dium; quis quæso in hac est Repub. qui ne-
sciat, qui ignoret? Et quomodo ego me-
liores mihi, meoque Cæsari Iulio & Cice-
roni parare potuissem amicos & patro-
nos: quàm vos ipsos, tot tantisque orna-
tos virtutibus: quantis ad meum institu-
tum mihi opus esse video? Si enim ea ve-
lim in lucem edere: quæ conscripsi: & quæ
tot amici à me efflagitant: si coepta velim
absolvere: si absolutis vltimam manum
addere: facile intelligo, quorū ego homi-
nū patrocínio & præsidio indigeā. Et cur
ego de beneuolentiā vel vestra, vel etiā
totius

totius senatus quicquam dubitem? Nam
quid possit cæteris huius vr̄bis præto-
ribus esse, vel generis nobilitate, vel
studio pietatis, vel fide vel v̄su rerum, vel
humanitate antiquius? quid consulibus,
quid Iurisconsultis, quid curialibus, vel
pietate prius, vel sapientia prestantius,
aut v̄llo denique laudum genere excel-
lentius? Quod si qui erunt, qui argumen-
tum huius Comædiæ extenuare ausint:
illorum ego animis hoc cogitandum re-
linquo, quanti illud sit, quòd quicquid
Cicero loquitur, suis loquitur verbis:
quibus adhuc viuis vti solebat: quæque
etiamnum in hominum extant memo-
ria: & quòd Cæsar, quicquid loquitur: id
propè omne, è commentarijs suis de-
promtū, loquitur. In Prisciano vapulāte
mirati sunt aliqui, Iauellum, Neuisanum,
Barberium, nihil aliud loqui, quàm quod
olim scripserant: & Philonium atque Li-
lium alijs non vti verbis, quàm suis, hoc
est, quæ in Lilio & Philonio Medicinali
passim occurrunt. Quod isti in re ridicula
mirandum esse censent: idem haud du-
bie in re graui & seria nequaquam culpa-
bunt. Sed ad vos redeo, viri Nobilissimi
atque amplissimi: vosque oro & obte-
stor:

stor: vt quæ vestra est, de literis & literatis
viris, bene merendi alacritas, eam in hoc
quoq; Iulio promouēdo vsurpare velitis.
Nam hac ratione, non me solū, huius Cæ-
sarī, atq; huius Ciceronis patrē, sed alios
etiam quā plurimos, qui reliquos inge-
nij mei fētus, summo cum desiderio iam
diu expectant, vobis deinceps obstringe-
tis. Christus, Deus & homo, optimus ma-
ximus: qui ante annos 1584. in hunc
mundum pronatus est: vos vestrasq; fa-
milias omnipotenti manu sua prote-
gat atq; gubernet. Argentorati Idib. Nouemb.

* * *

Nicodemus Frischlinus.



IVLIVS REDIVIVVS
COMOEDIA, IN
LAUDEM GERMANIAE
& Germanorum scripta.


Auctore
NICODEMO FRISCHLINO,
Poëta coronato, Cæsarij Pa-
latij Comite.



Cum gratia & priuilegio:
Argentorati apud Bernhardum Iobinum,
M. D. LXXXV.

MONODIA IN
FORMA DE RHINIAE

SCOTIA
TOMAS DE RHINIAE



Curiositas & curiositas
M. C. XXV.

NOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS ET PRV-

DENTISSIMIS VIRIS, PRAETO-

ri, Consulibus, atque Senatui liberæ

Imperialis vrbis Argentoratensis:

Dominis suis obseruandissimis:

S. P. D.

Nicodemus Frischlinus P. L. Co-

mes Palatinus Cæsarius &c.



Vam cuique patriam esse
carissimam, nobilissimi,
amplissimi & prudentissi-
mi viri, ostendit nobis sa-
pientissimus ille Poetarū
Homerus: proposito exēplo Vlyssis: qui
cū multis annis domo patria abfuisset,
tanto ad extremum desiderio videndæ
Ithacæ suæ, quamlibet saxosæ & asperæ,
tenebatur, vt etiam optaret fumum de pa-
trij posse videre focis. Nam natale solū,
vt Poetæ verbis vtar, sua quadam dulce-
dine cunctos ducit: & immemores non
sinit esse sui. Habet enim terra quandam
cognitionem cum homine, quem produ-
xit & educauit: semperq; nobis ij loci ver-

sanctur ab oculis, quos à primis vitæ incu-
nabulis aspeximus atq; intuiti sumus. E-
quidem illam ipsam lucem, quam cum
vitæ exordio accepimus, patria terra no-
bis videtur suppeditasse: vt nihil interim
dicam de vitali illo aëre, quem à prima no-
stra ætate hausimus: & cui per omnes pu-
eritiæ annos assueuimus. Quātam enim
aër iste familiaritatē cum natura cuiusq;
hominis habeat: id nos quotidiana expe-
rientia, & rerum omnium magister vsus
perdocet. Videmus enim quanto cū pe-
riculo, præstantissimæ quæq; naturæ, pa-
trium & sibi congenitum aërem cum pe-
regrino plerunq; permutent. Quare ne-
mini mirum videri debet: quod optimi
quiq; patriam suam tanto semper amore
complexi sunt: quanto ferè amore libe-
ri suos parentes prosequuntur. Nam
prudentes viri, etiam mortem pro patria
oppetere honestissimum esse censuerūt.
Vt enim teterrimum est flagitium, dese-
rere patriam: aut eam hostibus prodere:
ita virtus est longè pulcerrima defendere
patriam: tueri pacem: consulere salutem ci-
uium: nocere nemini: prodesse vniuersis.
Et quoniam ortus nostri maximam par-
tem Patria sibi vendicat; ideo decet o-

mnes

mnes mortales in id elaborare, vt vnus-
quisque vires ingenij & corporis sui, ad
vtilitatem cōmunem conferat: alius qui-
dem laterum obiectu, vim hostium, à cer-
uicibus suorum ciuium propulsando: ali-
us salutaria Reip: consilia dando: alius æ-
grotis hominibus, ex arte medica opitu-
lando: alius iuuentutem in honestis arti-
bus ac disciplinis instituendo: alius deni-
que res maiorū, præclarè gestas literis il-
lustrando: & propositis præteritorum tē-
porum exēplis, homines ad virtutem &
honestè facta incitando. Quod cū ita
sit, neminem ego tam iniquum in me fu-
turum esse confido: qui me vituperet, aut
vituperandū ob hoc esse existimet: quòd
ego amore patriæ meæ impulsus, homo
Germanus, hanc de laudibus Germaniæ
Comoediam institui. Cū enim patria
me non procrearit, aut educarit militem
castrensem: neque me docuerit lacertis
& armis vim hostilē depellere: sanè hanc
gloriam & has agendi partes lubens illis
concedo, quibus natura & vitæ consuetu-
do studium rei militaris ingenerauit. Sed
quando Poetam me fecit patria: omnino
decere me arbitror, vt illam munere ali-
quo poetico exornem. Nam si prisca vini-

tores Baccho, grati animi causa, obtulerunt racemos: si veteres agricolæ Cererispicam: si venatores Dianæ ramosa viuacis cornua cerui: cur nefas sit, me Poetam dare patriæ meæ aliquod poemâ? Nolo igitur pluribus verbis instituti mei rationem reddere: ne, si maleuolorum odijs atque calumnijs pedem opponam, interim bonorum virorum rectis ac sanis, de meo poemate, iudicijs videar nonnihil diffidere.

Vobis verò Nobilissimi, Amplissimi & prudentissimi viri, hanc Comoediam, propter duas potissimum causas dedicare volui: quarum altera est honorifica, ni fallor, mentio illa huius amplissimæ vrbs, quam Cæsar Iulius & Marcus Cicero, in scenico ludo, satis admirari non possunt. Est enim vrbs hæc omnium ferè laudum, quas reliqua habet Germania, quasi compendium quoddam. Itaque non dubito, quin ista mentio Reipublicæ vestræ vobis pergrata sit futura. Altera causa, est amor ille vester & summum spectandi ludos scenicos, in vobis studium. Cui rei indicio est, magnificum illud theatrum, magnis sumptibus huius Reipublicæ extructum: in quo singulis annis aliquot

quot Comœdiæ & Tragoediæ, à studiosis
iuuenibus, laudatissimæ huius Acade-
miæ alumni agi, atque exhiberi solent.
Quòd si exterarum gentium laudes, quæ
in Græcis Latinisque Comœdijs atque
Tragædijs extant, vos tanto cum studio, è
vestris actoribus cognoscitis: minimè du-
bitabo, quin etiam patriæ nostræ vniuersæ
& in primis vestras quoque laudes, ex hoc
Iulio meo, & Cicerone: qui meo ingenio
reuixerunt, paratissimis animis sitis co-
gnituri. Erunt quidem fortasse aliqui, qui
bus non satisfecero: eò quod non omnia
patriæ ornamenta, non omnes præclaros
heroes, non omnes fortissimos Impera-
tores Germanicos, non omnes literatos
homines nominatim celebraui. At hoc si
facere voluisssem, eos imitari debuisssem,
qui de laudibus illustrium Germaniæ vi-
rorum, integra nobis composuere volu-
mina. Meo quidem Ciceroni mirum est,
reperiri in Germania Socrates, Platones,
Aristoteles, Lælios, Tuberones, Trebati-
os, Praxiteles & Sosigenes. Qui autem
isti sint, aut quibus appellentur nomini-
bus, hoc qui nescit, is discat ex aliorum in-
tegris voluminibus. Sed ad vestrum the-
atrum redeo: in quo si applausum inue-

nerit meus hic Iulius, animum addetis
mihi, vt in hoc argumenti genere maiora
aggrediar. Delineaui iam olim pro Te-
rentio isto profano: in quo pueri discunt
artes meretricias: delineauit, inquam, Eu-
nuchum, Adelphos & Heautontimoru-
menon, tres Comœdias nouas & sacras:
in quibus omnis historia Iosephi conti-
netur. Nam in Eunucho exponitur hi-
storia Iosephi, venditi à fratribus, amati
& proditi à Putipharis vxore, coniecti in
carcerem, liberati à Pharaone, & constitu-
ti in principem locum, in regno Aegypti.
In Adelphis negotiantur fratres Iosephi
in Aegypto: Simeon luditur à Serapio-
ne, seruo Iosephi, & eiusdem, Græcè lo-
quentis, interprete: idem cōijcitur in vin-
cula: adducitur Benjamin: ad extremum
Iosephus summa cum gratulatione, à fra-
tribus agnoscitur. In Heautontimoru-
romeno, Iacobus propter Iosephum, iam
olim amissum, & propter Simeonē cap-
tium, & propter abductum Benjaminē,
seipsum excruciat: filij, reuersi ex Aegyp-
to patrem letissimo nuncio exhilarant: du-
bius pater de profectiōe, confirmatur à
Iehoua: & tandem à Iosepho & à Pharaō-
ne, senex pater summo cum applausu o-
mnium

omnium Aegyptiorum excipitur. Con-
signavi etiam Hecyram : in qua historia
Ruth explicatur, & in Scenam produci-
tur. Verum vt has Comoedias non ab-
soluerem haftenus : fecit tum infortuni-
um quoddam meum : & mea illa in locis
peregrinis, negocij plena vita. Nam ad
huiusmodi scriptiones requiritur non
modò summū ocium, summa vitæ tran-
quillitas : sed etiam benigna Mæcenatum
liberalitas : sine qua nullum vnquam in-
genium præclarum potuit vires suas exe-
rere. Atque hæ causæ sunt, propter quas
inceptam illam quatuor Comoediarum
quas dixi, telam nunc cogor retexere, at-
que omnino abijcere. Non enim fruor
iam illa vitæ tranquillitate : qua fruebar
olim, cū Rebeccam, & Susannā, & Hil-
digardin & Priscianum vapulantem scri-
berem : aut cū Aristophanem Latinita-
te donarem. Quare consimilia illorum,
quæ tunc scripsi, vix à me, nisi in tranquil-
liori vita posito, tentari iam possunt.
Quod ergo reliquum est, oro vos viri No-
bilissimi & amplissimi prudētissimiq; , vt
Iulium meum, è mortuis resuscitatum,
pro vestra clementia & equanimitate be-
nigne habeatis : meq; in vestram tutelam

& patrocinium beneuolè suscipiatis. Est
enim suos vbique terrarum patronos ha-
bent artes & literæ; tamen meas quoque
litteras in hac celeberrima totius Imperij
Germanici vrbe, habere patronos perue-
lim. Equidem si respiciā memoriam præ-
teriti temporis: video in hac Republica
semper floruisse optimarum literarum
studia, earumq; cultores. Quamobrē me-
us Cicero, quem in scenam produco, si-
cut & Cæsar Iulius, inter alia non pos-
sunt satis admirari, tum alias Germaniæ
scholas, tum in primis vestram Academi-
am: in qua tot summi & clarissimi viri ho-
die literarum studia profitentur. Fuit enim
illis antiquissimis temporibus, quibus vi-
xere Cæsar & Cicero: fuit, inquā, ea Ger-
maniæ barbaries: in qua viri & femina pa-
riter ignorarunt literarum secreta, vt re-
statetur Cornelius ille Tacitus. At nunc,
per Dei gratiam, non Italia modò, sed
etiam Græcia Alpes nostras transuolauit.
De reliquo cultu patriæ nostræ nihil at-
tinet dicere. Nam is adeò conspicuus est,
præsertim in magnis Imperij urbibus: vt
nostra natio nulli alij videatur locum ce-
dere. Quod si qui extiterint, qui laudes
meas dicant esse sordidas: quia sint genti
meæ

meæ propriæ: nihil ego mouebor istorū
oratione. Nam non modò exempla ha-
beo exterarum gentium: in quibus idem
fecere ipsarum scriptores: sed noui etiam
quòd vera hîc scripserim: nihilq; nostris
hominib⁹ affinixerim vanæ aut falsæ glo-
riæ. Arque vtinam alij populi, aut minus
essent nobis iniqui, dum nostris laudibus
passim detrahūt: aut certè in laudum sua-
rum præconijs aliquantò parciores. Sed
quia de illis hominibus suo loco, & tuo
tempore dicetur à nobis: iccirco huic E-
pistolæ finem addimus. Deus optimus
maximus vos vestrosq; liberos, & hanc
celeberrimam vrbem, eiusq; Ecclesiā
& scholā, ad nominis sui laudem &
decus, ad animarum vestrarum
salutem, ad communis patriæ
nostræ emolumētum, quā
diutissimè conseruet.

Argentorati, Idib.

Nouemb. Anno

1584.

Testi-

TESTIMONIVM IN

CARNIOLA LIBVRNORVM

datum Frischlino.

NOs infra scripti, VVolffgangus Comes et liber Dominus à Turri, et S. Cruce, hæreditarius curiæ Carniolanæ & Sclauonicæ magister, & Archimarschalcus comitatus Goritiæ, S. Cesarie Maiestati, & serenissimo Archiduci Carolo, à consilijs: administrator ducatus Carniolani: & nos Carniolæ statuum quadrumviri: testamur, ac notum facimus omnibus, quod nobilis, & clarissimus uir, Nicodemus Frischlinus Poeta Laureatus, et Comes Palatinus Cesaricus, post impetratam nostris precibus uoluntatem, & permissum Illustrissimi principis, ac Domini, Domini Ludouici, ducis Wuirtembergensis & Teccensis, Comitum Mompeligardici &c. totum biennium apud nos studii generosæ, & ciuicæ iuuentutis moderatus sit, ac munus Rectoris, in Schola illustrium procerū, Lubeanæ sic præclare, fideliterq; administrauerit: uitam quoq; adeo honestam, & decentem gesserit, atq; ita sedulū in suo officio se exhibuerit: ut Carniolam procures hac illius opera, non modo semper fuerint, atq; etiamnum sint, quàm optimè contenti: sed etiam eadem opera, si modò res illius tulissent, porrò quoq; ad Iuuentutem suam rectè instituendam, libentissimè, & beneuolentissimè fuissent usuri: Cogitantes apud se, quàm diuina in isto uiro sit doctrina, & quàm peruagata fama quantaq; industria, & quanta in docendo dexteritas. Quoniam uerò occasiones eius non ferunt, ut diutius nobiscum, (quod certe nobis optatissimum euenisset) conuersari uelit: & quoniam

niam ob causas à se commemoratas, dimissionem à nobis
petiuit, nosq; orauit: ut pro more aliàs solito, testimoniũ
uite apud nos actæ ei impertiremus: nos certè, qui ob
præclara illius de nobis, liberisq; nostris mērita, iam
ante ultrò parati sumus, commoda ipsius magis promo-
uere, quàm quoquo modo impedire: rem iustam ei dene-
gare neq; potuimus, neq; uoluimus. Quapropter totius
provinciæ nomine, omnes homines, cuiuscunq; sint sta-
tus, & dignitatis maximoperè oramus, ut hunc Nicode-
mum Frischlinum, occasione quacunq; oblata, omnibus
in rebus iustis, & æquis, quas ille instituerit, tum propter
uitam illius, tam honestè apud nos actam, tum etiam no-
mine totius huius provinciæ, sibi clementer, & benigne
commendatum habere uelint. Id quod nos, nostraq; pro-
uincia, de omnibus, & singulis, pro cuiuscunq; dignita-
te, & honore, uicissim promereri sedulo conabimur. In
cuius rei stabilimentum, nos literas hæc D. Nicodemo
Frischlino,strarum manuum subscriptionibus, &
gentilijs sigillis, nomine totius provinciæ confirmare
uoluimus. Quod factum est Labaci 12. die Augusti,
Anno 84.

Wolfgangus Comes, & Baro à Tur-
ri, Administrator ducatus Carniolæ.
Martinus Gallus, à Gallenstein, Io-
seph. Mordax, nomine absentium,
& suo.

NOBILI, ET CLARISSIMO VIRO D. NICODEMO FRISCHLIN

no, Poetæ Laureato, Comiti Palatino Cæsareo &c. amico
obseruando. Gratiam & benedictionem à
Deo patre, per Ihesum Christum.

LEgimus scriptum tuum, uir clarissime, amice honorande: quo nobis humaniter ualedicis, atq; pro officijs nostris quibuscunq; , tibi, tuæq; familie præstuis, tam officiosè gratias agis. Quæ utinam tanta fuissent, quanta tu ea prædicas: quantisq; tu pro excellenti tua eruditione dignus eras. Sanè, non defuit animus, neq; adhuc etiamnum nobis deest, de te tuisq; benèmerendi. Quod si uoluntati promptæ non semper euentus respondit, uirium nostrarum defectui id ascribendum censebis. Nec minus humaniter nos uicissim tibi quoq; gratias agimus, pro officijs, & beneficijs tuis, præterito isto biennio, quo nobiscum uixisti, in nos collatis: quæq; etiam porrò nobis, liberisq; & cognatis nostris, atq; omnibus Carniolanis, tam liberaliter polliceris, sedulò operam daturi, ne in homines ingratos, ea benefacta contulisse uidearis. Si qua fortè offensa à nostra quoq; parte interuenisset (cum de nulla tamen nobis constet) similiter & nos amicè eam deprecamur. Certò etiam crede, nihil quicquam nobis gratius euirire potuisse, quàm si diutius nobiscum manere, & pro singulari ac rara tua eruditione (quam meritiò prædicamus & suspicimus), iuuentutem nostram informare uoluisses. Quia uerò res tuæ aliter ferunt, atq; omnino abire certum est: pijs uotis Deum oramus, ut te cum sa-
milia,

milia, custodia sanctorum angelorum munitum, saluum,
& incolumem deducat: atq; omnes tuos conatus, & la-
bores, per Spiritum S. Sanctum, ad sui nominis gloriam,
& Reipub: literariæ emolumentum, dirigat, gubernet,
promoueat. Dolemus etiam quam fecisti iacturam reifa-
miliaris: ac fontem omnis boni rogamus, ut damnum
istud (quod ipsi facile est) maximo cum senore resarciat:
nec dubitamus, si Dominos proceres tempestiue com-
pellares, quin istam iacturam aliquo modo essent suble-
uaturi. Tandem optamus, cum nunc in his terris diuella-
mur: ut Deus olim nos omnes denuò letos coniungat, &
malis omnibus perfunctos, in cœlesti patria, felices, ac
beatos per Christum Ihesum perpetuò faciat. Amen. Va-
le Labaci. 9. Augusti Anno 84.

N. Inspectores Scholæ Illu-
strum Carniolæ procerum
Labaci,



EMENDANDA.

IN Prologo, uers. 21. leg. uera initio

Act. 1. sc. 1. uers. 80. leg. expaſſis.

Act. 2. sc. 2. uers. 76. leg. Eo. probè. Et uers. 82. dele nomen Cicero: quod per σφάλα μνημονὸν forte irrepsit: & ibidem lege pro uoce modo, dum modo: ut constet uersus.

Eadem scena. uers. 97. dele idem nomen: & pro eo repone, mi uir.

Pagin. cuius signum est C. col. 1. uers. 15. lege submotam: & uers. 16. Dum pœnè.

Pag. D. 3. col. 2. uers. 19. leg. Gallis.

Pag. D. 5. col. 2. uers. 6. leg. cauea, & uers. 11. leg. hos, pro hoc.

Act. 3. scen. 2. uers. 8. lege ingredior.

Ead. scena uers. 14. dele, O Cicero.

Velim etiam Actus tertij scena prima duos omiſſos uersus, post hunc, qui sequitur, adderes, & sic legeres:

De Hutteno, Louichio, Sabino, Posthio,

De Iunio, Vtenhouio, Duza, Lipsio,

De Celte, Stigelio, Chytræo, Velio, &c.

Reliqua, si qua erunt, tue æquanimi-
tati committimus.

PROLOGVS

MERCVRIVS.

 quid salutis afferrent: qui ex inferis
Veniunt: id uobis ego principio dicerem.
Malum ne uobis imprecer, uestra efficit
Aequanimitas. Itaq; quid ueniam, edisse
ram,

Et quid rei uos uelim. Nanq; dubio procul
Mirabuntur aliqui, ex hac hominum copia,
Qui nostri honoris ergò assunt: quæ causa sit,
Quod prologi partes mihi Mercurio sint date,
Deo fictitio & uaniloquo, ut multi autumant:
Nam ubires in Christiano agitur proscenio,
Locum esse negant profanis gentium Deis.
Ego uerò ut me uerè ueracem esse doceam,
Non uaniloquum, rem ueram dicam ab initio.
Mibi enim, qui nunc aliquot mille annis luride
Mortis comes sum, facta moresq; omnium
Hominum magis magisq; innotescunt ferè
Quotidiè, quod ut uerum esse omnes intelligant,
Qui assunt: quero ex uobis, quis sit uestrum omnium:
Qui hodie meditatus sit de mortis horula:
Et se uel cras posse mori cogitauerit:
Nemo est: tacetis: uerax sum: initio uera
Statim dixi, uti me dicturum esse dixeram.
Quid uerò, si hoc anno de morte serio
Apuu uos nunquam cogitastis: hem tacent.
Verax sum. Quid si aliqui reperiantur hodie:

IVLIVS REDIVIVVS:

Qui toto tempore, quo vitæ ævum transigunt,
 Nunquam rationem mortis suæ subduxerint.
 Sat habeo. nam veracem esse ostendi palam.
 Nunc quid Poëtæ nomine afferam huc novi,
 Paucis expediam. Marcus Cicero, & Iulius
 Cæsar, apud Ditem patrem, regem Tartari
 Meis obtinuerunt precibus, sibi ut duce
 Mercurij uirgula, liceret hanc novam
 Lustrare oculis Germaniam. Nam cupiditas
 Illos inuasit has uidendi fertiles
 Terras & urbes, & homines ipsos novos.
 Noui enim quotidie ueniunt ad inferos
 Ex hac Germania homines: quorum Iulius
 Similes se olim uidisse in his locis negat,
 Stygia palus uix sufficit ad nimiam sitim
 Illorum restringendam. adeo misere æstuant:
 Quoniam uini assiduo potu, ardorem sibi
 Ipsi per uenas contraxere maximum.
 Sed de hoc nihil in presenti. Nam hæc comœdia
 In laudem maximè facta est Germaniæ.
 Quod si quis est, qui querat, quomodo consequi
 Hoc potuerim: rursus ut ab inferis meo
 Ductu huc redeant incorporate animæ,
 Is hunc caduceum inspiciat. Nam uirgula
 Hac alias animas Orci sedibus euoco,
 Alias sub pallidum deduco Tartarum.
 Hac morte resigno hominum oculos: hac aufero:
 Hac reddo somnos: hac rapidum trano aërem.
 Quantum ad Ciceronem, bene nunc ipsi conueniunt
 Cum Cæsare. nec malè cum Cicerone Cæsari.

Nam

NICODEMI FRISCHLINI.

Nam dissidium, quod illis in uita fuit,
 Pluto composuit, mandato silentio.
 Nunc, quid Poetæ nomine oratos uelim,
 Attendite. Si quem ille uel in fabulis, uel in
 Orationibus læsit malum: hunc monet,
 Si malus est, ut tandem malus esse desinat:
 Si bonus, ut quod dictum in homines fuit malos,
 Id ad se pertinere non credat. Equidem,
 Reprehensiones ferre possunt, qui boni
 Sunt; qui mali, non possunt. Verum hæc fabula,
 Vt dixi, in laudem conscripta est Germaniæ.
 Qui bonus est, is de uirtute sua gaudeat:
 Qui malus est: is laudem bonorum ad se nihil,
 Iam pertinere nouerit. Quod reliquum est,
 Animis adeste æquis, & cum silentio:
 Vt, quid Cicero & Cæsar noui afferant,
 Possitis cognoscere. Ego reuertor in forum.
 Vt illic præsim mercibus: si quis operâ
 Mea fortè indigebit, in hoc proscenio:
 Faxo ne opem meam frustra implorauerit.
 Tantum est. Valet. Adeste cum silentio

PERSONAE.

Mercurius.

Cæsar.

Cicero.

Hermannus.

Eobanus.

Allobrox, mercator

Caminarius.

Pluto.

IVLIVS REDIVIVVS
ACTVS PRIMI, SCENAE
PRIMA.

Cæsar, Cicero.

M Agnis diurnis, nocturnisq; itineribus,
In hunc locum contendimus, Marce Cicero.
Cl. Ego mehercle iam defatigatus animi,
Et corporis laboribus, cupio parum
Quiescere. Verum occurrit subin aliquid noui,
Quod me defessum recreet, atq; reficiat.
Nam tot amenissimas urbes, tot opida
Pulcherrima; tot arces impositas montibus
Altissimis, tot uicos, tot agros fertiles,
Satis ego admirari nullo possum modo.
Sed ubinam, mi Cæsar, iam consistimus?
Aut quam tenemus hanc partem Germaniæ?
Cæ. Quicquid uides terrarum, Cicero, id à feris
Et barbaris olim tenebatur poplis.
Nam quibus ego temporibus in his fui locis,
Non præsidium, non castellum, non opidum
Erat, non agri perculti, non uineæ.
Sed maxima ciuitatibus laus tunc erat,
Vastatis finibus magnas undiq; loci
Habere solitudines. **Cl.** Equidem & ego
Illos, qui hinc ad Germanos commeari tum
Solebant, Romæ audiui dicere publicè,
Quæ solitudo esset in agris, quæ uastitas:
Quàm inculta, quàm deserta, quàm passim omnia

Re.

NICODEMI FRISCHLINI.

Relicta. Cæ. uera memorabant. nam non modò
 Vrbes nullas, sed ne uicos illi quidem
 In nostrum morem habebant: ut fons, ut nemus,
 Vt campus arridebat, uicos & domos
 Locabant: & spacio quisq; suum ædificium
 Circundabat: & siluarum atq; fluminum
 Propinquitates pleriq; petebant. Cl. agri hi
 Et fertiles sunt, & specie amenissimi.
 Cæ. incredibile est dictu, quàm densæ olim his locis
 Siluæ, paludesq; fuerint, Marce Cicero.
 Perpetuam dixisses siluam Germaniam.
 Cl. Miror profectò, unde hæ gentes tum uixerint.
 Cæ. Frumenta non serebant olim, sed ferè
 Carnibus, & lacte uisitabant incole.
 Nam apud eos pecudum numerus erat quàm maximus.
 Sed tu nondum dixti, quì placuerit tibi
 Argentoratum: urbs maxima & ualidissima,
 In finibus Trebocum, & in istius loci
 Regione fertilissima. Cl. per quàm optimè.
 Cæ. Et natura & munitionibus opidum est
 Tulum à periculo. Cl. Sic apparet equidem.
 Cæ. Pulcerrima hæc totius urbs Germaniæ:
 Quæ & præsidio, & ornamento sit patriæ.
 Cl. Sic arbitror. ueruntamen alias quoq;
 Vrbes uidimus, & natura loci, & manu,
 Et operibus admirandis munitissimas.
 Cæ. Ita est: sed huius ciuitatis maxima est
 Auctoritas, quòd & tormenta plurima
 Habet: & scientia atq; usu rei bellicæ
 Longè antecedit cæteras. Cl. uidelicet.

IVLIUS REDIVIVVS:

Cæ: Homines in ea sunt perueteris potentia.

Cl. Adde etiam industria. nam magnos opifices,

Et solertes in ea esse artifices, huic rei

Tam magnificè, & affabrè, & antiquo artificio

Celata turris indicio est: quæ se altius

E terra attollit, quàm turris Babylonia.

Cæ. Ita est. **Cl.** tum uero horarium, ut mirabile est.

Cæ. Perquam mirabile. **Cl.** ubi Sol, Luna, & cetera

Errantia sidera motus, & cursus suos

Recursumq; adeò certis peragunt passibus:

Vt certiores in cælo uix peragere

Videantur. **Cæ** mihi sanè tam doctus non fuit

Quisquam Sosisgenes, annum cum restituerem:

Atq; isthic artifex fuit huius machinæ.

Cl. Credo equidem. Non enim annum metiuntur hi

Homines populariter: ut olim, tantummodo

Solis, id est, unius astri reditu: sed simul

Lunam obseruant: quæ menstruis spacijs uiam

Et annuos cursus solis consequitur. Hi

Volunt, ni fallor, menses congruere, & dies

Cum Solis, Lunæq; ratione. **Cæ.** scilicet.

Nam disciplina hæc primum inuenta à Druidibus

In Gallia: post translata in Germaniam

Existimatur. **Cl.** fortasse: sed hic quid globus

Volubilis? **Cæ.** Archimedeum opus, non Teutonum

Cl. Quid Gallus, expansis alis qui glocitat?

Quid tibi uidetur Cæsare? **Cæ.** Quid .n. aliud? nisi

Columbæ illius, quàm Architas uolatillem

Tarenti fecit, quidam pipio postumus.

Cl. Quid cymbalum? **Cæ.** ære Dodoneo suauius.

Cl.

NICODEMI FRISCHLINI.

CI. Ego sanè hanc machinam satis admirarier
 Nullo modo possum: ita me oblectat uarietas:
 Quam ficti isti orbes ueris non minorem habent.
 Cæ. At mihi planè nouum est genus murorum, ubi
 Neq; propter altitudinem telum adijci,
 Neq; saxa è catapultis iuncturas parietum
 Discutere, neq; tormenta traicere queunt,
 Neq; propter latitudinem fossæ, urbs capi.
 CI. An non eadem forma Cæsar iam olim erant?
 Cæ. Minime omnium. CI. quamam igitur obsecro? Cæ.
 Directas collocabant in solo, pedes (trabes,
 Binos paribus inter se, in longitudinem
 Distantes interuallis. Cic: penè intelligo.
 Cæ: Eas reuinciebant extirrusus. CI: probe.
 Cæ: Et multo aggere uestibant: tum interualla ea
 In fronte, saxis grandibus atq; lapidibus
 Effarciebant, & murum undiq; turribus
 Contabulabant. Cic: At multo hodie accuratiùs,
 Aduersus hostium uim, ædificant hi popli.
 Cæ: Olim casas inhabitabant, quæ more Gallico
 Stramentis tectæ erant. nam neq; cementi apud
 Illos, neq; tegularum usus erat: ad omnia
 Materia informi utebantur, citra speciem
 Aut delectationem. Cic: diligentius
 Hæc condita sunt tectæ, in morem penè Italicum.
 Cæ: Ita apparet Cicero. Sed quid uisa est tibi
 Augusta Vindelicorum? CI. Romam huc arbitror
 Migrasse cum priscis illis Quiritibus.
 Cæ: Quid Noribergæ? CI. Corinthus est Germania:
 Siquidem mira artificum spectet opera quispiam.

Sin menia & murorum propugnacula
 Consideres: haud ita facile expugnauerit
 Hanc urbem Mummius: sicut ueterem Hellados
 Corinthum diripuit. Cæ: Ita est. Cl. Sed obsecro
 Qui nam homines habitauerunt in his olim locis:
 Quos iam tenemus Cæsar: sat amēnos quidem?
 Cæ. Veterum Chariunorum quondam hæc sedes erant,
 Et fertilissima quædam totius loca
 Germaniæ: circa Herciniam siluam. Cl. undè ea oriunt?
 Cæ. A Rauracorum & Heluetiorum finibus,
 Rectaq; fluminis Danubij (quod sciam)
 Regione, pertinetq; ad fines Anariū
 Et Dacorum. Hinc sinistrorsus reflectitur,
 Diuersis ab eo flumine regionibus:
 Et propter magnitudinem iam antiquitus
 Fines attingebat multarum gentium.
 In hanc Germani, congressi acie cum hostibus
 Se identidem recipere solebant ad suos:
 Ac rursus è siluis in nostros impetum
 Facere: Neq; tum nostri uictores longius,
 Quàm quantum ad finem gentis porrecta & loca
 Aperta pertinebant, cedentem insequi
 Hostem audebant. Cl. Sanè hoc prudens consiliū erat.
 Cæ. Eadem hæc sylua olim pro natiuo pariete,
 Muroq; Sueuis erat, aduersus efferos
 Cheruscos obiecta. Cl. apparet uidelicet.
 Cæ. Magno usui mihi fuit hæc loca, opida,
 Aditus cognoscere: genus perspicere hominum:
 Nullum à labore tempus intermittere:
 Mores, ingenia & cultum discere. Cl. ego herculè
 Cre-

Crebris solebam usurpare hoc sermonibus:
 Tot disiunctissimas terras citius tuis,
 Non dicam cursibus, sed propè uictorijs
 Illustratas fuisse, quàm alterius ducis
 Peragrari passibus potuissent. Cæ. herculè.
 Cl. Equidem res omnes exterarum gentium,
 Omnia clarissimorum regum facinora,
 Cum rebus à te fortiter gestis, neq;
 Contentionum ipsarum magnitudine,
 Neq; celeritate conficiendi, neq; alio
 Vlo modo possunt conferri. Cæ. Sat habeo.
 Nam in iudicio tuo, quod esse amplissimum
 Noui, facile acquiesco, mi Marce Cicero.
 Sed interim dum istos sermones cædimus,
 rarum progredimur. Cl. Festinemus nonnihil.
 Cæ. Ego uitiferos colles hîc prospicio. Cl. Vbinam?
 Cæ. In hac ualle obuia. Vident? Cl. hominum fidem:
 Quot uineæ, quot colles uitiferi? ceddò
 Mi Cæsar: qui populi hîc habitant? quinam incolæ?
 Cæ. Hæc loca Gallorum posteri Tectosages
 Armis per uim occupârunt, atq; in hoc agro
 Consederunt: quæ gens ad hoc tempus etiam
 His sedibus se continet: summamq; habet
 Iustitiæ, & laudis bellicæ opinionem. Cl. agè
 Verò, dic obsecro mi Cæsar, quo animo sient,
 Quouè ingenio: qui has terras incolunt.
 Cæ. Longè hi sunt homines humanissimi, neq;
 Multum à consuetudine Sueuorum differunt.
 Cl. Credis ne uerò, nos sat tutos fore in his locis?
 Cæ. Imò, quoniam hospites uiolare nefas putant:

IVLIVS REDIVIVVS?

Qui quaq; de causa ad eos fortè uenerint,
 Ab iniuriâ eosdem prohibent, sanctosq; habent:
 His omnium domus patent. Cl. dicis probè.
 Cæ. Etiam uictus communicatur. Cl. gestio
 Meherclè: nam mille & sexcentos annos fame
 Atq; inedia conficior. Sed proh Iupiter.
 Cæ. Quid est? Cl. qualem hominem uideo? quem uirum?
 Cæ. Vbinam? Cl. huc ad nos rectâ pergit homo ferreus,
 Aut Romulus alter, aut certe ipse Mars. Cæ. Noua est,
 Et inusitata uiri species: sine Cicero
 Obseruemus, quò abeat, aut quam rem isthic agat.

ACTVS I SCENA
 SECVNDA.

Hermanus, Cæsar, Cicero.

Pælium secundum nostri commiserunt alarj
 Equites. Nam quinquaginta omnem multitudinem
 hostium
 Propulerunt. Cæ. militem aut ducem quendam esse
 exercitus,
 Indicio est oratio. Cl. Ego Meridionem illum Home-
 ricum
 Esse credo, tunica cinctum adamantina. HER. pauci ad-
 modum,
 De nostris ceciderunt: qui cupidiùs agmen nouissimum
 Insecuti fuerant, atq; audaciùs subsistere,
 Hostemq; ex agmine nouissimo laceßere ceperant,
 Cæ.

NICODEMI FRISCHLINI.

Cæ. Pristinæ uirtutis in hoc residet memoria, Cl. planissime.

Cæ. Quem tu credis esse hominem Cicero? Cl. Romanum principem

Aut proconsulem: qui sorte hanc obtineat prouinciā.

HE. Nunc dies est constituta, qua frumentum militi

Detur: hoc supportari iussi ex his finitimis locis.

Cæ. A deamus. Cl. lubet. HE. prouisam, ubi sit res frumentaria.

Sed quinam hi sunt, quos togatos huc adire conspicio?

Cæ. Saluus sis tu, quisquis es. Cl. Salue mi uir. HE. cum uos mihi

Dicitis salutem, habeo pol uobis dignas gratias,

Ei bene mihi precantibus, bene & ipse uicissim reprecor.

Cæ. Gratias & nos tibi habemus. HE. Sed quinam estis uos duo?

Aut cuius rei uenistis gratia? Cæ. Germaniam

Perlustrare cupimus. HE. Certè uestis isthæc arguit

Peregrinos esse: an non speculandi causa huc contenditis?

Cæ. Haud quaquam. HE. Quid ergo ad nos uenitis? quid rei est? cedo.

Cæ. Iam diu desiderium nos tenuit uisendæ nouæ

Huius Germaniæ. HE. Cuius Germaniæ? Cæ. istius nouæ.

HE. Eho dic, num nō uetus hæc Germania est? Cæ. minime omnium

HE. Vnde id scis? Cæ. quia cum ante multos annos his essem in locis:

Maximam Sueui putabant laudem, quàm latissime

A suis.

IVLIVS REDIVIVVS

A suis uacare finibus agros. Itaq; ex altera
 Parte à Sueuis circiter millia sexcenta passuum
 Agri tum uacabant. HE. quando istuc erat? Cæ. dixi tibi,
 Quando ego in his fui locis. HE. at immensus ab eo tem-
 pore

Annorum numerus defluxit: quo tanta fuit uastitas
 Agrorum in Germania. Nequè quisquam nunc mortu-
 lium

Viuit hodie, cuius mens spacium hoc præteriti temporis
 Possit respicere. Cæ. imo ego respicio: et memoriam tem-
 poris

Illius recordor ultimam, CI. & ego similiter, mea
 Memoria istuc tempus complector, quo unà nos uixi-
 mus,

Ego quidem Romæ: ubi aliquanto pòst in Asia dux
 fui, &

Imperator: hic in Gallia & Germania boni
 Imperatoris persunctus officio. anni ab eo tempore
 Vsq; ad hunc diem elapsi sunt mille, sexcenti & propè
 Viginti septem. HE. dictis me delirantibus enecas
 Mastigia. nam neq; tu unquam fuisti ductor militum,
 Neq; hic unquam imperator: neq; tantū uitæ huius tor-
 minum

Quisquam unquam attigit. sed exploratores' estis: noua
 Larua amici, qui huc spectatum ad nos aduenistis modo.
 Heus lorarij. CI. ah noli obsecro. He. Ego pol ulciscar
 probe,

Vt meriti estis. Cæ. Ausculta & noli tumultariet.
 HE. Heus uos iniicite his manicas ac dudum explorato-
 ribus,

CI.

NICODEMI FRISCHLINI.

Cl. Hoc præſagiebat animus mihi, non ſat tutos fore
Nos in his locis Germaniæ. Cæ. Quæſo herclè, quis
quis es,

Ne, quod Ariouiſtus Marco Procilio & Marco Titio
Fecit, idem nobis facias, & cum Ariouiſto intercidas.
Her. Quidnam ergo ille fecit? Cæ. Vah rogitas? ambos
cum Cæſaris

Postulatis ad ſe uenientes, & uiolato gentium
lure comprehendit, & conantes pro ſe dicere
Prohibuit: mox in catenas coniecit. HE. quid poſtea?
Cæ. Ariouiſtus acie uictus, amiſſo omni exercitu
In fugam conuerſus, deligatam ad ripam fluminis
Rem, nauiculam naſtus, ea profugit: reliquam hoſtium
Acie conſecuti noſtri equites, omnes facto impetu
Interficiunt. Cl. certè, mi uir, ſi tu hunc noſſes, manum
Abſtineres haud dubiè. HE. Quis tu es igitur? Cæ. Si
dixero,

Vix mihi fidem habebis. Her. prout dixeris. Cæ. dic tu
illi, mi Cicero.

Cl. Hic eſt Iulius Cæſar: fortiſſimus Imperator, has
Olim qui domuit gentes, immanitate barbaras,
Multitudine innumerabiles, infinitas locis,
Omni copiarum genere abundantes: cuius bellicæ
Laudes celebrantur non ſolum noſtris, ſed pænè omniū
Gentium linguis, & literis. HE. quis tu uerò eſ? cedo.
Cl. Ego ſum Marcus ille Cicero, lumen eloquentiæ
Romaniæ, cuius conſilia non armorum, ſed togæ
Et pacis fuerunt ſocia. Her. Tibine credam ego? Cl.
maximè.

Her. nū tu uerè es Cicero? Cl. haud alius. HE. & tu uerè
es Iulius
Cæſar?

IULIVS REDIVIVVS:

Cæsar? Cæ. Is ipse. Her. at ambo hi mortui, ante mille & sexies

Centum annos, & ampliùs. Cl. Sic est. HE. qui igitur reuixisse uos

Dicam iam nunc illicò. Cl. Mercurij ope, qui animas sua Virga ex Orco reuocat. HE. Quomodo isthuc fieri crediderim,

Quod nemo hominum fando accepit, ut qui dudum mortuus

Sit, reuiuifcat nunc illicò? Cl. facillimè. HE. Quomodo?

Cl. Sicut comici solent resuscitare mortuos,

In suis Comædijs aut fabulis. HE. intelligo

Cl. Signa si cupis, quibus nos esse hos cognoscas, dabo,

HE. Nihil opus: lorarij recedite. Cl. ò humeros graues,

O manus, ò pectora, ò terga, ò lacertorum toros.

Cæ. Dixeram heri tibi Marce, ingenti magnitudine corporum,

Incredibili uirtute esse hîc homines. Cl. & quinam uiri

Nunc olim fuere Cæsar, quando tu bellum his locis

Faciebas Germanis? Cæ. qui nam? ego hoc tibi dico: milites

Nostri ne uultum quidem atq; aciem oculorum ferre emunus

Poterant. Cl. apparet: siquidem genus hominum decre-scere

Cepit, uiuo adhuc Homero: & pauciores filij

Sunt parentibus proceriores. HE. obsecro uos, duces

Militum fortissimi, siquidem huc ex inferis modò

Reuenitis, di cite quid illinc afferatis huc noui?

Cl. non licet mysteria manuum cuiquam proloqui.

Nam

NICODEMI FRISCHLINI.

Nam quotidie ad nos descendunt uiri atq; feminae,
 Qui maiorum opinione, uirtutis fama, indolis
 Specie, gratia atq; opibus nituntur: quorum nomina
 Et patriam nefas est nominare: nisi nos bis mori
 Expetas. HE. non hercule expeto. Sed quamam gratia
 Huc adueneritis, scire cupio. Cæ. hoc tibi ante diximus.
 Lustrandæ Germaniæ causa. Sed tu qui uir fies
 Nondum dixisti nobis. HE. Si tu Cicero & tu Cæsar es,
 Facile, qui siem, coniectura poteritis assequi.
 Cl. Vox sonat Romanum. HE. at hæc lingua, hodie to-
 tum orbem ferè

Occupauit: hac doctissimi quiq; in Germania
 Galliãq; utuntur, hanc loquuntur Dani atq; Hungari,
 Cl. Quomodo nostra lingua ad has gentes peruenit ex-
 teras?

HE. Institutione, & præceptis magistrorum. quæ enim
 Vobis natiua fuit lingua, eam nos usu discimus.

Cl. Proh Deum immortalem, quanta est æui huius bea-
 titas?

Adeon' eleganter, adeon' expeditè te loqui
 Romana lingua, qui neq; Romanus sis neq; municeps.

Cæ. An uerò nullas Latini ad uos duxere colonias?

HE. Quis Italia, aut Africa, aut Asia relicta, aut Græcia,
 Peteret, informem terris, cælo asperam Germaniam?

Cæ. Atqui terra non ut olim, inculta est, sed cultissima,
 Et longè hodie fertilissima. HE. quem tu igitur me no-
 minas

Cæsar? Cæ. Germanum te esse, statura prodit. Cl. quæ-
 so te,

Nomen dic nobis tuum. HE. ego dicam, neq; nomen meum
 Cæla.

IVLIVS REDIVIVVS

Celabo uos amplius. Ego sum Hermannus, dux Germaniæ:

Imperator in hoc exercitu. Cæ. Herminius ne ille inclinetus,

Qui uictas acie legiones quinque, uno quondam die
Ad nos inferos demisit? HE. Non, sed ex nepotibus
Vnus sum. CI. Eius, qui Quintilium Varum adortus est
Improuiso? HE. Minime. nam nos Germani hoc à patribus

Et maioribus nostris didicimus, uirtute & manu,
Non dolo contendere, ac nullis insidijs nitier.

Cæ. Id ego magno sum expertus malo, cum Nervius
Aggrederer. nam ipsis ne Diij quidem immortales tum
pares

Esse dicebantur, cum ego bellum his gererem in locis.
HE. ego

Neminem interris esse reliquum arbitror, quem non
queant

Armis superare. CI. Satis confidenter. HE. sicut militem

Germanum decet. Cæ. Quid uerò hæc arma sibi uolunt, cedò.

HE. Belli signa sunt. Cæ. Eho, an non pacata est Germania?

CI. Heri præuideram, nos non fore tutos à periculo?

HE. Imò pacata est, nisi quòd quidam exteri populi
modò

In fines Belgarum iter conantur per Germaniam

Facere. Cæ. Quid si transeant sine maleficio & iniuriis?

HE.

NICODEMI FRISCHLINI.

HE. Hoc quidem polliciti sunt. Sed homines inimico scilicet

Animo, impetrata facultate itineris faciendi per hos Agros, sibi non temperant. Itaq; Germani cum se sua

Non possent ab his defendere, principum Germaniæ Auxilium rogarunt: ne paterentur ante oculos suos Vastari agros, liberos in seruitutem abducier, Oppida expugnari. Cæ. quid responsum? HE. non diutius

Expectandum principes rati, conscribunt copias, Meq; illis ducem præficiunt, & uim prohibere hostium Hortantur. Cæ. quid factum? HE. pulsi prælijs compluribus

Hodiè tradiderunt se fugæ. quare nihil est mali Aut periculi, quod tu timeas Cicero in Germania.

Cl. O factum bene. nam admodum timui, ne quid nobis mali

Immineret ab hoste. HE. nihil prorsus: uobisq; adeò impero,

Ociosi ut animis per aluistretis Germaniam.

Cæ. Quò uerò tu abis? HE. negotij est quiddam. Cæ. at cum prosperè

Prælium commiseris fugatis hostibus, Armini,

Quæso da te nobis paululum. Hæ. Quid uultis? Cæ. Collibet

Nobis quædam ex te percontari. HE. non ocium est mihi.

Nam frumentum oportet hodie me metiri militi.

Cl. Da negotium hoc cuidam tuorum manipularium.

IULIVS REDIVIVVS:

HE. Malus est imperator, quisquis committit partes suas
Militi. Cæ. at legatio si rem commendes frumentariam:
Vbi nihil periculi est, quid hoc afferat incommodit?

HE. Nimiū pertinaces estis. Cæ. amor cognoscendi huc
agit.

Nam noua quedam discendi iamdudum nimia alacritas
Et cupiditas nostris mentibus innata est. HE. Quæ alacritas?

Cæ. Armaturā explorandi tuā. HE. contemplare, ut lubet.

Cæ. Nihil unquam uidi huic lorice simile? Cl. neq; ego
per louem.

Cæ. Quæso te per Deos omnes, quæ armatura est hæc,
Armini?

HE. Solida est, è solido ferro fabricata. Cæ. at olim ferreis
Hamis confertas loricas gestabant, & pellibus
Tecla scuta, manu prehendebant, maiore corporis
Parte nuda. HE. alia nunc ratio est armorum, quam
olim fuit,

Cum maioribus uterentur lanceis, & frameis
Angusto ac breui ferro. Cæ. paucis lorice tunc erant:

Vix uni alteriue cassis aut galce. nam uidi ego,

Quod scuta ex cortice facta, et uiminibus intexta undiq;

Pellibusq; inducta gestarent. Sed obsecro te, nihil

Impedimenti affert tam grauis armatura militi?

HE. Nil sanè. Cæ. at neq; cedētes ex acie longius insequi

Hac armatura, neq; sese recipere è periculo,

Sat tutum est. HE. uobis quidem, staturæ tantulæ uiris.

Cl. Grauis est hæc machæra. HE. tibi tantillo hominæ: at

mihî est leuis.

Cæ. Semper, Cicero, Germanis præ nimia magnitudine
Cor.

NICODEMI FRISCHLINI.

Corporum suorum, breuitas nostra fuit contemptui.

Cl. Veruntamen immania illa corpora quò maiora erant
Cæsar, hoc magis patebant gladijs et mucronibus.

Cæ. Quæso te, liceat mihi uoluntate tua querere.

Ex te quippiam HE. ut lubet. Cæ. Quod hoc est armorum
genus?

In humero quod gestitas? HE. tormentum est æneum: uidens?

Cæ. Video. Cl. concavum esse apparet. quemnam usum
in bello tibi

Præstat? HE. hoc hostem ferio eminus. Cæ. quid ais? tunc
eminus

Hostem ferias æneo hoc tormento tam graui? HE. ædepol!

Cæ. Dic, amabo, intra quot passus consistit teli istius

latus? HE. Dicam equidem, sed uix credes mihi. Cæ.
prout dixeris.

HE. Hostem intra trecentos passus hoc possum continere
gere

Tormento. Cæ. uerum et falsum Harmini dixisti modò.

HE. quomodo?

Cæ. Falsum est, quod mihi dicis de trecentis passibus
Harmini:

Verum est, quod dixisti, me non crediturum esse hoc tibi.

HE. At dicam tibi Cæsar, quod tu magis mirabere.

Cæ. Modò non falsum. HE. imò dicam uerissimum. Cæ.
quid nam? cedò.

HE. Hostem intra trecentos consistentem passus, eminus,
si libuerit, sic feriam hoc telo, ut aut fronti, aut pectori

Aut femori impingam. Cæ. Deliras manifestè. nam ne
Gigas

Centimanus quidem hoc tam graue telum usque cò coniecit.

IVLIVS REDIVIVVS

CI. Dic obsecrò, nomen quod est huic instrumento bellico?

HE. A bombo, quem edit, alij indidère ei uocabulum.

CI. Quomodo tu uocas? HE. Sclopetum. CI. at quæ causa est huius nominis?

HE. Ego dicam. buccæ cum flatu oppletæ fuerint, editur Violentus sonus. CI. Sic est. HE. eum Latini nominant Sclopum, ni fallor. CI. non falleris. nam erumpentem sonum

Ex ore, ita uocant Latini. HE. attende ergò, dum missile Eiaculor, num sclopo aut bombo similis edatur sonus.

CE. Summe Iupiter, qui in terras deuenisti cœlitus, Sis propitius mihi. quid stas attonitus Cicero? hem ocyus Cicero procumbe in genua, et adora Iouem hunc Olym-
pium.

Deus hic, Deus est, qui nos falsa uoluit ludere imagine.

CI. O bone Iupiter pater, cuius nutu atq; arbitrio Cœlum & sola terræ reguntur; qui solus cœlo tonas, Solus fulminas: te colo, te supplex ueneror, te precor: Sis propitius mihi. Cæ. da quæso ueniam summe Iupiter Homini incredulo mihi, qui te mendacij modò Insimulaui, ipse mendax, atq; impudens. nam tu sola Terrarum procul fulmine tuo cœlesti concutis:

Tu multa potes cœlitus pertingere millia passuum.

CI. Heu, quod nihil nobis est uiclimæ, quod huic Ioui Immolemus. HE. nihil opus mei amici, quin consurgitis Ocyus. homo sum, nec quicquam in me diuini est numi-
nis.

CI. Iupiter certè, aut Mars, aut Quirinus ille es Ro-
mulus.

HE.

NICODEMI FRISCHLINI.

HE. Hermanus ego sum, unus principū & ducum Germaniæ,

Homo mortalis, immortali ingenio præditus. Cæ. Deus

Certe es, qui sic detonas, sic fulguras, sic fulminas.

Num Vulcanum te arbitrer, qui fulmina fabrices Iovis?

HE. Homo sum. quin consurgitis mei amici: surgite.

Cæ. Agè morem geramus Cicero. HE. Cur trepidas Cæsar? cur times?

Cæ. Nemo est tam fortis, qui non rei novitate aliquantulum

Perturbetur. nam hic ictus muro intremiscendus fiet.

HE. Bono animo es. Cæ. si Celtarum unus sim, qui cœli fulgura

Et terræ motus, & fluctus nihil paudent. CI. Cæsar. Cæ. quid est?

CI. Ego Gigantum è posteris hunc arbitror esse: quos ferunt

Antiqui bellum intulisse Dijs immortalibus.

Cæ. Idem & ego statuo prorsus. HE. quid ais? num verum dixeram

De sclopo? CI. imò tu tonitru potius, quàm sclopum, diceres.

HE. Quale os est, talis solet edi sclopus. CI. at os hoc æneum est.

Cæ. Imò æneum: nam flammæ eructat, & flammeos globos

Euomit. HE. cape Cicero, & quàm graue sit tormentum hoc, pondera.

CI. Heu nefas est polluta manu atrectare fulmina,

Et Iovis sceptrum. HE. Quin tandem omittis ista fulmina.

IVLIVS REDIVIVVS:

Nam sclopetum hoc est meum, mortali fabricatū manu.

Cl. Non autem manu Vulcani? HE. Haudquaquam. Cl.

neq; Pyracmonis,

Aut Brontæ, aut Steropæ? HE. Non sanè. Cl. nec fabrica-
tum in Insula

Lemno? HE. minimè. Cl. neq; item ex Aetnæ educum ra-
pidis faucibus?

HE. Non equidem. Cl. proh Iupiter, quinam ergo Tel-
chinum auctor est

Huius sclopeti? HE. Germanus. Cl. quī credam, nisi pro
Deis

Habeā Germanos? H. Facillimè credes. Cl. dic quomodo?

HE. Huic ego dixero: nam hic maiorem olim habuit
usum rei

Militaris, quā tu Marce Cicero. Cl. non inficias eo.

HE. Meministi Cæsar, qui funditores olim Cretici

Fuerint. Cæ. commemini optimè. HE. & quibus armis
decertauerint?

Cæ. Memini. nā fundis eiacularantur glandes plumbeas.

HE. Rectè. Cæ. ter agendo fundam circa caput. HE. pla-
nissimè.

Cæ. Quid uerò simile est fundis cum sclopeto? HE. Faxo
scias.

Primum funditores glandes emittebant plumbeas.

Cæ. Etiam. HE. & emittebant illas eminus. Cæ. uidelicet.

HE. Hoc idem faciunt & sclopetarij nunc milites.

Cæ. Quomodo? HE. nam & ipsi glandes eiacularantur
plumbeas:

Et quidem eminus. nam sicut illi fūc stupeo

Torquebant lapides: ita nos torquemus his sifonibus.

Cæ.

NICODEMI FRISCHLINI.

Cæ. Intelligo sane: sed nondū aduerto tamē, quo glans tuā
 Impulsu incitata, ex hoc tormento erumpat eminus
 Nam Cretenses & Baleares funditores, brachij
 Dexteræ agitatione, eijciebant tela antiquitus.
 Tu uerò manus & brachia immotas enes,
 Ut qui nervo arcus, sagittam excussam ad metā dirigat.
 HE. Haud erras Cæsar: sed quā causam ignoras huius rei:
 Ego te, si lubet cognoscere, docebo. Cæ. lubet sane. CL. lubet
 Et mihi. HE. primum natura sic comparatū esse id tenes,
 Ut quæ ignita sunt, si per vim detineantur in loco
 Alieno, cū summo erumpant impetu. CL. ædè pol Armini.
 Nam aer & ignis lineis rectis, in cœlum subuolant.
 HE. Sic flammæ in cavernam montis Actææ subterraneæ
 Inclusæ, inò fundo exæstuant, donec tandem exitum
 Nactæ erumpant, & globos piceo fumantes turbine
 Expirent. CL. intelligo. HE. neq; aliter, impulsæ ætheris
 Sonitu fulmen expressum, quondam per nubes emicat:
 Vbi ui perripit diem, flammamq; concepit. CL. probè,
 Nam & uestica repleta aere, si disspodatur, sonat.
 Cæ. At quo pacto ignē tu potes includere huic moli æneæ
 Ibiq; per vim continere? HE. Facillimè. Cæ. dñc obsecro.
 HE. Igitur carbonēs atq; aridam materiam, & sulfura,
 Et nitrum: quibus ignis per facile excitari potest: (rēt:
 Et quæ cito flammā concipiunt, primò redigo in pulue-
 Qualis hic est, quem uides. Cæ. Video. HE. postea in hanc
 machinam
 Irroro, quantum sat est: & sic glandē ingero plumbeā.
 Cæ. Sed quā nam ratione pulverē inflāmare potes? cedò.
 HE. Perfacile. nam silicē lapidē huic impono rotæ æreæ,
 Ac dentatæ: quā primò instrumento hoc soleo intendere,

IVLIVS REDIVIVVS

Et leuū attactu huius clauis dein subito remittere.
Tunc enim sciatillæ promicant: quæ didispersum unq;
Puluerem repente incendunt. Cæ. prô supreme Iupiter
Quæ noua atq; inusitata hæc est species? quæ indu-
stria?

Quæ tanta ingenij sagacitas? CL. ego certè iam minus
Regem illum admiror Salmonea: quem ferunt flammis
Iouis,

Et sonitus Olympi, & non imitabile fulmen areo
Curru simulasse. HE. at si maiores aspicias machinas,
Quid tum dicturus sis Cicero? CL. quid? num uerò etiam
tibi

Sunt maiora, quàm hoc est, eiusmodi tormenta bellica?
HE. Phalaridis tauro maiora. Cæ. proh Deum, quid
audio?

HE. Id, quod res est. Cæ. At quomodo possunt gesta-
rier

In humeris, si sunt sclopeta tantæ magnitudinis?
HE. Curribus solent uectari. Cæ. falcatis ne, an essedis?
HE. Bigis Cæsar. Cæ. Obsecro te, fac operæ compen-
dium:

Et commonstra mihi tantæ sclopeta magnitudinis.
HE. Quanquam sum occupatus, & hoc tempus nunc
aliud postulat,

Meq; aliò iubet properare: tamen tibi morem geram:
Siquidem grata res erit. Cæ. imò offers mihi optatissi-
mum

Hoc beneficium. HE. heus tu, Ariouisto legato denun-
cia,

Vt meas intercè partes in re frumentaria

Exe-

Exequatur: atq; audi, mastigiam illum, qui uirgini
Obtulit uitium, in carcere iube teneri, dum illicò
Redeo. Nunc tu sequere Cæsar, in hoc armamentarium.
Cæ. Sequor. CI. at ego uos interim hîc opperiar ante
ianuam.

ACTVS II. SCENA. I.

Cicero.

Non expedit mihi hos sequi. nam sic timor
Præoccupauerat animum meum: uti propè
Alienata constiterim mente. ô seculum
Illud felix: quod hisce caruit machinis.
Nam si Cæsar, quo tempore bellum ciuicum
Nobis parabat, hisce armatus machinis
Fuisset: iam pridem nihil ueteris Italiæ
Restaret huic æuo reliquum. Quod enim obsecro
Hoc est in illo studium armorum? qui hic amor?
Quæ belli cupiditas? adhuc enim flagrat,
Ardet cupiditate triumphî. Verantamen,
Si dicendum sit mihi, quod sentio: metus
Hæc arma inuenisse uidetur. Cuius rei
Hanc coniecturam capio, quòd postquam suum
Prope hostem nemo amplius audebat, comminus
Consistere, neq; portis, facta testudine,
Succedere, & muros subruere, atq; arietum
Impulsu moenia quassare: ibi demum metus
Excogitauit hæc tormenta bellica.

IULIVS REDIVIVVS

Sed non ausim tamen hoc Germanis dicere,
Ne me suam sibi inuidere gloriam
Existiment. quis hic autem, qui fert gradum
Huc tam magnificè, cum lauro poeticæ?

ACTVS II. SCENA II.

Eobanus. Cicero.

Quid ergo faciam. num ne ad Cæsarem quidem
me conferam:

In quo uno spes omnis mihi reposita est? Cl.
hem Cæsarem

Hic nominat, quid hoc rei? EOB. qui se mihi patronum
et patrem

Fore promisit, in omni fortunæ uultu: eiusne prohibear
Aditu? Cl. quæ hæc fabula est, quod conuenire Cæsare
rem hic auct?

EOB. Quod si uetor illi de acceptis coram queritari in
iuriis,

Num etiam librum, quem sacratissimo dicaui numini
Cæsaris, eidem offerre non licet? quæ hæc contumelia est?
Cl. Hominum fidem, ut ciuò fama de Cæsare percrebuit
his locis:

Cui se librum dicasse hic ait? EOB. quemuis euentum
fortius

Feram, quàm istum dolorem. Cl. demiror, quid huic eue-
nerit

Mali, EOB. nunc huc eo, ut per hominem idoneum
uiam mihi

Paremi

NICODEMI FRISCHLINI

Parem: qua Cæsari reddatur nouus hic, quē scripsi, liber.

Cl. Adibo. EO. quis hic togatus est q se mihi fert obuiū?

Cl. Quem tu hominem solus inuestigas his locis? EO.

Idoncum,

Per quē liber hic meus reddatur Cæsari. Cl. Cui Cæsari?

EO. Romano. Cl. at quid tibi Germano. cum Cæsare

est negotij?

EO. Næ plurimum: nisi enim liber ei tradatur, quem

ego condidi:

Frustra suscepi omnē laborem meum. Cl. quam obrem,

aut quidnam spei

Habes in Cæsare: cuius nomen inuisum est Germa-

niæ?

EO. Hoc Deus auerruncet. nam mihi nomen tam au-

gustum Cæsaris

Sanctissimè colitur. Quare nisi tu aditū monstres mihi.

Verbum deinceps tecum non commutauero. dixi tibi.

Cl. Quid uerò ages cum Cæsare? EO. mi uir, quod tua

non interest,

Percontari desine. Cl. Satis imperiosus es. EO. sic mihi

lubet.

Cl. At nisi tu hoc primū exponas mihi, quid acturus sis

Cum Cæsare: nunquā tibi cum commonstrauero. dixi tibi.

EO. Me miserum: an non tibi antè dixeram, quod hunc

ei librum

Offerre cupiam? Cl. Quem librum? EO. istum quem

uides: quem ego hīc gero.

Cl. Quod argumentum est libri? EO. opus est poeti-

cum, et numeris suis

Vinctum. Cl. Papæ, etiam Germanis est aliquid cū Mu-

sis sacris

Com-

IVLIVS REDIVIVVS

Commercij? EOB. Quid ni fiet? CI. & suos etiam Ger-
mani habent

Poetas. EOB. quid ni habeant? CI. Latinos? EOB. sci-
licet. CI. tibi ne ego

Credam? EOB. pro ut lubet. nam apud nos etiam Gre-
cos reperiēs

Poetas de optimo genere. CI. lege obsecro, quid scri-
pseris.

Nam te loquentem audire uel potius uidere gestio.
EOB. Arbitr Imperij genus immortale Deorum,
Cæsar aue: & uultu lege carmina pauca sereno.

Nam quia me premit infontem uis dura Poetam:
Nec mihi præsidium, nec spes est rebus in arctis:
Præter opem pater alme tuam, certum q̄; leuamen:
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

CI. Deum immortalem quàm latè se extendit mea Lati-
nitas?

Quando Lucretios, & Ennios & Paccuuios habet
Germania? Quæso te nomen mihi memores tuum EOB.
Lubet.

Neg; enim me nominis mei adhuc pudet aut poenitet.
CI. Cedò

Igitur. EOB. mihi nomen Eobano Hesso est: qui primus
in hoc patriæ

Solo, Latinis uersibus Homerum exposui, & Theocri-
tum.

CI. Homerum & Theocritum? EOB. hos ipsos dico.
CI. Latinis Versibus?

EOB. Ita loquor. CI. tu Germanus? EOB. ita aio. CI.
natione barbarus.

EOB.

NICODEMI FRISCHLINI.

EOB. Qui barbarus, qui eadem & una tecum lingua colloquor?

CI. Et hoc ipsum demiror Eobane. EOB. at quidnam tu hominis es, cedo:

Qui me ausis appellare barbarum? CI. scies, ubi dixero.

Sed prius scripturam inspicere uolo, & uidere manum tuam. EOB. inspice

Sodes. CI. ô Dij, quæ charta hæc est: quàm tenuis membranula?

Vix Eumenem credo, tam subtilem reperisse Pergami.

Sed unde papyrus hæc, quam membrana ambit? EOB. è Germania.

CI. Quid ais? papyrum etiam profert uestra Germania? EOB. Quippini?

CI. Enimuero temporibus illis priscis, non nascebatur, nisi

In solis Aegypti palustribus locis: tantum prope Nilum amnem: ubi aquæ euagatæ stagnant: & terram æstate obrutam

Tenent. EOB. apud nos uero papyrus ista non nascitur,

Sed arte conficitur. CI. etiam illic arte solebat confici.

EOB. Quomodo conficiebatur arte id, quod natura procreat?

CI. Si lubet audire, dicam tibi. EO. lubet equidem: dicas modo.

CI. Dicam: sed dicam uerbis non meis, Eobane. EO. uah quibus

Ergo uerbis? CI. Peritorum artificum. Nam quilibet artifex

In arte

IULIVS REDIVIVVS

In arte sua eloquentissimus est. EO. Sic est. CI. nam de
prælijs

Nemo memorabit melius, quàm bellator: nemo de
grege

Loquetur aptius, quàm pastor. EO. Ita est. Sed age, dic
tu interim.

CI. Papyrus, candida frutex, longitudine est cubitum de-
cem,

Haud amplius. EOB. Sic aiunt utiq; CI. lateribus trian-
gulis

Fastigiata in gracilitatem. EO. Intellico, CI. thyrsi
modo

Cacumen includens. EO. credo sanè, etsi nunquam vi-
derim.

CI. Segminibus utrinq; amputatis, capiunt longitudi-
nem

Papyri, quæ potest esse. EO. CI. Deinde scapum diui-
dunt,

In prætenuēs phyliras, sed quàm latissimas. intelligis?
EO. Vtcunq; CI. Dicam ergo clarius. EO. agè dic:
quoniam ausculto lubens.

CI. A thyrsō, seu scapo papyri auellunt tenuēs bra-
ctæas,

Siue tabulas, siue plagulas, siue cutes, siue coria. siue
Ramenta, siue schedas, siue tunicas, siue quoquo no-
mine

Appelles. EO. nimium copiosus es, Cicero. CI. Sine siem:
modò

Tu peruenire me sinas, quò uolo. EO. agè, sino: modò
tu quoq;

NICODEMI FRISCHLINI.

Hoc expédias mihi quam primum: quot philyræ, seu
schedæ queant

Vni scapo auelli. CI. uix unquam plures, quàm nicenæ.
EO. Et hæ

Omnes ad conficiendam chartam idoneæ? CI. minimè
omnium. (erunt

Nam quò quæquæ propiores extremæ cortici erunt, hoc
Deteriores: & illi proximæ, omnium deterrimæ.

Extremum quippe papyri corium scirpo simile: ac ne
quidem

Ad funes, nisi in humore utile. EO. Quid autem? ubi iam
detraxerint

Tunicas? CI. Schedis supinis allinuntur transuersæ
schedæ.

EO. Non capio. CI. Dicam apertius: aduerte animum.
EO. aduerto scilicet.

CI. Quasdam schedarū auulsarū substernunt directo situ,
Perinde, ut textores stamina: quasdam autē transuerso situ

Illis superimponunt, ueluti subtegmina. utrum intelligis?

EO. Sic satis. CI. utraq; uerò Nili aqua madentes tur-
bida,

Coniungunt inuicem. EO. quamobrem isthuc Cicero?
CI. quia turbidus.

Iste liquor præbet glutini uicem. EO. quid autem postea
Fit? CI. plagulas inter se iunctas prælis premunt, &
humidas

Exiccant: tum scabritiem dentibus, conchaue leuigant,
Aut malleo tenuant. EO. Quid si autem calamis nimia
tenuitas

Nō sufficit? CI. ob hoc præfertur charta illa, cuius è cute
Prima

Prima, thyrsi texuntur subtegmina: & è secunda cute
Stamina. EO. sin autem lentigo insit. CI. tum vulgare
glutinum

E flore pollinis seruente temperatur aqua, & parum
Aceti aspersu intergeritur: postea tenuatur malleo,
Et iterum glutino percurritur: iterumq; de nouo
Conserta erugatur, & extenditur charta suo malleo.
EOB. Nimis operosa fuit isthæc ratio conficiendi sche-
das.

CI. At huius chartæ usu quam maximè constabat me-
moria,

Et immortalitas hominum. nam priusquam chartam
Aegyptij

Inuenere: in folijs palmarum scriptitauerunt ueteres:
Et auctore Herodoto, patre historiæ, Phænices pelli-
bus

Caprinis sunt usi: inde in libris arborum scriptum fuit.
EOB. Apud nos longè est expeditior ratio. CI. dic quo-
modo?

Nam lubet audire. EO. papyrum qui confecturi sunt,
hi legunt

Primum lintea: eaq; per ocliduum madefacta imponunt
solo:

Deinde frustillatim scindunt: atq; in cupas ingerunt:
Vbi putrescant. Mox putrida quaternis pistillis, rota
Versatili sursum & deorsum actis, tundunt in mortario,
Aqua repleto: eamq; tusionem reiterant: postea
Vase hauriunt lintea, minutim contusa, è mortario:
Atq; in cortinam, aqua calida refertam, indunt. CI. quid
postea?

EO. Formam capiunt, craticulam quandam ferream.

CI. Cuiusmodi

Craticulam? EO. Quam materiam e cortina hauriunt.

CI. Qui ferream

Eobanc? EO. Non intelligis? quæ ferramentis tenuibus

Contexta aquam transmutat, & lintea contusa retineat

Summa in superficie: quasi quoddam colum. CI. Quasi colum? EO. Aedepol.

Nam aqua percolata relinquit in colo contusa lintea.

CI. Quid deinde fit? EO. Chartarius secundus de pri-
ni manu (altero

Arripit: & formam in pannum uillosum euacuat: mox

Panno imposito papyrus tegit, intelligis? CI. Ut qui
poculum

Letheum combibit. EO. Inuoluta folia pannis, uti modo.

Dixi, & sibi à secundo tradita euoluit uir tertius:

Semperq; pannos reddit alteri: ipse folia collocat:

Atq; hæc summa administratur celeritate. CI. Quid ul-
trâ? cedo. (tuor

EO. Vbi uolumina aliquot fuerint sic disposita: ibi qua

Viri ualidissimi sub motum prælo materiam præmunt:

Dum pauca omnis decedit humiditas. CI. Quod autem
est ultimum? (no

EO. Demum aëre exiccant suspensa: & exiccata glut-

Percurrunt: glutinata læuigant. CI. Desine: iam sat habeo.

Quia me non tam charta illectat, quam picturæ elegantiæ:

Et scriptoris manus. EO. Ah erras: neq; enim hæc ma-
nu & calamo solent

Scribi. CI. Quomodo igitur? EO. Prælo hi caracte-
res & literæ

IULIVS REDIVIVVS

Apud nos, imprimuntur paginis. CI. praelo? EO. uidelicet
CI. Quomodo? EOB. non aliter ac papyrus Aegyptia
praelo premi

Solebat. CI. Quò pacto? EO. auscultare si uis, dicam.
CI. operam hanc tibi

Dico, ac lubens. nam nihil unquam uidi, nihil audiui
uspiciam,

Quod comparari cum his possit. EO. sic arbitror. au-
sculta. CI. hoc ago,

EO. Primò omnium figuras literarum stanno fusili
Expressas, sed easdē inuersas, et de super extantes habent
Quemadmodum alias literæ, in ci se marmoribus pro-
minent.

CI. Intelligo. EO: hæ figuræ literarum sciunt inuicē
Possunt ita iungi, ut dictionem tibi constituent quilibet.
Nā & cōponi inter se, et rursum possunt à se dissolui.
CI. Quomodo componi? EO: manibus. CI. neq; enim pe-
dibus arbitror, Hercule.

EO: Dico manibus. Nam prehendi possunt. quippe co-
lumellis suis

Incumbunt affixæ, & supinæ, ut dixi, inuersa facie.

CI. Cuiusmodi columellis? cedò. EO. Longitudine parib;
Et latitudine: ceu pedamentis quibusdam, aut periclis.

CI. Quamobrem? EO. ut aptè inter se possint componi
& ne literæ (modo

In commissura illarum dehiscant inuicem. CI. Sed quor-
Figuras istas literarum colligunt? EO. è capsulis:

Quibus sigillatim figuras omnes indunt. CI. Quomodo?
EO. Secundum literarum seriem, nam quando aliquid
in hos typos

Refer-

NI CODEMI FRISCHLINI.

Referre uolunt, eos è capsis depromunt: ac syllabas
 Totasq; dictiones ex typis illis colligunt:
 Et in ordinem legitimum disponunt: ac ueluti milites
 In acie collocant: sed ita, ut hosti omnes tergū præbeant.
 Ad extremum ubi multas, hoc positu, lineas confecerint:
 Et integras operis columnas, ac latera constituerint:
 Ibi demum sepimento ferreo aciem circūsepiunt: (ricr
 Itaq; arctè includunt: ut ne unus quidè apex loco moue-
 Possit. CI. mira memoras. EO. atq; hæc tamen omnia sic
 disposita sunt,

Ut literæ inuersæ omnem dictionem tibi retrò offerant.
 CI. Sibyllæ mihi uideris folia describere. Veruntamen
 Quid deinde sit? EO. Inclusos typos tabellæ imponunt
 mobili, (stra?

Quasi torculari, eosq; atramento oblinunt. CI. quid po-
 EO. Papyrus madefactam imponunt, & machina uer-
 satili,

Prælo submotam pressant. CI. quomodo ais? EO. pres-
 sant inquit.

Nam tunc atramentum, æneis quod fuerat illitum typis,
 Vestigia post sese relinquit in papyro. intelligis?

CI. Sic, ut qui domum apud se dimensam, atq; exædifica-
 tam animo habeat.

EO. Atq; hoc modo ter mille paginæ excudi quouis die!

Possunt: & unico die plus operis duo præstant uiri (tuor

Libris premendis, quàm toto anno olim scribendis qua-

Præstabant strenui librarij. CI. proh Iupiter pater,

Quò non acumen ingenij humani penetrat? quid uspiã

Restat generi mortalium, quod non animi solertia

Excogitarit, atq; ad usum uitæ accommodauerit?

IVLIVS REDIVIVVS.

Vah Dædalos, uah Praxitiles rudes. cedò obsecro,
Quis admirandi huius operis auctor est? EO. Quis sit
alius, nisi

Germanus? CI. Ain? EO. Verum est. nam primus in-
uentor Moguntiae

Vixit: fatale nomen adeptus Fausti. CI. O Dij, quid nos
ad-^{ras,}
huc

Cadmum miramur? quem referunt primum attulisse lite-
In Græciam? aut quid tantoperè Carmentam uatem ex-
tollimus:

Quæ literarum priscarum notas ex Arcadia attulit
In Latium? EO. fuit olim, fuit illa barbaries Germaniæ,
Cum scæminæ & uiri pariter secreta literaria
Nescirent. At hodie nostri homines artem istam librariã
Docuere Gallos, & Italos, & Hispanos, & cæteras
Omnes terrarum gentes. CI. Nunc uerum experior
uerbum uetus,

Mente nihil præstabilius homini, à natura, aut Deo datũ.
Nam quis nõ intelligit inuẽta animo, percepta sensibus,
Adhibitis opificum manibus, nos consecutos omnia?
EO. Haud erras, quisquis es. CI. Quæso te præsta hoc
officium mihi,

Et in officinam aliquam deducito me librariam. EO.
Haud uacat

Nunc mihi: quandoquidem Cæsare conuento opus est
mihi, quàm maturrimè.

CI. At is in hoc occupatus est armamentario: neq;
Iam facilis tibi erit aditus ad eum. Sed dum se ille expedi-
at, lubet

Ista uidere interim, quæ tu commemorasti mihi de typis:
Postea

Postea deducam te ad Cæsarem. EO. Agè camus ergò:
sequere me.

Atq; hem, nomen tuum antè dic mihi. CI. Perge: intus
tibi dixero.

ACTVS II SCENA TERTIA.

Cæsar, Hermanus.

Proh Iupiter, quanta hæc ferramentorum copia?
quantus hic
Muralium tormentorum numerus? HE. Nonne
paratissimum hoc

Armamentarium & omni genere telorum ornatissimū?

Cæ. Meherculè ut rei militaris ratio atq; ordo postulat.

He. Quid autè uise sunt tibi nostræ murales phalaricæ?

CAE. Quid censes Arminū? harum unius uim nostræ
omnes uincæ,

Omnes plutei, omnes crates, omnes Romanæ testudines
Non sustinuisent. nam tela his tormentis acta per decē,

Imò per centum cratium ordines possent desigier.

Oridiculas Balearidum fundas: ô catapultas precij

Nullius, si cum his compares: ô balistas uilissimas.

Non hercle existimo Germanos, sine Deorum ope im-
mortalium

Bellum gerere: qui tantæ magnitudinis tormenta inue-
nerint.

HE. Quàm facile, censes, hostium phalangem quis per-
fregerit

Tali falcone? Cæ. Næ facilimè. nam tali ego ariete
 Maius damnū inferam, quā nulle mataris, nulle tragulis.
 HE. Haud erras. Cæ. unō ictu omnem perterruissem ho-
 stium aciem.

Nam uineas agere, aggeres iacere, turres constituere,
 Easq; phalangis subiectis ad hostium propugnacula
 Perducere: postremò lapidum ictu muros defensoribus
 Nadare: hæc tam oppugnationes reddebant difficilli-
 mas.

HE. Quid uero mortaria, quibus ignem uidisti sursum
 iaci?

Cæ. Mihi non absimili forma glandes olim fuerant, fusili
 Ex argilla feruentes: & feruescētia iacula: quæ in casas
 Gallorum, stramentis tectas, fundis iaciebam Creticis.

HE. Quid gesa? quid cateia? quid ueruta? quid matara?
 ut placent?

Cæ. Supra modum. HE. quid ea, quæ ad equitatum ca-
 strensem pertinent?

Cæ. Antiquitus Germani nihil poterant equitatu: neq;
 enim ei

Rei studebant. Sed quicquid poterant, copijs pedestribus
 Valebant. Nam iumenta apud eos mala erant, ac defor-
 mia.

HE. Athodie ualidioribus iumentis utuntur, & equis
 Minimè strigosis: tamq; leuibus, quàm Veneris sit specu-
 lum:

Et insuper torosis. Cæ. etiam ephippiatis? HE. scilicet.

Cæ. Olim uerò nihil habebatur Germanorum mori-
 bus

Inertius, nihilq; turpius, quàm utier ephippijs.
 HE.

NICODEMI FRISCHLINI.

HE. Eoq; minus ualebant equitatu, quàm nunc ualent.

Cæ. Fortasse. HE. quin etiã uariare gyros in uestrum
sciunt

Morem: in rectum, aut uno flexu dextros agunt: ita or-
bibus

Coniunctis, ut nemo posterior sit turmis ex omnibus.

Cæ. Crediderim. sed quæ peditum uirtus in acie est? HE.
cur hoc rogas?

Cæ. Quia olim singuli equites singulos ex consuetudine

Pedites habebant, quos ex omni copia delegerant

Suæ salutis causa: cum his uersabantur in prælijs:

Adeos se recipiebant equites. Hi, si quid erat durius,

Concurrebant: si qui grauiore accepto uulnere ex equo

Deciderant, circumstitebant: si quò prodeundū longius,

Aut celerius recipiendum: tanta erat eorum celeritas

Exercitatione, ut subleuati uolucrum iubis

Equorum, cursum adæquarent. HE. etiã hodiè noster

pedes

Solet inter equites præliari. Cæ. Sed eadem ne, qua meīs

Temporibus, animi magnitudine. HE. Imò maiori arbi-
tror.

Nam quod præcipuum fortitudinis incitamentum est,

ferè

Non casus, nec fortuita conglobatio cuneum facit:

Sed familiæ, atq; finitimarum nationum societas.

Quippe generatim cōsistunt Germani in acie et prælijs.

Cæ. Ego certè nisi equites, et leuis armaturæ olim milites

E Germanis habuissem, nunquam Aruernorum rebellium

Vicissem copias. nam illi ad munitiones hostium

Sequebantur, coniectos in fugam: nonnulli campo equis

IULIVS REDIVIVVS:

Relictis, fossas transibant, & transcendebant macerati:
Cum res in summo esset discrimine, Germani nobis opẽ
Ferebant. HE. Quid uerò Galli, quid Aedui? CAE.

Quid Aedui?

Magno impetu Galli primo procurrunt, audacter locũ
Capiunt: neq; ordines suos magnopere seruant in acie:
Rari & dispersi pugnant: si premantur, terga uertere,
Pedem referre, loco suo excedere non turpe existimant.

Quod de tyronibus tamen, nõ de ueteranis dictum uolo.

HE. At Germani ordines seruãt, neq; à signis temerario

Ausu discedunt, neq; sine graui causa quem quisq; locũ

Cepit, deserit. Habent enim hoc Germani auitum & pa-

trium,

Perstare in acie: nullum frustra telum in hostem mittere:

Nusquam procedere inconsultius, nec hostem longius

Temere insequi, tum, si quod acceptum detrimentũ fiet,

Celeriter sarcire. CAE. Vnum est, quod maxime scire

cupio, Armini.

HE. Quidnam? CAE. Quis regnum solus obtineat
in Germania.

HE. Romanus imperator, quem uulgo omnes dicunt
Cæsarem.

CAE. Cur Cæsarem? HE. Quia huius imperij funda-
menta posuit

Cæsar. CAE. Is ego sum: qui Pompeio uicto in acie
Pharsalica,

Totius orbis terrarũ potius sum. HE. Et potire adhuc.

CAE. Gestio meherclè, famam nominis mei tanto tem-
porum

Interuallo conseruatam: & ad hanc usq; ætatis me-
morian

Pro-

NICODEMI FRISCHLINI.

Propagatam esse. HE. Ita est: neq; enim Germani superiorem hodie

Agnosunt Romano Cæsare. CAE. Proh Iupiter quid audio?

HE. Quod uerum est. CAE. Ergone Romani etiam hodie Germanis imperant?

HE. Non, sed Germani dominantur nunc Romanis.

CAE. Non arbitror:

Siquidem Romanus Cæsar est, ad quem summa huius respicit

Imperij. HE. Imò Germania unus principum est.

CAE. Quomodo igitur

Romanus dicitur imperator? HE. Quomodo Romani Cæsares

A debellatis Germanis se dicebant olim Germanicos:

CAE. Dic obsecro, quomodo Romani in potestatem deuenerint

Germanorum? HE. Anni ab eo tempore, quo magnus ille Carolus

Imperij dignitatem ad nos Germanos armis transfudit,

Viso rebelli Desiderio, Rege quondam Insubriæ, Anni inquam, elapsi sunt septingenti octoginta quatuor.

CAE. Papæ: tot annis imperium terrarum Germani obtinent.

HE. Haud paucioribus. Nam qui nunc rerum summa in Germania

Potitur, quintus & quadragesimus hic imperator est.

Ad hunc enim summa uoluntate omnium septemuirum, Imperij dignitas, adhuc patre uiuo, deuoluta fuit.

CAE. Hominum fidem, quæ tanta rerum facta est commutatio?

HE. Fatales sunt, Cæsar, conuersiones Imperiorum.
CAE. Ita est.

HE. Nam Deus est, qui stabilit, & transfert imperia:
modò hos (mouens.

Modò illos supremis imperij gubernaculis, & regnis ad
Hic res humanas pro libitu suo dispensat: hic premit,
Hic tollit, quos uult, nã solus agit liberè. Cæ. Dicis probè
Et uerè. Nam quantũ cum in omni re, tum uerò maxime
In imperio fortuna possit, id me is in commodis
Egomet documento sum. HE. Habet hunc morem

Deus, huius uitæ arbiter,

Vt in altum humana tollat, quò grauiore lapsu corruat.
Nam ubi res summum attigerit fastigium, repẽtè decidit.
Neq; Assyrij, postquam Hebreis imposuissent stipendiũ,
Vltra ducetos & quinquaginta annos, dominatũ omnium
Rerum tenuere: neq; Persæ post captã à Cyro principe
Babylona, diutius regnarunt, quàm ducentis circiter
Annis: neq; Macedones & Græci, post superatũ prælio
Darium, præfuerunt imperio terræ diutius, (mo.
Quàm annis ducentis: usq; dum armis uicti sunt à Num.
Adeo magnis imperijs denegata est æui diurnitas.

CAE. O Germanos beatos, si exterarũ gentium mala,
Pro disciplina & præceptis habere possint: ut alios
Casus inde timeant. Sed illud interim scire cuperem,
Quinãm illi sint Septemuires, quos nominaueras modo.
He. Sunt septem principes, Germaniæ totius maximi,
Atq; potentissimi, qui regem deligunt suffragio,
Quem rerum summæ præficient: quales olim Lacedæ-
mone

Fuerunt septem Ephori. CAE. Intelligo. HE. Eundem
Romanus pontifex Inau.

NICODEMI FRISCHLINI.

Inauguratum à se salutat Augustum atq; Cæsarem
CAE. Qui pontifex? HE. Romanus. CAE. Quid
num maximus ille pontifex?

HE. Omnino. CAE. Præses aruspicum? HE. Non.

CAE. Sed supremus flaminum
Dialium? HE. Nequaquam. CAE. Martialium? HE.
Vah neutiquam.

CAE. Verò Quirinalium? HE. Haudquaquã. CAE.

Quis igitur? HE. Cardinalium,
Vrbisq; Romæ summus Episcopus. CAE. Non intelli-
go. HE. Neq; (religio.

Multum interest: quando tibi ignota est hæc nostrorum
CAE. Olim Germani Regem ex nobilitate sumebant.
HE. Scio.

CAE. Ducem ex uirtute. HE. Scio. CAE. Neq; in-
finita quondam Regibus,

Aut libera potestas erat HE. Scio, neq; hodie libera est.
CAE. Regem obseruabant principes. HE. Scio. Cæ.

Principem Comites. HE. Scio.
Cæ. Vt quisq; princeps genere atq; copijs amplissimus:

Ita plurimos circum se ambactos & clientes nobiles
Habebat. HE. Idem hoc etiam nostris hodie usitatum est
hominibus.

Cæ. Cum uentū in aciem, turpe principi uirtute uincier
Turpe comitatui uirtutem non æquare principis.

Nam principes pugnabant olim pro laude & uictoria,
Comites pro principe. HE. Hoc idem faciunt & hodie.

CAE. Probè.
HE. Nam probrosum est recessisse ex acie, superstitē suo
Duci atq; principi. CAE. Nullus communis olim in pa-
ce erat

IVLIVS REDIVIVVS.

Magistratus: sed principes pagorum tunc inter suos
Suis dicebant. HE. Idem hoc faciunt & nostro tempo-
re principes:

Si grauior controuersia inciderit, communẽ prouocant
Ad iudicem. CAE. Quem iudicem? HE. Imperij se-
natum, in Nemetibus:

Quæ regio totius Germaniæ media habetur. CAE.
Scio.

HE. Hoc in loco sacrato confidunt uiginti Iudices
Et quatuor: huc omnes undiq; qui controuersias habent,
Conueniunt, & eorum iudicijs decretisq; obtemperant.

ACTVS II. SCENA III.

Allobrox, Cæsar, Hermannus.

QUE tous les diables destruisſent ce meſchânt ſoul-
dat, qui m'a
Auiourd'h'uy defrobè ma bourse: le traistre
larron. CAE. Proh Deum

Hominumq; fidem, Armini, quis Atlas ille est, qui mon-
tem gerit

Humero. HE. Vbinam? monstrum. CAE. Illic à laud.
Vident? HE. Si illum innuis.

Qui calathum gestat mercatorium, uideo. CAE. Illi
ipsum dico, Armini

AL. Il m'emporte dix florins: cependant que j'estois
Couché avec sa putain. Car il m'a voulu rendre la pa-
reille, le desloyal.

HE.

NICODEMI FRISCHLINI.

HE. Sabaudus hic est. CAE. Vbi illa sita est regio?

HE. Vah, quid rogas:

Quitanto tēpore olim in Gallia bellū administraueris?

CAE. Nullam ego gentem noui, isthoc nomine: dic
nomen uetus, Armini.

HE. Recominiscar: non enim mihi in promptu est:
dudum excidit.

AL. Dieu conioint tousiours les semblables ensemble,
moy estant

Dechassé du pays, pour quelques fautes et meschācetèz
Suis contrainct de mener marchandise (ou tromperie
plustost)

Car ce que les larrons font secretement, ie le fāy publi-
quement:

Ce qu'ils font de nuit, ie le fāy de iour. CAE. Neq; fa-
cies uiri, neq;

Vestitus Gallum esse indicant: neq; oratio tam rancida.

AL. Toutesfōys ie suis certainement fort ioyeux,
d'auoir

Si secretement bayssé au liēt ceste femme, qu'il meine
avec soy.

HE. Quo nomine, Cæsar, appellabantur Lemanni olim
accolæ?

CAE. Allobroges. HE. Et hic est Allobrox. nam ho-
die Sabaudi ea loca habent.

Quæ prius Allobroges possederunt. CAE. Nihil in
hoc est, Armini,

Quod Allobrogem referat: ne pileus quidē, credas mihi.

AL. Il l'a raui de Flandre. Car les gendarmes ne uont
en ce pays là,

Sinon

IVLIVS REDIVIVVS

Sinõ pour emmeiner les biens d'aultruy, piller les cofres
Vuidier les maysons, raur les femmes d'aultruy, & en-
grossir les filles & uierges.

HE. Siue Allobrogem dicas, siue Sabaudum, uir Galli-
cus est.

AL. Ils uont en guerre, non pas pour batailler de iour,
mais de nuit.

HE. Quæramus ex ipso cuius sit. CAE. Quæramus
sanè, Armini.

AL. Meintenant ie m'en uay au marchè, pour desployer
Ma marchandise: ie sþere bien de recouurer la le
Dommage, qui m'est aujourd'huy aduenü. Car il m'en
faut trouuer

Vn qui me paye de dix aultres florins. HE. Scin'
quid dicat? CAE. Ego, ne

Vnum quidem uerbum intelligo. HE. Propius accede
paululum. (terc de moy)

AL. Ie n'ay pas doubte, que ie n'en trouue un, qui aches
Car i'ay apportè marchandise delicate. Cæ. Queso te,
Quid dicis? HE. Delicatas apportare merces huc ait.

CAE. Proh Deum, etiãne hodie durat consuetudo hæc
in Gallia,

Vt Germanis suas importent inde merces? HE. durat
maximè.

Nam multò cultior semper fuit Gallia, quàm Germania.

CAE. Sanè & meo tempore ne conferendus quidem
ager Gallicus

Cum Germano fuit: neq; consuetudo hæc conferenda
cum altera.

AL. Mais il me faut hastier afin que quelcun ne se
mette en mon lieu. CAE.

NICODEMI FRISCHLINI.

CAE. Oratio semilatina hæc uidetur. HE. Sic est

CAE. Obsecro,

Vnde huius lingue notitiam tu cõparasti. HE. Vsu frẽ
Quotidiano, & crebra conuersatione cum exteris,

Et nostris Gallis. Nam paucos reperias hodie principes
Germaniæ: qui Gallicã linguã non iam olim didicerint.

CAE. Quam linguam? HE. Gallicam. CAE. Ab
toto erras cœlo, mi optime Armini.

Nihil enim habet huic lingue simile lingua Gallorum
uetus.

Sed age reuoca hominẽ priusquã hinc discedat longius.

HE. Hola hola. AL. Que uœux tu? HE. Escoute. AL.

Je suis perdu: ie croy
Certainemẽt que ce gendarme uendra tout à cest heure.

HE. Demeure, ou i' en uas tu? AL. I' en par fortune
une putain. HE. Que dis tu?

AL. Que tout ce qui à estẽ fait n'a point estẽ fait par
ma faute. HE. Quoy?

AL. I' ay creu quelle fust seruante. HE. Qu' auois tu fait?

AF. Ab peu de cas. HE. Quoy donc? di moy. AL. Sa-

ches que ie n' ay pas fait
Ceci pour amour & pour ceste cause, ie te prie pour

l'amour de Dieu,
Pardonne moy ceste faute: si i' en fais iamais un autre,

tue moy.
Cæ Quid narrat, obsecro Armini? HE. Nebulo malẽ

sibi est conscius,
Sed quidnam admisit, nulla coniectura satis assequor.

AL. Neq; dixero tibi per iouem. Nam & ego Latina
intelligo.

HE. Amas

IVLIVS REDIVIVVS.

HE. Amasse dicit quandam seruam. CAE. Nihil alienum à pristinis

Admisit moribus. AL. Egomet meo indicio miser, quasi Sorex me prodo, cur non istum ludo uicissim militem?

HE. Que gringotte tu tout seul Sauoyen? AL. Mon amy, di moy:

N'auons nous pas couchè ceste nuit ensemble en une Tauerne.

HE. Certes iamais ie ne te uys par cy deuant. AL. He las & toy mon ami,

N'as tu pas esté en la tauerne icy prochaine? HE. Nullement.

AL. Nal aussi de tes compaignons de guerre? HE. Pourquoi demandes tu

Cela? AL. Pource q'ouon m'a uuidè ma bourse. HE. Que tous les diables

T'emportent, meschant homme, qui iuges les autres selon que tu es.

AL. Il ne peult estre que tu n'ayes mon pillage. HE. Qu'ay ie pendart?

HE. Mon argent. HE. Va au gibet, que tu as il y à desia long temps meritè.

AL. C'est la coustume des gendarmes, quand ils ont raui le bien

D'aultruy, encore font ils leurs fols d'eux. HE. Marchand, ie te dis:

Si tu m'accuses de larrecin, ou moy, ou mes compaignons, ie te tueray.

AL. Or bien ie me tays, & m'en va. HE. Si tu es sage, mon Sauoyen.

CAE.

NICODEMI FRISCHLINI.

Cæ. Quid ait? aut quare iratus est illi? HE. Furti me
nebulo alligat.

Cæ. Furti? qui dum? HE. Loculum sibi ait, hac nocte
à quodam milite

Expilatum. Cæ. Non nouit te, atq; alium quàm sis, te
iudicat.

AL. Hec militaris hodie disciplina est, alijs iniuriam
Inferre, bona eripere, ad necem deuerberare: et insuper
Id gratiæ sibi deposcere, quòd tam clementer egerint:
Ac modò non lucro apponere, quod non occisus sies.

HE. Que iases tu? Cæ. Missa isthæc faciamus: & alia
ex hoc homine

Scitemur. HE. Si lubet audire hominis periuri mēdacia
Et nugas, agè percontemur. nam hodie uix ullū reperias
Hominum genus mendaciloquijs, nugacius, periurijs,
Quàm sunt mercatores eiusmodi. Cæ. Percontemur
tamen,

Quis homo sit. HE. Quis enim alius, nisi nequam?

Cæ. Sed cuias? HE. Sabaudus est.

Cæ. Quere ex ipso. HE. Queras tute. Cæ. Vereor ut
Latina intelligat.

HE. Facito periculum. Cæ. Agè uoca illum. HE. E scoutè
pendart. AL. Que uex tu?

HE. Ce grand Seigneur ueult parler avec toy. AL.
Quel homme es tu?

Cæ. Qualis homo ego sim, rogas? AL. Ouy. HE. O
l'homme effrontè & impudent.

AL. Pour quoy mon soudart? HE. Est ce ainsi que tu
parles avec luy?

IV LIVS REDIVIVVS.

AL. Qui est il? HE. Vn tres grand roy. AL. Dieu te gard.

HE. O l'homme rustique. AL. Je ne puis flatter. CAE. quid dicit, Armini?

HE. Negat se posse adulari. CAE. Si modò possit uerum dicere.

HE. Mon amy, me pourrois tu dire la uerité? AL. rien plus facilement.

Si tant seulement il m'estoit licite de dire, ce que me plairait.

HE. Di donc mon marchand. AL. Il ne me plait pas. HE. Pourquoy? di le moy.

AL. Je crain ta cruauté. HE. Je ne suis de nature si inhumain. AL. Bien.

CAE. Ab longè alius fuit Gallorum ueterum sermo. HE. Quomodo?

CAE. Propria ea lingua fuit, atq; ab aliarum ferme gentium

Sermone, præterquam à Britannorum lingua dissimilima.

Equidem decem annis totis, quibus ego bellum gessi in Gallia,

Linguam illam addiscere non potui. HE. Multò hæc facilius discitur

Ab eo præsertim, qui Latinis tinctus fuerit literis.

CAE. Vnde obsecro est hæc noua Gallorum lingua, mi Armini?

HE. Ex uarijs mista linguis est hæc sartago loquendi noua.

Nam dimidia eius pars à Romanis traxit primordium. CAE.

NICODEMI FRISCHLINI.

CAE. Apparet. HE. Galli enim subacti à Romanis,
ad linguam simul

Et mores se accommodarunt. CAE. est uerisimile.
Nam Gallicum genus summæ est solertiæ, atq; ad omnia
Imitanda & efficienda, quæ à quoq; solent tradi,
aptissimum.

HE. Tum Græcula ciuitas Massiliensium in multis
locis,

Reliquit sermonis sui uestigia. Cæ. & hoc probabile est.

HE. Demum Franci occupato regno Galliæ, cum copias
Duce Pharamundo Rhenum traduxissent, & præsidia
Romanorum eiecissent: filias Gallorum coniuges
Sibi acceperunt: & mores linguamq; eorum cum sua
Permiscuerunt. sed fac, ut dixi, ex ipso periculum.

CAE. Heus tu: potin' es latine respondere mihi
quod te rogo?

AL. Vbi lubet, possum: ubi non lubet, non possum.

HE. dixin' hoc tibi,
Cæsar, hominem esse nequam, & peioris notæ? CAE.
sine sit: modò

Respondeat mihi, quod rogo. AL. Quid ergo rogitas?

CAE. Primum hoc mihi
Dicas uolo: cuius sis. AL. Francus sum. Cæ. Quid hoc
est nominis?

HE. Ita Galli hodie uocantur. Cæ. at olim hi populi
erant Germaniæ?

HE. Etiam nunc hodie sunt populi Germaniæ, quos
Francos nominant:

Sed Gallia nomen Franciæ à Francis accepit regibus.
Qui postremi occuparunt Galliam. Cæ. cho tu. AL.
quid est?

IVLIVS REDIVIVVS:

Cæ. Vtrum Sequanus es, an Allobrox, an Aeduus? *AL.*

Nihil horum. *Cæ.* Vtrum

Auernus, an Lingo? *AL.* Hæc ignota sunt hodie uocabula.

Cæ. Quomodo igitur tua nominatur nunc patria *AL.*
Sabaudia.

Cæ. Vbi sita est ciuitas isthæc? *AL.* Ad ripas Rhodani:
ubi is è lacu

Geneuensi exit. *Cæ.* Num Geneua est? *AL.* Non, sed
uicus proximus.

Cæ. Athi populi olim dicebantur Allobroges. *AL.*
Nomen uetus

Nescio: sed quod hodie Sabaudi dicantur, certò scio.

Cæ. Olim extremum Allobrogum oppidum fuit Gene-
ua, & proximum

Heluetiorum finibus, ad Lemanum situm. *AL.* Ibidem
& hodie

Situm est. *Cæ.* Pons ex oppido pertinebat ad Heluetios.

AL. Etiam hodie sunt fœderati Heluetij, & ciues mei.

Nam Bernates, qui pagus omnium est penè potentissimus,

Fines suos ad Rhodani ripas usq; extendit. *Cæ.*

Nemini

Dubium esse debet: nec mihi fuit unquam: quin Heluetij

Totius Gallie possint per plurimum. *HE.* Sic autumo.

AL. Tigurinus certè pagus ultra Rhenum amnem
longè suos

Promouit terminos. *Cæ.* Etiam olim bellandi homines
cupidi,

Pro multitudine incolarum, proq; belli gloria,

Et fortitudine, angustos habere se fines ibi

Arbi.

NICODEMI FRISCHLINI.

Arbitrabantur. HE. Credo. nam hodie quoq; uirtute bellica

Heluetij omnibus Gallis præstant. Cæ. Quem regem habent?

AL. Gens libera est: in eadem etiam libertate nunc permanens,

Quam à maioribus acceperant. Cæ. Crediderim. nam olim quoq;

Nostro exercitui se opponebant: ne Romano iugo Premerentur: uti finitimis accidisse iam tum uiderant Allobrogibus. AL. Omnes homines natura libertati student,

Et conditionem seruitutis oderunt. Cæ. Consentio.

HE. Nihil ne fers noui tecum è Sabaudia? AL. Nihil equidem

Certi. HE. Si certi nihil, aliquid incerti comminiscere.

AL. Mentiri non meum est. HE. Imò mercatoribus est proprium.

AL. Regem ferunt in armis esse, & bellum facturum hostibus:

Germanos auxilio accersitos à Belgis: Hispania

Regem magnas adducere copias in Belgium. HE. Cur obsecro?

AL. Quia metuit: ne si noua manus cum ueteribus copijs

Se coniungat, minus resisti possit. HE. Nugaris probè.

Cæ. Est certè Gallicæ hoc consuetudinis, ut uiatorem inuicem

Cogant consistere in uia, uel inuitum: & cupide admodum,

Quod quisq; eorum de re qua; audierit, aut cognoverit,

Querāt: & mercatores vulgus circumfistat in oppidis,
Quibus ex regionibus ueniant, & quas ibi res cognoverint,

Pronunciare cogant: atq; his permoti rumoribus,
De summis sepe rebus consilia ineant improuidi
Homines: quorum ipsos poenitere necesse est ē uestigio:
Cum incertis seruiant auditionibus & rumoribus:
Et ficta pleriq; ad uoluntatem ipsorum respondeant.
HE. Vulgi est hęc leuitas, quam lex lata publicē iam
sustulit.

Nam Gallicanę ciuitates, quę suam Rempublicam
Commodius administrant, legibus sancitum isthuc
habent:

Si quis quid de republicā à finitimis rumore aut uaga
Fama acceperit: uti ad magistratum continuo deferat:
Neu cum quo alio communicet: quod sepe homines
temerarios

Atq; imperitos falsis perterreri rumoribus: & ad
Facinus impelli, & de regno consilium capere cogni-
tum est.

Cæ. Sapienter factum: nam magna est temeritas meher-
culē, ut leuem

Auditionem habeas pro re comperta. Verum heus tu.
AL. quid est?

Cæ. Quis regnum nunc obtinet in Gallia? AL. hodie
Gallus imperat

Rex Christianissimus. Cæ. Eho quid hoc est nominis,
Armini?

HE.

HE. A religionis studio Gallorum regibus est inditum.
CAE. Semper Gallorum natio dedita fuit religionibus.
Sed quamobrem Christianissimus appellatur? HE. Com-
munis est

Gallis & Germanis Deus hodie, qui Christus dicitur:
Eumq; colunt, qui Christiani nominantur. CAE. Pro
Deum

Quis ergo Hesium diuino cultu prosequitur in Gallia?
AE. Nos pro Heso colimus Iesum. CAE. Sed quis Mer-
curio facit sacra?

HE. Mercurium soli mercatores uenerantur. nam
hunc itinerum

Viarumq; duem: hunc inuentorem credunt omnium
artium:

Hunc ad quæstus pecuniæ, & mercaturas uim maxi-
mam

Habere arbitrantur. CAE. Ita est per Iouem Armini. HE.
quorsum tu abis

Sabaude? AL. propero ad mercatum in forum, ne qua
in mora mihi

Ipsi sim. Nam sat uobis pro deridiculo dudum fui.

HE. Abi in malam rem furcifer: atq; audi, probam uel
mercem in foro

Exponas, da operam. nam mox illic emptorem me re-
peries.

AL. Curabitur, saltem id des tu operam, ut nummos
afferat probos.

HE. Homo mali commatis est. CAE. Vbi autem Cicero?

HE. nusquam apparet. CAE. hem:

Quonam ille abiit? HE. ignoro. CAE. mirum ni se sub-
duxerit

IULIVS REDIVIVVS:

In tonstrinam, aut aliquò deambulauerit. nam corpore
Curando plus iusto inseruit. HE. Fortasse. Cæ. Ibo, &
uisam in foro,

Si fortè se ad Mercurium, præsidem fori receperit.

HE. Et ego, quod manipularibus meis edicam intus,
habeo:

Post eòdem me recipiam: Cæsar interim uale: CAE.
Vale.

ACTVS III. SCENAL

Cicero. Eobanus.

Hominum fidem Eobane: ut perculta literis
Est Germania? EO. Nunquid placet ars typographica?

CI. Oculos meos satiare non potui: intuens
Lustransq; singula. nam quæ hæc obsecro agilitas
Manuum, qua literas è capsulis legit

Compositor? quàm expedita præli agitatio?
EO. Ego uerò oculos meos satiare non queo:

Dum te Ciceronem intueor: cuius gloria,
Totum compleuit orbem terrarum. CI. Ah tace.

Nam uana est, quæ hoc æuo paratur gloria:
Neq; manius quicquam est, quodq; in se habeat minus
Solidi, quod apprehendas, quàm est studium gloria.

EO. Dixine uisurum te, quæ non uideras
Prius? CI. Imò uidi: & doleo, quòd meo tempore
Nunc olim, hæc ars non fuerit in usu inter homines.

Nam

NICODEMI FRISCHLINI.

Nam quot putas Eobane iam superstites
 Tibi libros: qui librariorum summa inopia
 Interciderunt? EO. plurimos & optimos
 Puto, mi Cicero. CI. & quàm correctos ac bonos?
 EO. Haud dubiè. CI. certè enim quæq; recentissima
 Correcta sunt, & emendata maxime.
 EO. An uerò si bibliothecam Tyrannio
 Tuus hodiè uellet conficere: non putas
 Magnam edibus tuis mentem hinc ire additum?
 CI. Sic arbitror Eobane. EO. ac ne Græca quidem
 Bibliotheca indigeres Cicero. CI. me herculè.
 Nam si fuissent olim tantæ industriæ
 Opera, nullis ego pepercissem sumptibus.
 Equidem multorum nummum bibliotheca mihi
 Fuit, quam confecit meus Tyrannio.
 Sed nihil erat, quod cum his posset conferrier.
 EO. Quid uerò operis tui uolumina, ut placent?
 CI. Sane optimè: nisi quod lacunæ displicent.
 EO. Da quæso operam, ut dum commorâris hic apud
 Superos, illas lacunas librorum expleas:
 Et mendas, si quæ olim irrepsere, detrahas.
 CI. Ah mi Eobane isthuc facilius peti potest,
 Quàm impetrari. nanq; omnem ueterem memoriam,
 Qua conscripsi hos libros, lethæum poculum,
 Quod ante multa secula bibi, apud inferos,
 Obluione deleuit. EO. Verisimile est.
 CI. Proin noli isthuc à me precibus contendere.
 EO. A quonam igitur? CI. uel à nullo, uel à nouis
 Antiquis. EO. quibus antiquis & nouis? utrum
 Ab ijs, qui plura habent antiqua uocabula,

IVLIVS REDIVIVVS

Quàm antiqua nomismata? CI. haud intelligo quos
lis,

EO. Ab ijs ne, qui corrigendo libros, liberos
Non corrigunt: & qui nihil à se corrigi

Posse putant, sine aliorum contumelijs?

CI. Ehem. EO. qui uerbis utuntur summa, puto,
Caula dignis. CI. nescio sanè, quos innuas.

EO. Ab ijs, qui ueteres emendant, & corrigunt
Auctores. nam isti de suo ingenio librum
Quenq; & lacunam omnem facile suppleuerint.

CI. Nolo hercle: sed uolo ut lacunas expleant,
Et mendas tollant, homines antiqui & neu.

EO. Quinã illi? utrũ hi, Marce Cicero: qui dant novos
Libros pro ueteribus. CI. minimè hoc uolo. Nam mihi

Credas Eobane: ut lethes poclum, quod bibi,
Omnem mihi ademerit memoriam: non tamen
Ita sim domens, ut libros atq; liberos

Adulterinos mihi patiar obtrudier

Pro legitimis. Malo nanq; orbus uiuere,

Quàm pro spuriorum haberi patre. EO. consentio:
Sed nondum scio tamen, quinam illi sint noui

Et antiqui, qui libros corrigant tuos.

CI. Iam non uacat dicere: dicam alio tempore.

EO. Quid autem Sturmiã tibi præfatio?

CI. Perquam elegans. nam magna copia in hoc uiro,
Et uis dicendi, liquidum sermonis genus,

Grauib; q; uerbis culta, & sapientissimis

Sententijs perquam polita est oratio.

EO. Quid Commentarij Volsij in tuos libros?

CI. Tersi, docti, sapientes, ut nihil supra.

EO.

NICODEMI FRISCHLINI.

- EO. Quid eiusdem Isocrates? quid item Demosthenes?
CI. Vah quid rogas? Athenæ huc in Germaniam
Commigrasse mihi videntur. EO. Quid Camerarius?
CI. Hic vobis alter Varro est, alter Theocritus,
Alter Polybius, orator grandis, grauis,
Et copiosus: tum Poëta commodus.
EO. Quid de Philippo iudicas Melanthon?
CI. Totius hic ornamentum fuit Germaniæ
In literis, in liberalibus artibus,
In optimis quibusq; studijs: quæ quidem
Virum bonum atq; ingenuum scire condecet.
EO. Sed quid de nuper natis quæstiunculis?
CI. Nihil illis uidi infantius, nihil stolidius,
Nihil à dicendi artificio remotius.
EO. At mirificè tamen is sibimet ipse placet,
CI. ô Dij quàm ineptus, quàm sese ipse amans, sine
Ruali. EO. an non polita illius oratio est?
CI. Imo arida est, iciuna est, tota elumbis est.
EO. Quid Erasmus Roterodamus? CI. librorum
helluo
Isthic fuit, ingenio summo, artibus optimis,
Doctrina singulari, linguis plurimis
Instructus, tum faciendæ orationis ac
Exornandæ autor locupletissimus: nisi
Quod uerborum delectum, non aptè adhibuit,
EO. Ciceronianum illius, qui nunc denuò
Prælo editur, nunquid probas? CI. probo maxime:
Tameis quædam sunt, quæ à me dici queant
Commodius. EO. Non dubium est. Sed quidnam iudi-
cas.

De cæteris poetis his Germaniæ,

De Hutteno, Lotichio, Sabino, Posthio,

Cordo, Mycillo, Schedio, Sturno, Cropacio,

Fabricio, Reusnero, atq; Lauterbachio?

CI. Quid aliud iudicem: nisi quòd penè ausiem

Iurare, omnes montes Germanici soli

Heliconas, Cinthos, Parnassos & propè Claros

Esse: omnes fontes Hippocrenas: tum insuper

Totum Permessum per quosdam occultos specus

Et subterranea loca se in Renum abdere,

Et aquas suas cum Reni permiscere aquis:

Sicut de Arethusa in fabulis accepimus.

EO. Quid de Xylandro sentis, & Posselio?

CI. Ambos Homeri alumnos esse censeo.

EO. Quid autem de Mathæo Vesebeccio,

Iuris consulto? Quid de Vigelio, meo

Populari? Quid de Schurphio, de Klingio,

Deq; alijs consultis nostræ Germaniæ?

CI. Eobane, si uera esset hæc sententia

Quæ statuit, animas, postquam semel ex corporum

Vinclis, tanquam ex carcere quodam, euolauerint,

Redire post in alia aliarum corpora:

Tum liquidò ausim affirmare, ueteres Scauolas

Et Labeones, Trebatiosq; & Aelios,

Hodie migrasse in Germanorum pectora.

EO. Quid Fuxius tibi uisus est, Marce Cicero?

CI. Medicum illum dicis, cuius excudit libros

Tuus iste Typographus? EO. Illum ipsum: quis uisus

est?

CI. Alter Cato, aut ipso Catone doctior.

EO.

NICODEMI FRISCHLINI.

EO. Quid Crato? quid Cornarius? CI. Vterq; Hippocrates.

EO. Quid Scheccius? CI. alter Aristoteles, alter Plato.

EO. Quid Hizleri oratio de Fuxio? CI. mea.

EO. Et quid Academia hæc noua? quid conuentus in

Hoc templo: quod modò frequentarunt tot uiri,

Priscis imagmibus clari atq; nobiles:

Tot uenerandi patres: tot præfules:

Tot sacri antistites: tot summi rhetores:

Tot homines legum, & iuris consultißimi:

Tot medici: tot mathematici: tot Musici:

Tot discipuli, genere & uirtute nobiles?

CI. Ego, Eobane, mihi uisus sum uersarier

In medio Socratis Lycæo, apud Atticos.

Nam qui perorauit tam splendide & dilucide,

De studijs literarijs, de literis,

De ingenuis artibus, de ueterum illis scholis,

Byzantio, Athenis, Roma, Berytho, Rhodo:

Is mihi non Germanus, sed Rhodius, &

Rhodijs Molonis condiscipulus uisus est.

EO. Et mihi itidem. CI. iuuenes porro ipsi, de grege

Leßi, qui tam eleganter de rebus uarijs

Differuerunt in partem utranq; EO. quid tibi

Visi sunt, Cicero? dic obsecro. CI. quid mihi

Visi sint? in ludo educati Socratis.

EO. Quid Prætor urbanus, qui è supremo loco

Ius conferendi honorem Academicum dedit

Decano? quis tibi uisus est, Marce Cicero?

CI. Quis enim alius, nisi de Trebacijs, aut Scæuolæ,

IVLIUS REDIVIVVS

Ac Scipionis posteris unus. EO. quid? an

Reliqui Scholarchæ non sunt tibi uisi uiri

De genere nobili, & perhumani, & probi?

CI. Imò equidem. Nam esse tales uultus arguit:

Qui ianua quædam mentis est. EO. certè uiri

Sunt optimi, & studijs exculti literarijs:

Tum nominis tui amatores maximi.

CI. Utinam alloquendi ipsos mihi sit occasio.

EO. Imo est. CI. ubinam? EO. in Prytaneo urbis: ubi
prandium

Nunc apponetur totius Academiæ

Amplissimo senatui. CI. licet autem ibi

Adesse? EO. cui libet, & Ciceroni maxime.

CI. Gestio mehercle, Eobane, Cæsarem optime.

Nam hunc quoq; conuiuiam adesse perualem.

EO. Vbinam is est? Commonstra mihi. CI. illinc ad-
uenit.

Miror, ubi interea fuerit, quòd iter hâc habet.

EO. Certè equidem, si quisquam est, qui magnifico
epulo,

In hac urbe excipi debet, uel Iulius

Hic Cæsar imprimis debet: modò mihi prius

Hominem compellare liceat, Marce Cicero:

Quàm hinc abeamus in urbis Prytaneum. CI. imò licet:

Modò non tardius illò ueniamus, quàm decet.

EO. Sat tempori ueniemus. neq; enim tam citò

Discumbitur. CI. quid autem isthic secum demurmur-
rat?

ACTVS

ACTVS III. SCENA II.

Cæsar, Cicero, Eobanus.

PErreptaui omne usq; opidum: Cicronem nusquā:
neq; rei

Quid gerat, aut quo leco consistat, adhuc potui co-
gnoscere.

Cl. Mene hic nominat, Eobane? EO. imò te: quantū per-
cipio auribus.

Cæ. Neq; inuenire certum: ubinam remanserit: quauē in
domo.

Cl. Adeamus propius. EO. adeamus. Cæ. primum in fo-
ro piscario

Locum ascendi excelsum: unde prospectum caperem
longissimum.

Vbi non apparet: omnes ganeas, omnes popinas,

Omnes tabernas ingrediens: an fortē alicubi indulgeat

Genio. Cl. quid? men' hic in tabernis? EO. ita loquitur,
me hercule.

Cl. Eamus obuiam illi, Eobane. EO. lubet. Cæ. Nunc
postquam spes ferē

Omnis potiundi illius discedit mihi: ignoto loco

Inuestigare diutius summæ arbitror dementiæ.

Cl. Vocabo. hem Cæsar. Cæ. quis me uocat?

Cl. ego sum: quin ad me respicis. Cæ. O Cicero

O Cicero, te ipsum querito. Cl. Et ego te mihi tam op-
portunē obuuium

Eieri gaudeo. Cæ. quid est? aut ubi tu tam diu latuisti? Cl.
ego in hunc

In

*Incidit hominem Germanum, unde expedire memet tam
citò*

*Non potui, ut uolui. Cæ. quid hominis est? CI. me her-
cle uir optimus, & mihi*

*Amiciſſimus: Harminij illius popularis. Cæ. hominem
probo.*

*CI. Nam dum te carco: mihi quæ iucunda ex humani-
tate*

*Alterius, & moribus accidere poſſunt homini, ex hoc
uiro*

*Cunſta acciderunt. Cæ. hominem laudo. CI. doctum ho-
minem uidebis,*

*Et optimis ſtudijs, à puero deditum: in primis tui
Deſiderio ſagrantem. Cæ. quanam occaſione? CI. No-
minis*

*Tui fama, quæ iam dudum orbem totum terrarum im-
pulit.*

*Tantus enim ſplendor eſt in laude uera: tanta dignitas
In magnitudine animi & conſilij: ut in obſcuro loco
Latere non poſſit. Quare tuo tam excellenti bono
Gaude & fructe, cum fortuna atq; gloria: tum mo-
ribus,*

*Et natura tua. Cæ. Rectè auguraris, mi Marce Cicero:
Atq; ego cum ex re ipſa magnam capio uoluptatem:
tum facta*

*Mea ſic probari abs te triumpho, & gaudeo. CI. imò
hic etiam*

*Rerum tuarum magnitudine incitatus, gloriam &
Laudem tuam approbat. Cæ. quomodo? CI. magno in-
genio, & uirtute. nam*

NICODEMI FRISCHLINI.

Rerum tuarum studio incensus, eas mendare uersibus
Cupit: posse arbitror: ualet ingenio: habet usum ma-
ximum:

Iam pridem in isto genere literarum uersatur: cupit
Satisfacere tuarum sic laudum immortalitati.

CAE. Proh Iupiter, an etiam Germani habent poëtas?

CI. Imò habent.

CAE. Latinos? CI. Scilicet. nam hic Hessius Romano
more loquitur.

Tum, si maiorem fructum gloriae putas ex uersibus
Graecis, quàm Romanis te percepturum, etiam Graecos
dabo.

Cæ. O Dij quid audio? CI. Quid enim, nisi quod Al-
pes hasce Italia

Et Graecia transuolarunt. Cæ. Ehem. CI. Quare hunc
mi Cæsar, uelim

Tua omni comitate complectare, ut posthac omnia,
Quæ per me possis adduci, in meos ut promptè con-
feras,

In unum hunc conferas: de hoc spondeo, probiorem ho-
minem, uirum

Meliorem, prudentioremq; esse neminem. Cæ. Quid
ergo uis,

Ut præstem? CI. Huic ego neq; tribunatum, neq; præ-
fecturam, neq;

Vilius beneficii certum nomen peto: neq; impedio
quo minus,

Si tibi ita placuerit, etiam hisce cum gloriola in-
signibus

IVLIVS REDIVIVVS

Ornes: totum deniq; hominem tibi trado de manu in
manum.

Cæ. Quod nomen illi est? CI. Eobano Hesso. Cæ. Ego
accipiam illum, uel tua

Causa. CI. facis profecto, quod te dignum est, optime
Cæsar.

EO. Diue quibus cælo Cæsar te laudibus æquem?

O lux Ausoniae, spes o fidiſſima noſtrum.

Quæ tante tenuere moræ? quîs Cæſar ab oris

Expectate uenis? ut te miſiſſime Cæſar,

Post xarios caſus, poſt tot diſcrimina rerum

Deſeſſus uideo? magnis ſit gratia Diuis,

Auſpiciſus tantorum operum, quod ſedibus Orſi

Has uoluere animas ad noſtram accedere terram,

Sublimes animas: iterumq; ad tarda reuertî

Corpora, cælorum ſupera ut conuexa reuiſant.

Eia age magne pater, Germanis reddite terris,

Sis felix, noſtrumq; leues pietate laborem.

CI. Hunc optimorum uerſuum numerum dicit hic ex
tempore.

CAE. Qualia ſunt igitur quæ accurate ſcribit? CI.
quid cenſes? ego

Sic ea probo, ut ad ueterum ſcriptorum laudem perue
niant. CAE. probè.

CI. Et hunc non diligas? non admireris? non omni
modo

Exornandum putes? CAE. imò equidem. Nam poète
rum ingenia

Semper grata ſuere Imperatoribus. CI. & meritò. nam
Ad res geſtas accedat lumen literarum; tum omnia

Iacent

NICODEMI FRISCHLINI.

lacent in tenebris. Cæ. demiror profecto, unde hæc Germanicæ

Felicitas in literis. Nam olim uita omnis Teutonum, In studijs rerum militarium, & in uenationibus:

Ab paruulis duricie studebant, ac laboribus.

CI. Pol Cæsar. si tu pro tuo, quod inspexisti, ut arbitror, Armamentario, uidiſſes urbanum tabularium,

Et bibliothecam, & fabricam librorum: non iudices Ita ut olim iudicaſti, de Germanorum librarijs.

Cæ. Quas tu mihi bibliothecas, quæ tabularia, quos librarios

Dicis Cicero? CI. Quos uidi his oculis. non enim utendos foris

Accipio. Cæ. Quas fabricas mihi affers? CI. In quibus librarij

Libros excudunt prælo. Cæ. Prælo? CI. Mehercle. Nam dum tu ambulas

In hoc armamentario: ego perlustraui, Eobano duce,

Librariam officinam. Cæ. quam officinam? CI. quam? librariam.

Cæ. Tibi ego credam? CI. Quin etiam in bibliotheca, unâ aſſedimus.

Cæ. Quæ bibliotheca? CI. quæ in Lyceo eſt. Cæ. ſatin? ſanus es? CI. ita ſum, ut uides.

Nam mox Academiam quoq; contemplatus ſum, longè optimam.

Cæ. Academiam? pol tu homo, non es ſani capitis, qui Academiam

Vidiſſe te dicas in his regionibus. CI. uidi Hercule:

IVLIVS REDIVIVVS.

Et eam longè illi Academiae & Lycae præfero. Cæ.

Quid ais?

Tibinè ego credam? CI. Siue credas, siue non: mihi hoc
fat est:

Quòd uidi Academiam, uidi Lyceum, uidi Socratem,

Vidi Platonem: uidi Aristotelem: uidi Trebacium:

Vidi Aelium Tiberonem: uidi Scaeuolam cum Lælio.

Cæ. Scio: in Plutonis regia. CI. Non: sed in his locis

Germaniæ.

Cæ Vtrum ergo, & illis aliqua facta est à Plutone copia
Migrandi ex inferis: & lustrandi nouam Germaniam?

CI. Non, per Lethen. Nam quos modò uidi Prætores
quos Consules,

Hi nunquam mortui sunt: neq; uenire unquam ad nos
inferos:

Neq; unquam uenturi sunt. Cæ. Delirus es, & delirant
tibus

Me uerbis obtundis. CI. Satin' tu apud te es, qui quod
uiderim,

Vidisse me negas? Cæ, At enim prius non habeo tibi
fidem:

Quàm ipsus met uideam istos Germanos Platones,
Socrates,

Tuberones, Aelios, Trebatios: Lycea, Academias:

Et istos, nescio quos, prætores urbanos, & consules.

CI. Quæso te, cur adeò paruam mihi fidem habes? Cæ.

Quia toties

Mihi falsum memorasti, cum adhuc ambo mortalem in-
ter homines

Aetatem degeremus. CI. At nunc quid quæso lucri sit
mihi si

Si maximè dem uerba tibi: & uerborum te lenocinio
Circumueniam? Cæ Nihil prorsus. Ac pròinde uera te
loqui

Velim. EO. Vera utiq; dixit. Nam nos ita adhuc esse
barbaros,

Ut olim fuimus, noli tu Cæsar credere. CAE. Vos bar-
baros

Esse minimè credo: quos uideo Latinis tinctos literis:

Sed esse Academiæ in Germania, id mihi non uerisimi-
le est.

EO. Vnde igitur istam Latinitatem comparemus, Cæ-
sar? Cæ. Ex

Italia: sicut olim ueteres Itali è magna Græcia.

ACTVS III. SCENA III.

Caminarius, Cicero,

Cæsar, Eobanus.

O Fega. Cæ. Proh Deum. CI. quid est? Cæ. fu-
giamus hinc, fugiamus ocyus.

Ca. O fega. Cæ. Væ nobis Cicero, uæ nobis. Cæ.

O fega. CI. Hei mihi,

Quò fugiam? quò me recipiam? EO. Manete: quò fu-
gitis uiri?

Cæ. Egonè maneam, cui Pluto cum longa ista pertica
imminet?

EO. Mane obsecro: nihil est periculi. Ca. O fega. Cæ.

Nihil ais esse periculi?

Ab nescis tu, nescis Eobane, quibus uapulem

Plagis quotidie: quibus arumnis premar ab hoc pessi-

IVLIVS REDIVIVVS

Cacodemone. CA. O fega. Cæ. Hem non audis: hortatur nos ad fugam.

EO. Cicero quo fugitas? redi amâbo. CI. si lumbos: mihi frangi uelim.

CA. Io spazzai hoggi duoi camini: ma non ho hauuto

Tanto di mercede, quanto io ho tolto per un camino Solo, qual' io scopai hier sera, nella questa casa.

EO. Hic Italus est. Cæ. Credo: ex Auerno prodijt Campaniæ.

EO. Minime: sed ex partibus Insubriæ. CI. Hem, quem tu illum prædicas

Eobane? EO. Italum. CI. Videlicet ex Vesuuiio ortum Campaniæ

EO. Non est Campanus. CI. Siculus igitur erit, ex Aetnæ faucibus.

EO. Non est Siculus. CA. O fega. Cæ. Iterum nos exhortatur ad fugam.

EO. Mane obsecro. CI. quid si Vulcanus ex Lemno est Insula?

Cæ. Fortassis. EO. Erratis ambo: quoniam certò issthic Italus est.

CA. Vorrai che io potessi hauer anco sta sera un tal camino.

CI. Caminum nominat. Cæ. Quid si Lycius sit, è Chimere

Camino eiectus? CI. fortasse. EO. erratis: quoniam hic Insuber est.

CA. Veramente sono madonne daben, le quale recevano

Et trat-

NICODEMI FRISCHLINI.

Et trattano talmente li forestieri. perche al primo sta
donna me lauo

Con l'acqua calda: poi me menò alla cena, lamentando

Ancora insieme, che il suo marito se n' ando nella
Guerra, e per quanto tempo sola la stette: da poi me-
ne condusse

Al letto, uel qual dolcemente per tutta la notte

Sono restato. Cl. quid loquitur? EO. non intel-
ligis? Cl. Non herculè.

Cæ. Neq; ego uerbum unum capio. EO. atqui loqui-
tur hic Italicè tamen.

Cæ. Italicè? EO. imò Italicè. Cæ. Credim' tu Cicero?
Cl. quidnam credam ego?

Cæ. Hunc Italicè loqui. Cl. minimè isthoc crediderim:
nisi tu putas

Idem esse loqui Italicè, quod Sarmaticè. Cæ. agè, sub-
auscultemus.

Cæ. Non è adunq; alcun dubbio, chè ritornando il suo
Marito della guerra, trouerà un fanciulleto.

Ma che facc' io? per che lascio le nue facende? o fega.

Cl. Aueo scire, quid hominis sit. Cæ. Reuoca illum EO.
bane priusquam hinc eat.

EO. Ausculta un poco spazzacamin, i' ho di diman-
darti una cosa.

Cæ. Dio ui salua signor mio. Cæ. quid dicit? EO. Salu-
tem mihi. Cæ. salutem?

EO. Imò Cæ. quere ex ipso cuiàs sit? EH. da chi luo-
go sei ti?

Cæ. Io son un huomo daben, di Milano: un buono
uiro.

IVLIUS REDIVIVVS

EO. Scin' Marce, quid dicat' CI. De uno bono viro loquitur. EO. cum

Se nominat: & Mediolano oriundum se prædicat. CI. Papæ.

Quid audio: hūc ne tu Cæsar pro ciue agnoscis iam tuos Cæ. Quo ciues CI. Mediolanensi. Cæ Si ciues illi Vesunium,

Et Aetnam pro domibus habent: tum Mediolanensem esse eum.

Credam. Nam quæso te Eobane, unde hæc illi fuligo fiet? EO. Vnde? è caminis Germanorum, quos isti homines Italici

Perpurgant. Cæ Vix habeo fidem dictis tuis. EO. certe Italus est.

CI. Obsecro te non ludificas nos? EO. non equidem. Cæ. Scitare ex eo:

An non sit Siculus. EO. Sei ti un Siculo? Cæ. Signor no.

Cæ. Sed Lemnius? EO. Sei ti della isola Lemno? Cæ. Misser no;

Ma sono un Milanese: & il misser padre, e l' auolo sono stati

Cittadoni di Bergomasco; poi ambi duoi miei Bisauoli furono spazzacamini. CI. quid iam dicit obsecro?

EO. Mediolanensem se esse dicit: maiores suos Eualle Vegetia fuisse. CI. Ehem quàm pannis obsitus

Est? EO. Sic omnes sunt uallis Vegetiæ ciues. CI. Dic obsecro,

Quenam hæc armatura eius est? quid sibi uult ista per-
tica?

EO. Hoc longo sarmento caminorum oppugnat fuli-
ginem:

Hoc rutrum, gladius illi est, quo picearum sordes dissecat:

Hoc panniculo utitur pro galea. Cæ. proh Deum atq;
hominum fidem,

Quæ rerum facta est interea mutatio: dum ego Italicas

Terras deserui? EO. næ maxima. CI. num falsum tibi

Dixisse adhuc uideor, Cæsar, de Germanorum Aca-
demijs:

Vnde illi comparent suam Latinitatem sibi hodie?

Cæ. Non iam uideris falsa locutus. Atq; utinam Cicero,
nihil

Mihi unquam dixisses mendacius, quàm quod dixi
prius.

EO. Atenim si tu Cæsar uidere cupis, quod antè cupie-
ras:

Faxo ego, ut uno in loco hos omnes, quos Cicero dixit
Lælios,

Et Scauolas, & Tiberones, & Socrates, cum Acade-
mia

Videas in Prytaneo. Cæ. nihil malim ædæpol, Eobane.
CI. abeamus hinc

Cæsar: nam ego istum hominem non possum aspicere.
Eon' redactam

Italiæ famam? con' redisse rem Romanam: ut Italici

Homines caminos Germanorum expurgent: & tam
barbarè

Loquantur, ut ipsorum linguam neuter nostrum capere
queat.

EO, Noli tumultuari Cicero. Non enim ita cum cæteris
Italiæ populis comparatum est. nam hæ feces sunt Italiæ.
Et Italorum excrementa potius, quàm Itali. CI. istuc
placet.

EO. Habent Itali urbes magnificas: habent viros doctissi-
mos:

Habent Muretos, Sadoletos, Bembo, Sigonios: habent
Manutios: quos si tu audires Latina verba proloqui,
Nihil valerent Cornificij apud te, nihil Hortensij.

CI. Oh gestio me hercule: sed unde hic sermo lingue
barbaræ

Inoleuit? EO. Ex Gottis & Longobardis, qui Italiam
vastarunt: & multis annis imperium in ea tenuere.

CI. Intelligo. Cæ. se ti non uui alio, io mene partiro.

EO. ua alla forza.

Cæ. Sed Martia Roma, utrum ne adhuc stat incolumis?

EO. non admodum.

Nam uos met ipsos in ea iam minus agnoscetis, quàm in
barbara

Lingua. Cæ. quamobrem? EO. quia toties uastata fuit ab
exteris,

Et barbaris gentibus. Cæ. at sunt tamen in Italia mi-
lites

Armis exercitati. EO. sunt sanè: neq; multum gentibus
Alijs quibusuis cedunt. Cæ. Laudo me hercule. sed qui
duces,

Quæ ciuitates, quantæ in armis: quo numero hominum
ualent?

EO.

NICODEMI FRISCHLINI

EO. Dies unus ad narrandum mihi non erit satis. Cæ.
credo hercule.

CI. Quod mihi uidetur optimum factu, id dicam. Cæ. dic,
ut lubet.

CI. Eamus hinc in Prytanæum: priusquam accumbant
hospites.

Cæ. Lubet. CI. ibi erit, & huic narrandi, & nobis au-
scultandi locus.

Cæ. Lubet. CI. simul captos sermones, quos importuno
Clamore interturbauit furuus, & fuligine obsitus (suo
Iste caminarius: nos ibi epulantes continuabimus.

Cæ. Placet. EO. Et ego librū hunc, quem scripsi de Cæ-
saribus Germanicis,

Et rebus, quas gessere, si lubet, simul recitauero.

Cæ. Lubet. Sed ubi Mercurius cum uirgula? CI. eho:
quorsum Mercurij

Opus sit uirgula? Cæ. ut ea nobis præeat, & uiam in-
dicet.

EO. Alium hīc ducem uiarum habemus. Cæ. quemnam?
EO. qui cum argenteo

Sceptro præire solet. Viatorem ipsum prisca nominant.

CI. Eum ne dicis, qui in conuentu Academico hospites
modò

Locabat? EO. eum ipsum. CI. at iste non immeritò di-
cetur etiam

Locarius, uel designator. EO. quamobrem Cicero? CI.
quia locum

Designat hospitibus. EO. rectè: & propterea nihil uo-
bis opus

Mercurio. nā qui alios locat: uos quoq; locabit hospites.
Cæ.

IVLIVS REDIVIVVS.

Cæ. Imò Mercurio nobis est opus. Quoniam ille non
modo

Vias potest præmonstrare alijs: sed etiam lyra sua
Totum exhilarare conuiuium. EO. aderunt nostrates
Musici.

Cæ. Vix crediderim. EO. imò plurimi, & longè omnium
suauissimi.

Cæ. At Mercurium hunc, noster herus addidit nobis in-
terpretem.

EO. Quî interpretem? cùm nemo tamen hic indigeat
interprete:

Vbi omnes loquimur eadem lingua? CI. quid ais? eadem
nos loqui

Lingua: ubi Germanæ mulieres: quibus cum hic caluus
Iulius

Verba lubens copularet: nihil omnino Latine intelli-
gunt.

Cæ. Et ubi Latina nemo loquitur, nisi qui didicit in
schola.

CI. Et ubi Itali sic uerba effutiunt: ut malint negligi,
Quàm posse intelligi. Cæ. Et ubi Galli semilatina pro-
ferunt,

Tanta linguae uolubilitate, ut uix percipias syllabam.

CI. Galli? Cæ. sic audiui, modò rediens ex armamen-
tario.

EO. Agite, ut uultis. Cæ. certè, sine Mercurio, periculo in-
terprete,

Ego tam magnificum, & opiparum epulum non consi-
tui accedere.

CI. Neq; ego, per Plutonem. Cæ. neq; consultum, per Pro-
serpinam.

CI. Vbi

NICODEMI FRISCHLINI.

Cl. Vbi autem substitit Mercurius? Cæ. expectat nos in foro:

Vnde modò digressus sum. Nam ibi præest illatis mercibus.

EO. At illac transeundum: si uelimus Prytanæum ingredi.

Cl. Poterimus ne ergo illū illo in loco prehendere? EO. nā facillimè.

Cl. Cur non imus igitur? EO. in me nihil moræ est. Cl. neq; in me quicquam erit.

Cæ. Eamus omnes. Cl. ego uerò lubens. EO. & ego lubentius,

Mi Cicero, quàm Lubentia. Cæ. sequere me Eobane. EO. agè, te sequor.

ACTVS III. SCENA

Allobrox, Hermanus.

SI quis furinum forum dicat, nomen dederit loco
Huic aptissimum: tot enim fures insidias hic meis
Mercibus parant, ut Argus si sim, qui totus fuit
Oculus, satis mihi non possim cauere à furibus.

Hoc adeò Latine uobis exponendum censui,

Ut pleriq; intelligant, quantò hic sim cum periculò.

HE. Manipularibus quod edicendum erat, edixi ordine.

Nunc prouiso, quid uenum exponant Mercatores meis
Militibus. AL. redit miles: præda hæc mea est, quam portat hic

In

IVLIVS REDIVIVVS

In loculo. HE. Numerari iussi singulis stipendium.

AL. Hic homo meus est: argentum habet: cum admor-
dere nunc lubet:

Dum recens est, dum calet. HE. pleriq; prodigunt sua
In merces peregrinas, in luxū muliebrem. AL. sic decet:

Nam secus si fiat, mihi fame moriendum erit: improbi
Me ditant, boni uiri me pauperant: augent meam

Rem mali: damno mihi sunt populi strenui: pigri
Atq; inertes usui sunt. HE. sed, ecce Sabaudum. AL. age

Inuitabo eum uoce solita ad mercaturam meam.

Spero his mercimonijs posse animum illius tetricum

Expugnare: ne rursus tantopere in me desequiat.

Crama crama HE. quid nā mercimonij Sabaude habes?

AL. Hic omnes uoluptates, omnes uenustates nitent.

HE. Loricās ne uenum exponis? AL. manuleatas si
petis,

En tibi. HE. nolo has: sed uolo ferreas. AL. non habeo
ferreas.

HE. Sed machæras attulisti & cultros. AL. Argentea

Vagina clausos. HE. nolo hos. sed ferreas uolo

Laminas: uolo enses, lanceas, machæras, ocreas,

Hastas: nihil horum attulisti? AL. uah, num tu me ita in-
dicas

Infanire? HE. sed galeas? AL. minimè, nisi has holose-
ricas:

Quibus in prælium Veneris, itur. HE. quid ais? AL.
galeas tibi

Vendam holosericas. ecquid placet tibi hoc amiculum:

Hæc uitta aurea: hæc armilla: hoc purpuræ redimiculū?

HE. Hoc illud nimirum, quod animas euertit militum:

Quod

NICODEMI FRISCHLINI.

Quod uirtutem abolet ueteris nostræ Germaniæ:
Postquam opum populator luxus, condocescit inertiam.

Neq; sic Romana olim strauit Hannibalem potentia:
Vt Capuanæ deliciae fregerunt animos militum.
Vbi enim uino, luxuria, scortis, & lustris omnibus
Marcescunt mentes: ibi uis abit uigorq; ibi corporum
Animorumq; dilabuntur roborat: ibi uirtus: ibi
Militaris disciplina: ibi fama exacti temporis:
Ibi futuri spes extinguitur. AL. quoniam tu uestem hanc tibi
Stragulam emis. HE. Maiores nostri pellibus serarum,
& his

Renonum tegumentis utebantur: ibi sagum omnibus
Fibula, aut si deerat, spina consertum. AL. rude seculum
Tunc erat, & nullus Germanis cultus per commercia.
HE. Ideoq; omnium fortissimi Germani ac Teutones:
Quando adhuc illi à cultu prouinciæ longissimè
Aberant: minimeq; ad eos mercatores sepe è Gallia
Commeabant: atq; ea, quæ ad animos effeminandos
Pertinent, importabant. Nam ad quos est mercatoribus
Aditus, horum animi relanguescunt: uirtus remittitur.
AL. Ab quæso te miles, abstine ab his damnosis uocibus:
Nocet oratio hæc gulæ tuæ, nostrisq; mercibus.

Non placet aliquid piperis mercari, aut aliquid saccari,
Quo cibos tibi condias? HE. Hoc uerò est illud alterum,
Quod uirtutem abolet, ueteris nostræ Germaniæ.
Nam olim quoq; Romanæ militiæ uirtus elanguit:
Postquam luxuriæ peregrinæ origo, ab Asto exercitu
Fuit in urbem inuecta: & psaltriæ, atq; sambucistriæ, et
Connualia ludionum oblectamenta tum addita

Epulis: epulæq; ipse & cura, & sumptibus appararier

Cæpta maioribus: ubi cocus, antiquis uilissimum Mancipium, æstimatione & usu, in precio iam suo Esse: & quod ministerium fuerat, ars cæpta haberier. AL. Crama, crama: hoc optimum est crocum: mercare hoc Zingiber.

HE. Vbi sunt hodie: qui Vendos, qui Herulos, qui Huns nos, qui Saxones,

Bello perdomuere? qui imperium hoc armis uictoribus

Constituere? ubi sunt Arminij? ubi sunt Magni Caroli, Magni Othones, Magni Henrici, Magni Friderici duces?

AL. Crama, crama. hanc armillam paruo pretio uendam tibi.

HE. Num tu fœminam me arbitrare esse? AL. non: sed fœminæ

Pulcræ amatorem: Hoc pepulum non licitari lubet tibi?

HE. Proh Deum, quæ hæc contumelia: sic me esse huic risui?

AL. At decem noctes poteris peplo hoc emere à mere tricola.

HE. Hominem uerberonem: quid ego emam mihi? AL. noctes decem

Vnico peplo. HE. heus, ubi uos estis manipulares mei? Inijcite dudum manicas huic mastigia. AL. Quamobrem?

HE. Ducite hinc in carcerem: si nolit uos sequi, ra-
pue

Subli-

NICODEMI FRISCHLINI.

Sublimem. AL. quid commerui? HE. patibulum.

AL. quamobrem obsecro?

HE. Quid rogas? merces infers peregrinas Germaniæ,

Quibus encruantur animi, languescit uirtus bellica.

Cessauim? quadrupedem istum mercatorem constringite:

Perniciem iuuentutis: pestem ueteris Germaniæ.

AL. Obsecro te miles. HE. frustra me obsecras: constringite:

Omnium, quas affert, mercium sit uobis sectio.

AL. Obsecro, si quis misericordiæ locus relinquitur,
Ne necesse habeam ultimum ad supplicium progredi.

HE. foras

Rapite sublimem: deuerberate fustibus ad necem.

AL. O mi Mercuri, ser opem mihi mercatori propiciam.

ACTVS III. SCENA II.

Mercurius. Allobrox.

Hermannus.

Q Vis me huc euocat, é tam splendido, & lauto
conuiuio?

AL. Ego miser mercator, et terq; quaterq; miserè miser:

Prohibe contumeliam huius militis immanissimi:

ME. Heus uos, quin omittitis hunc illicit. HE. At ego

IULIVS REDIVIVVS

vinctum uolo.

ME. Quid fecit? HE. Vah quid rogas? merces peregrinas inuehit,

Piper, & saccharum, & ficos: & purpuram, & holosericum:

Armillas item, & peplum, & pretiosam sindonem: quibus

Mercibus corrumpitur Germania, marcet bellicum Studium, languet disciplina militaris: ducite.

ME. Minimè istuc fieri decet. Nam nullam culpam sustinet

Mercator: quando bonis rebus adeò utuntur malè, Qui illas emitant. HE. Imo: si enim nullas hic inferat Merces, luxui administras: nemo eas emeret, scio.

ME. Heus ferocule, responde mihi, quod te rogo. HE. quid rogas

Chlamydatè? ME. an uirtus bellica Germaniæ, solo pipere

Saccaroq; relanguescit? HE. etiam alijs rebus plurimis.

ME. Idem & ego reor. Nam quæ maior est pestis Germaniæ,

Quàm gulæ Studium, quàm crapula, quàm temulentia? HE. Non nego. ME. at uinosius nihil est hodie, quàm milites,

Nostriq; equites. HE. non equidem nego. ME. quin in ergo eadem opera

Vites excindis, more Lycurgi. Nam excisis uitibus, Præcides occasionem temulentia. quid enim?

Annon omnis ætas immodico uino corrumpitur? An non istam uinosam uitam ualetudo mala

Per,

NICODEMI FRISCHLINI.

Persequitur? annon iuuenum corpora fluxa sunt:
 Ut nihil mors mutatura uideatur? HE. non falleris.

ME. Equidem Germanos hodie reperias, præclaro loco
 Natos, qui cubitum prius nunquam abeunt, quàm sint
 ebrij:

Nec surgunt, nisi crapulosi: nec quicquam inceptant
 operum,

Nisi poti. HE. Noui sanè aliquos combibones eiusmodi.

ME. Qui cyathos possunt uacuare amplissimos, hi ma-
 ximam

Nunc inter suos laudem ferunt. HE. Non inficias eo.

ME. Sobrium è cœna desurgere, in turpissimis habent.

HE. At nihilo melius consultum rebus est Germanicis.

ME. Militis generosi est, posse famem, posse sitim for-
 titer

Sustinere, at quales hi uidentur in acie milites,

Qui uix unam horam, nedum diem, sine uino uiuere

Possunt: ac nisi tu lagenam imponas humeris armigeri,

Quamcunq; in partem illos deduxeris, occumbent siti.

HE. Non placent hi milites. ME. primum igitur uestræ
 crapulæ

Queras remedium: post alias merces pelle è patria.

HE. Sanè istuc facere meditor: uiamq; quero com-
 modam.

Nam ueterem reparare disciplinam dudum cogito:

Et luxum cauere, & leges ferre sumtuarias.

ME. Interim hunc dimitte, & ne quam homini inferas
 iniuriam.

HE. Age dimitto. ME. at ego reuertor hinc intrò ad
 conuiuium.

ACTVS III. SCENA III.

Hermannus.

SIC erit pòst omnibus, qui peregrinas huc afferent
Delicias, gulæ, & luxus ministras. Nam si quem
in foro

Mercatorē, cum istis mercimonijs deprehendero:
Auribus hunc desectis, aut oculis effossis, hinc domum
Ad suos remittam: ut reliquis documento sit: & nouæ
Pœnæ magnitudine alios pòst omnes perterreat.
Sin huc redeat, igni atq; omnibus tormentis opprimam.
Nec minori supplicio afficiam: quicumq; mercem ab his
Emerit. Si enim Lacedæmonij multarunt militem
Morte, quod panno peregrino scutum exornauerat:
Quam pœnam meretur Germani: qui tanquã Aesopici
Graculi, colorem imitantur nationum omnium.
Sed puto de hac re sat meos præmonitos esse milites.
Nunc ibo, ut furcifero huic, qui puellam rapuit è domo
hac

Impubem, hodie centuriata habeam capitis comitia.
Vos uerò ne expectetis me, dum hac domum redeam uia.



ACTVS

ACTVS V. SCENA I.

Pluto.

Stygia palude huc ex eo, è furuæ Proserpinæ regnis:

Ciceronem & Cæsarem passim inuestigo: nusquam tamen illos

Locorū inuenio: quartus hic mensis nobis abiit: ex quo

Infernas deseruere sedes, mea tamen uoluntate,

Meoq; permissu. Namq; ubi desiderio flagrare illos

Animaduerti, uisendi Teutonū gentem, & nouas urbes:

Tandem longorum uotorum ambos illos compotes feci.

Nunc queritando aliquas perlustraui Germaniæ terras:

An forte conspicer: nimis metuo: ne manium arcana

Mortalibus prodant: & aliquid damni dent meo regno.

Nimis insipiens fui, qui hanc illis fecerim potestatem:

Mercurij suauiloquentia, ut assentirem, huc me impulit

stultum.

Haud facile quisquam hoc impetrabit à me in posterum.

Verum

Percommodè accidit, ut Turnesium audiuerim uatem:

Qui Genesi Cæsaris inspecta, mihi commonstrauit ex

astris

Et coeli positu, quibus illum in locis siem reperturus.

Namq; augures habeo: qui multò certius mihi incerta

Præfagiunt: quàm ego alijs olim ex Tripode Apollinis

dixi.

Etenim Tiresias noster, interpretes diuum: qui numina,

qui lauros,

Qui Tripodas Phæbi nouit, qui uolucrum mirabiles lin-

guas

IVLIVS REDIVIVVS.

Sentit: qui siderum cursus, & Solis, ac vias Lunæ
 Obseruat: hic Tiresias prædicere potest, quid hic cuiq;
 Euenturum, & quo quisq; factō natus sit: quibus terris
 Bellum immincat: quibus locis futurum incēdū: quando
 Ventura pestis: qui Reges morituri, aut Principes: et quo
 Die: quæ cœli per totum annū temperies futura. Hic est,
 Qui quæ neq; facta sunt, neq; item futura sunt, tamen
 nouit:

Quid Iupiter in animo habeat, nouit: quid Iuno Ioui in
 aurem

Sit fabulata, nouit: neq; enim Turnesios latet quicquam.
 Vah pereat Moses, pereat Esaias, pereat Hieremias,
 Pereat Solomo: & quicumq; alij hanc diuinandi facul-
 tatem

Tam alto supercilio despiciunt. Ego nulla arte diuinis
 Honores consequutus sum, quàm cum futura prænosse
 Me dicerem, & hominibus oracula ederem. Proinde
 omnes

Nunc nervos ingenij intendo, ut superi meos iterū nates,
 Meos hariolos audiant: & sacros augures Christi
 Illius, qui meus atrox hostis est, negligant. Nam ubi
 pluris,

Fiūt responsa haruspiciū de, nescio quo, trigono igneo:
 Quàm quæ præscripta sunt hominibus, sacro Dei
 uerbo:

Ibi meo consulitur honori, ibi stabilitur meum regnum.
 Tum n; homines securi obdormiscunt, in aurem utram-
 uis: aut

Inani turbati metu, hariolorum fulgura ex pelui
 Plus pertimescunt, quàm Dei cœleste fulmē: hoc quero.
 Verum

Verum de his haftenus. Nam mihi sat est, quod optimi
uatis

Tiresiae (is n. sit cæcus licet: apud inferos tamen cæca
Et obscura aperit) Tiresiae inquam uatis indicio certus
Sum factus, de Cicerone & Cesare, quis in ædibus potest.
Itaq; Aëacus præmisit huc quendam è meis fratribus:
qui illos

Reducat. Nam sic Cæsarem poëtis cōmodare aures,
Non apparet uerò consultum sedibus mei regni.
Ego poetas uolo adulari, assentari ciuibus nostris:
Volo laudare illos culpanda: & rursus culpæ laudāda.
Hoc si faxint poëtæ, præmium à nobis merebuntur,
Et grati erunt deinceps Sathanici consortibus regni.
Sin pergant ueritatem effari: & allatrare uirtutes
Plutonis: & increpare meorum flagitia seruorum:
Faxo, ut uicißim uires experiantur nunc meas isti
Insuperiores poëtæ. Nam pro ueritate una,
Quam dicunt illi: ego per meos satellites regeram
centum

Mendacia in illos: ne beneficium non foeneratum post
Dicant. Nunc autem: postquam & ille non redit: ipse
met solus,
Huc uenio, eos quæsitum: & eccum, quem quæ-
ro, meum fratrem.



ACTVS V. SCE: II.

Caminarius, Pluto.

O Fega. PL. Quid clamat hic furvus furcifer?
 CA. Vengga il cancaro, a quel hoste, con la sua
 Massara: la qual sel' hauerà una panzza gran-
 de: io

Sarò nella colpa. PL. Hem carnifex quid murmurat?

CA. Benche sono brutti, niente, dimeno non potria

Mai amar questa creatura sozza, & sporca, la quale

Ha così una bocca grandissima, la guancia

Secca, denti poiguasti, & maffui. PL. Vide

Obsecro, quid ocium faciat. Hic iussus est

Inuestigare Ciceronem atq; Cæsarem:

Nullumq; ab hoc labore tempus uspiam

Intermittere: ne quò se illi subducerent.

At immemor officij sui Satyrum hic agit.

CA. Al giorno spazzio li camini

Sporci: li piu belli nella notte: l'altri

Nettano ad giorno libelli, poi alla

Notte scopano li brutti. pfui il camino

Di questa massara è pur horribile: niente

Di manco il suo amator' è un gentil huomo.

PL. Heus furcifer quid tecum solus murmuras?

Non iussus es, ut tu Cæsarem modò quæres:

Et Ciceronem his locis: ubi conuiuium agitant?

CA. Io non intendo il Latino, parla alla Taliana.

PL. Quid nebulo? num latina non intelligis?

CA. Ia, no so, chi tisei: ne anchora chi ti parle.

PL. Ab

NICODEMI FRISCHLINI.

PL. Ah mio fratello no sai ti, chi io sia.
 CA. In uerità no so niente. PL. Ti era messo dicercar in
 Questa paese il magnifico Tullio, & poi
 Il Cesare d' Italia. CA. Che mi importa?
 PL. Che? non' stimiti te facende del inferno?
 CA. O Santa Maria, mantenga me. PL. o fratello
 Dachi lugo è uenuta à ti' sta religione noua?
 CA. Son io il tuo fratello: ua uia appicarti:
 Io sono un Spazzacamino, ti sei il diavolo.
 PL. Guardati di gratia nel specchio: & uede
 Chi franoi sia più negro. CA. pfu diavolo
 Va al bordello: se ti non uuoi, ch' io
 Con questa stanga, battia la tua schiena,
 PL. Deceptus sum: furia ultrices te hodiè anguibus
 Suis castigant Tiresia: qui me uiam
 Meliorem non docueris. Sed nisi me oculi
 Fallunt, uideo Mercurium egredientem foras.



ACTVS V. SCENA III.

Mercurius, Pluto.

Nimis lautè ad ministravi munus meum:
Adeoq; curavi me molliter hodie:

Vt nunquam antehac uixerim delicatius.

PL. Hem Mercuri salve. Me. At tu Pluto malè peri.

PL. Istuc facio, & tua quidem ope potissimum.

Me. Quamobrem? PL. qui tua me blandiloquentia

Huc impuleris, ut Ciceroni atq; Cæsari

Potestatem ad superos redeundi fecerim.

Nam quartum mensem iam absunt domo mea,

Neq; redeunt: ut iusseram: Et per Tartarum

Subuereor, ut illecti uitæ dulcedine,

Reuerti ad Orcum nolint. Ita quæ maximo

Per me labore parta sunt, hæc pessimis

Per te rursus à me abducuntur fallacijs.

Me. Ah Pluto, nescis tu, nescis quibus in locis

Interea substiterimus. PL. Nescio per Stygem:

Eoq; plus irascor, quod quæ tu geras

Ego nesciam. Me. at ego dicam nunc tibi, ut scias.

Primò omnium nobis appositum est prandium,

Opiparum, sumptuosum, planèq; dubium,

Vicina fercula missu quolibet: cibi

Quis pascerentur oculi, quàm pulcherrimi:

Bellaria multò lautissima: nihil supra.

PL.

NICODEMI FRISCHLINI.

PL. Ergo culinæ detinebat te sapor,
Et ferculorum nidor: quantum intelligo.

ME. Videlicet: placenta, liba, cupediæ.

In primis uerò cytharæ, sambucæ, lyræ,
Chelyes, clarisonæ tibiæ, organa Musica:

Concentus Harmonicus sex uocum, & plurium.

Quid tibi ego multa dicam? in cælis esse mihi
Visus sum, non uersari in terra inter homines.

PL. Hæc res erat, quæ me duabus pinguibus
Multaret prædis, Cicerone atq; Cesare.

Hæc me miserum, qui uerbis tuis habui fidem:

Et optimam hanc prædam è manibus dimisi meis.

Nimirum hac arte res infernæ promouent.

Me. Noli nimium stomachari Pluto feruide:

Nam de præda quid actum sit nescis. PL. agè,

Agè uerò mitto prædam amissam, Mercuri.

Damni quantum afferat mora tua, sodes uide.

Nam primum innumera uenerunt ex Italia

Animæ, ex Hispania, nec non ex Gallia,

Germania, finitimisq; regionibus.

In primis uero, è Turcia, atq; Persia:

Vbi frater Mahometes colitur pro Deo.

Atq; hæc misera animæ, dum tuus caduceus

Cessat, ad Orcum non ueniunt: interea Charon

Penè otiosus in ripa amnis desidet.

Deinde bellum instauratur, quàm maximum.

Nam Belgicos in armis esse milites:

Omnem iuuentutem, omnes ætatis grauis,

In quibus aliquid consilij & dignitatis est,

Ad arma prosilire tristissima; duces,

IVLIVS REDIVIVVS:

Ac principes, qui eodem iure, legibus
 Utuntur, dissentire inter se plurimum:
 Hic ad nos rumor affertur quotidie.
 Præterea Tiresias & Astrologi mei,
 Ex igneo trigono bellum nunciant,
 Crudele: quod toti immineat Germaniæ,
 Ab Amurathe. Hunc aiunt legatos mittere
 Viennam, qui iubeant, & se, suaq; omnia
 In Turcici Imperij fidem permittere:
 Dare obsides, & imperata facere. Ego
 Charontem iussi ueterem cymbam reficere,
 Duasq; novas parare nauiculas sibi,
 Totidemq; contos. nam una naus non erit
 Satis, tot cæsis transuehendis hominibus.
 Quid uerbis opus est: si Mathematici fidem
 Merentur, mundus ultra quinque annos nequit
 Durare. hoc adeo illi è trigono flammeo
 Vaticinantur, ita ut iussi sunt, & spiritu
 Meo afflati. Nam sicut olim orbis aqueo
 Trigono periit, submersus diluuij aquis:
 Ita altero hoc trigono, qui flammeus erit,
 Igni peribit, & solutis orbium
 Compagibus, antiquum repetent omnia chaos:
 Omnia concurrent, cum sideribus sidera:
 Pontum ignea petent astra: terra extendere
 Iam nolet littora, excutietq; fretum: dicam
 Sibi Luna poscet, Sol noctem: Contraria
 Fratri soror: sorori frater: deniq;
 Tota orbis machina disturbabit sua fœdera.
 Quæ tu omnia cum scias uera esse: (non enim
Frustra

NICODEMI FRISCHLINI

Frustra auguria ex coeli positum, quidq; innuant
Venturi sidera, in Aegypto olim didiceras.)

Nilominus ocioso destertis animo,
Et crapulae indulges, curasq; cuticulam:

Neq; id in loco sat tuto: neq; nobis commodo
Apud poetam, nostris beneuolum hostibus.

Me. Bono animo es. PL. qui possum? Me. facillimè. PL.
cedo.

Me. Primò omnium, quam tu praedam amissam putas,
Ea tibi salua est atq; integra. PL. dic, quomodo.

Me. Ambos à prandio reduxi ad inferos.

PL. Sic factum? Me. dictum factumq; puta. PL. Euge
optimè.

ME. Deinde tantum animarum unà, cum Caesare
Ac Cicerone, numerum adduxi, quantum tribus,
Aut quatuor diebus transuehat Charon.

PL. Laudo: optimè. ME. Præterea mihi duos caducèos
Paraui ad illud bellum, quod nunc imminet:

Vt nulla in parte desim uestris commodis.

PL. Quid ergò moramur hic frustra diutius?

ME. Eamus. Vos si placuit fabula, plaudite.

FINIS.

LECTORI PIO ET
AEQVO SA-
lutem.

HAbes hic, pie & amice lector, toties & tot amico-
rum literis à me efflagitatam Comediam, Iulium: in
qua fabula siquid tibi displicuerit, non mirabor: mirabor
autem, siquid placuerit, aut etiam placere potuerit. Nam
si argumenti genus considerem, uideo multos multa desi-
deraturos. Alijs enim uidebor in laudibus Germaniæ,
fuisse nimius: alijs exiguus, aut certè modicus: præsertim
ubi tot sunt illustres Germaniæ heroes, qui singuli de-
buisent nominari: ut multi iudicabunt. Ego uero, ut hi-
sce primò respondeam, non proposui mihi omnes Ger-
manos, laude dignos, in hac Comœdia laudare. Quomo-
do enim hoc fieri potuisset? Sed satis mihi fuit per Eoba-
num Hessum, omnes intelligere uiros literatos: sicut
per Herminium omnes Harminij similes, in repub. & re
militari claros homines. Quòd si quos nominatim cele-
braui, nolim id ita à me accipi: quasi cæteros ego negli-
gam, aut contemnam, quos non nomino. Omnes enim
Hermanos, & omnes Eobanos, id est, omnes Germaniæ
ciues sapientes, pios, literatos & fortes amo, colo &
ueneror: uoloq; huius animi mei, hanc Comediam testè,
& quasi quoddam sempiternum monumentum ad omnē
posteritatem extare. Quod autē multa tibi displicebunt,
sicut metuo: quæso te, tribuas id temporū potius culpæ,
quàm meæ uoluntati. Nam quo anno hæc à me scripta est
Comœdia, eodem erant res meæ adeò afflictæ, adeò tra-
gica: ut animus meus ad quiduis potius meditandum,
quàm

quàm ad scribendam Comædiã fuerit longè accommo-
datior. Turcis enim, non Christianis, deploranda fuit tum-
uita mea: quemadmodum te docuit Epistola quædam
mea, nuper Patauij excusa, unà cum quatuor Panegyri-
cis de uictoria Sarmatica. Nam quid obsecro potuisset
mihi euenire calamitosius, quàm quòd optimè ab alijs
dicta, & optimè à me receptita, fuerunt pessimè depraua-
ta calumniando: & quidem ab ijs hominibus: qui cùm
eam fortunam, in qua me uidebant, mihi inuiderent: neq;
tamen causam haberent opprimendi me, arripuere eam
occasionem: cuius nunc ipsos meritò pudet, piget & pæ-
nitet? Quid acerbius mihi accidere potuisset: quàm me
opprimi in eadem causa, ab ijs: qui, cùm defendere me
deberent, hinc occasionem sumserunt: ut & me, quem
ipsi oderant immerentem: & omnes meas Comœdias:
& meas in Virgilium, Horatium & Persium scriptas
paraphrases, & meum Latinũ Aristophanem, meumq;
Latinum Callimachum, et meos libros, de arte Gramma-
tica, atq; Rhetorica confectos, possent radicitus extirpa-
re? Ita enim suis libris, & suæ auctoritati quàm optimè
consultum putabant. Nolo iam de illis dicere: qui cùm
opera mea fuissent in negotio, satis noto usi, post æd-
ro non nias accusarunt: quasi alieni quippiam à meo
officio commisisset: quòd publicus Academiæ professor
uilia taxassem, in publica oratione. Et quàm tu putas
acerbum mihi fuisse: quòd Ecclesiæ Magdeburgensis
minister triginta mendacia aduersus me publicè scripsit:
& publico scripto omnem totius Germaniæ nobilitatẽ,
aduersus me unũ, atq; immerentem ausus est concitare?
Carmina secessum scribentis, et ocia quæerunt. Ego uerò,
cũ hanc meditarer Comædiam: tam procul absui ab
ocio,

otio, quàm prope tum affui negotio. Quare nihil pro-
sus mirabor, si tibi in hac Comedia non satisfacero. Est
enim cum in omni scripturæ genere: tum in primis in
Comico, fortuna scenica ualdè dubia: propterea quòd
nulla res sub Sole sit tam difficilis, quàm scribere Comæ-
diam: quæ quidem summorum & solidè doctorum ho-
minem applausum mereatur. Atq; hæc causa est, quod ex
tanto ueterum Comitorum numero, tam pauci hodie su-
persunt: nempe unus ex Græcis Aristophanes, & duo
ex Latinis, Plautus & Terentius. Et quoties explosus est
cum sua Hecyra Terentius? & quis ille Terentius?
nonne Afer ille, cui Romæ educato, Latina lingua fuit
materna: & quem homines nobilissimi in scribendis
Comædijs adiutarunt: non autem oppugnarunt? Quòd
si tamen intellexero, tibi non omnia displicuisse, quæ hic
afferimus: dabitur à nobis opera: ut propediem habeas
meliora, atq; emendatiora. Interim uale: & da nouo

Poetæ crescendi copiam. Argentorati.

Idib. Nouemb. Anno

1584.

N I C O D E M I
F R I S C H L I N I
P R I S C I A N V S
vapulans.

Spectatum admissi risum teneatis amici.

S A P I E N T I A



C O N S T A N S .

Cum Priuilegio Cæsario.
Apud Bernhardum Iobinum.

M. D. LXXXV.

NOBILIBVS.

AC VERA PIETATE, MA-
GNOQVE RERVM VSV CLA-
RISSIMIS VIRIS PER ANTIQVAE CL-

uitatis Imperij, NORDLINGAE, Consulibus
& senatoribus suis Dominis obser-
uandis. S. P. D.

Nicodemus Frischlinus.



Cum in Italia essem viri No-
biles: Consules prudentif-
simi: non tam vrbium ma-
gnificentiam, & agrorum
fertilitatem regionumque
situm, & amoenitatem ad-
mirabar, quàm hominum ipsorum mo-
res, ingenia & sermones. Nam perma-
gno mihi eueniebat cōmodo, vt tum Ve-
netijs, tum Patauij, in noticiam perueni-
rem summorum virorum, etiam illorū,
quorū ego nomina prius, quàm ora & vul-
tus noueram: & quorum in hoc quoque
Prisciano, non inhonesta, aut obscura à
me iam olim facta fuerat mentio. Sed ni-
hil tamen accidit mihi vel gratius, vel au-
ditu iucundius quam quod intelligebam
hanc ipsam mentionem non ingrata fuis-
set tam doctis, tamq; eximijs in Italia vi-
ris:

ris: quippè qui vltro mihi gratias agerent:
 quod in hoc lepido & perfaceto Dramate
 tam honorificè illorum meminissèm. Ma-
 gna quidè est & detestanda quorundam
 Italoꝝ superbia: qui nos Germanos tam
 elato supercilio audent contemnere: vt
 propter paucos, è nostra gente, bestiarũ
 similes, omnes Germanos pro bestiis ha-
 beant. Veruntamen ea rursus est multo-
 rum Italoꝝ humanitas, præsertim soli-
 dè doctoꝝ, vt ij præstantiũ Germano-
 rum ingenia non solum admirentur, sed
 etiam diligant: neque solum diligant, sed
 etiam ament. Atq; hic, quem dixi, Priscia-
 nus cum iam quartum esset in lucem pro-
 diturus, & quidè præeuntibus ipsi tribus
 feminis castissimis, Rebecca, Susanna, &
 Hildegardi: comitante autem summo, &
 inuictissimo Imperatore, Iulio Cæsare: se-
 quentibus verò ipsum à tergo duab⁹ ma-
 ximis reginis Venere & Didone: id ego
 operæ mihi credebam dandũ esse: vt tum
 emendatior exiret, quã ante hac: tum eo-
 rum hominũ Nomini atq; memorię con-
 secraretur: quos sciebam hominis & fau-
 cij, & multis injurijs affecti, verè atque ex
 animo cõmiserescere: & vim manifestã,
 ab hominibus factiosis, Grammatico im-

merenti illatam, pro sua virili profligare,
atq; defendere. Equidem intellectum est
mihi, cū ex literis, tum ex sermonib. mul-
torum amicorum, id vos agere: vt quam
primum fieri possit, ludum literarium, in
vrbe vestra aut aperiatis nouum, aut vete-
rem, ac penè collapsam denuo instaure-
tis. Quod si ita est, gratulor vobis, de hoc
laudabili & pio instituto, ita vt debeo, &
vos ecclesiæ, & Reipub. vestre tam bene
prospectum, tamq; probè consulti cupi-
tis. Scholæ enim, quod intelligitis, vtrius-
que Reipub. quoddā seminariū sunt: quæ
nisi rectè constituentur, ferè maius inde
damnum, quàm emolumentum ad Eccle-
siam Christi redire solet. Deinde verò vos
etiam atq; etiā oro: & si quid possum, etiā
moneo: vt in schola siue cōstituenda, siue
instauranda, primū hoc cogitetis, diligen-
terq; cauendū vobis credatis ne vbiq; lo-
corum vapulans Priscianus, nouo modo
etia apud vos vapulet. Hoc cuius modi sit
quæso viri Optimi & præstantissimi, nisi
molestum est paucis accipite. Reprehen-
duntur à me in hoc Prisciano, & in strigili
mea Grammatica, aliquot libri insulsi-
mi, qui passim huc vsq; in scholis propo-
si sunt pueris. ad verbum ediscendi. Cum
autem

autem illorū librorū , qui optimus est, sexcentis abundet manifestissimis erroribus: an nō intelligitis, viri prudentissimi, atq; Amplissimi, in hanc primam curam, vobis esse totis mentibus insistendum: vt eiusmodi libri futiles atque noxij, ante omnia è schola vestra exterminentur. Nisi enim pueris proponantur idonei & vtilis libri, vnde ipsi Græcas & latinas literas addiscant: quid obsecro aliud efficitur: quā vt illi verba, & res obscuras, cumq; omni latinitate pugnantes, pro verbis & rebus vtilissimis atq; optimis arripiant? aut qd aliud quæritur, quā vt teneris puerorū animis ea venena instillentur, quæ postea in omni reliqua vita, omnem illorum orationē defœdant, atq; contaminent? Et quādo è strigili, atq; Prisciano meo intelligitis tot absurda, tot illatina, tot falsa, tot inutilia, tot damnoſa tradī in scholis, & quidem ex istis peruulgatis libellis: nolite quæso cōmittere Patres optimi, vt liberi vestri in eiusmodi errorum salebras consultò præcipitentur: aut propter res nullius pretij, cum vapulante Prisciano vapulēt, & ferula indoctorum, atque adhuc docendorum hominum tam iniq; verberentur. Quod vt pluribus verbis vos mo-

neam, nihil est opus: neque mihi conueniens, nè fortè videar, aut prudentiæ vestræ aliquid diffidere, aut consilium dare, non rogatus. Iesuitæ, qui hodie vocantur, vt studijs discipulorum suorum post hac melius consulant: jam nunc collatis sententijs, vnā meditantur conscribere Grammaticen, vnā Dialecticē, & vnā Rhetoricen: quorum librorum deinceps communis sit vsus in septuaginta Iesuitarum collegijs. Laudabile est sanè hoc institutum, & consilium valde prudens, & quò vno maius illi damnum dabunt suis aduersarijs: quam centum annorū consultationib. & commentationib. dare potuissent. Vbi enim cōiunctis viribus agitur: & vbi indoctior doctiorem audit: semperque alter alteri manum præbet: ibi fieri non potest, quin tandem inueniatur id, quod quæritur. Quò certè magis detestanda est nostrorum hominum rabies, quòd suos illi errores ne quidem volunt agnoscere, nedum emendare, sed illos aliorum hominum vnā errantium patrocinio adhuc defendere: & per vim in scholis retinere. Itaque nihil tale sperandum est nobis, quantisper illæ furiae in consilium Reipub. literariæ adhibentur: quale

5

& jam præstitum à Iesuitis vidimus: & pro
pediem longè maius præstitum iri videbi-
mus. Nam vbi ciuitates, vbi scholæ, vbi
Academiæ, vbi prouinciæ, de libris pessi-
mis seueriter admonitæ, nihilominus
oscitantur, suumque officium negligunt:
ibi Iesuitæ, homines eleganter docti, &
viri prudentes recordantur suum. Sed ad
Priscianum redeo: quem turpiter vulne-
ratum, & miserè saucium vobis, viri præ-
stantissimi, Consules, & Senatores am-
plissimi, de meliori nota commendatum
esse volo, & fore quoque non dubito.
Nam ea ornatî estis prudentia, ea pietate,
ea fide, ea humanitate: vt ista quæ dico, si-
cut & alia Reipub. vestræ ornamenta in
vobis sint summa. Quare nihil aliud re-
stat, quàm precari Deum, vt is vos: omnes,
cum vxoribus & liberis vestris conseruet,
vobisque & toti ciuitati vestræ annum
hunc octogesimum quintum jam jam in-
euntem felicem, atque auspdatum esse
velit. Datæ Argentorati 18.

Calend. Ianu: Anno.

1584.

A 4

DAVID SIGEMVNDVS CASSO-
uiensis Hungarus L. S.

Non ab re est, amice lector, ꝓ
Plutarchus morū non minus
grauis, quā sapiens *ἐπιγάρως*, V-
nū ē comitibus Vlyssis, quem
Gryllū appellat, fingit ab humana forma
tantoꝝe abhorrere, vt ē natura & ingenio
Suis emigrare nullo pacto velit. Nimirū
simile quiddā accidit superioris seculi ho-
minibus, q̄ cū in profunda barbarie, lu-
cem literarum reuuiscentium, nocturnū
instar sustinere oculis non possent, malue-
runt in immundicie, & pedote studiorū
consensescere, quam eam vitæ rationē in-
gredi, quæ certum generi humano præsi-
dium atque salutē afferret. Ita enim ferē
cum hac natura agitur, vt plerunq; homi-
nes salutaria pharmaca errorum suorum
cōtumaciter repellant, ad ea verò, quę cer-
tissimam patefaciunt fenestram, ad omnē
vitæ morumq; nequitiam, proni atq; præ-
cipites ferantur, *ἔοικε*, vt inquit Poeta Hesio-
dus, *ναὐτόν ἀμφ' ἀγασσόμενοι*. Quæ causa fuit, cur
illis temporibus in tanta discentiū multi-
tudine tam pauci insigni aliqua eruditio-
ne excellerent. Fuerunt quidem patrū no-
strorū memoria, ingenia felicissimē nata,
& viri

& viri magni in omni facultate, Haymo-
 nes, Hugōes, Richardi, Ruperti inter The-
 ologos: Fulgosij, Accursij, Panormitani,
 Felini, in iure: Nicoli, Forliuieses cū tota
 Arabia in re medica: sed hi omnes dū ad-
 uersus politioris literaturæ studia, vt in
 speciē tenuiora, superciliū dstringūt, at-
 que adeo in maximas grauissimasq; disci-
 plinas illotis, quod aiunt, pedibus irrum-
 punt, incredibile dictu est, quantā in com-
 munem vitam barbariē, quantos errores
 & tenebras in omnes disciplinas inuexe-
 rint. Videntur profectò mihi ne id quidē
 nouisse, quod nouerant: Nam vt Pericles
 ait apud Thucydidem, sapiens destitutus
 copia disertæ orationis, vecordi & incogi-
 tanti affinis est. Atq; vtinam hac ratione
 vni tantum seculo nocuissent: nunc vide-
 mus malum latius profeminatū esse. Etsi
 enim hæc ætas, Dei benignitate, ita omni
 ingenij humani laude, disciplinarumque
 scientia effloruit, vt vix illis temporibus,
 quæ Romani imperij παραμυρη consecuta
 sunt, hoc nomine postponenda videatur:
 tamen impressam à superiore ætate labē,
 sordemq; studiorum nondum in omnes
 partes eluere potuit. Tantam habet vim
 consuetudo peruersa, vbi paulò altiores

res in animis hominū radices posuit. | Sūt enim non parū multi hodie, qui eam studi-
diorum viam rectissimā docent, quam a
maioribus suis tritā acceperunt, omnēq;
Latini sermonis elegantiam, ac orationis
mundiciē funditus repudiant, atq; adeo,
si Dijs placet, hoc ipso contemptu eximie
cuiusdā sapientiæ nomē venantur. Nam
hoc est, quod passim clomitāt, neminem
posse sapiētis numero haberi, nisi omnes
Grāmaticorū regulas, omnia Rhetorum
præcepta, omnemque dicendi ornatum
despicatui habeat. At mihi profectò vide-
tur omnis istorum hominum ratio simi-
lis & maximè genuina esse illis Philoso-
phis, quos proditū est antiquis tempori-
bus pedore ac squalore horridos, pannis
obsitos, mucro plenos, illotos atq; inton-
fos, illo ipso incultu ac neglectu philoso-
phorū nomen vulgò aucupatos esse; imò
hoc sunt deteriores, quod illorum multi
curam colendi corporis, orationis ornan-
dæ studium nemo ferè negligebat: isti ve-
ro contrā, vt habitu corporis operoso ple-
runq; vtuntur: ita orationem nullo stu-
dio elaboratā Philosophiæ professoribus
conuenire aiunt. Atq; ita dissidium quod-
dam quasi linguæ atq; cordis in humanā
natu-

naturam introducunt, absurdū sanè modis omnib⁹ & reprehendendū, vt alij nos sapere, alij dicere doceant. Nam vetus quidē doctrina, vt docet Cic. 3. de Oratore, eadem videtur & rectè faciēdi, & bene dicēdi magistra, neq; disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores atq; dicendi: vt illic apud Homerum Phoenix, qui se à Peleo patre Achilli iuueni comitē esse datum dicit ad bellū, vt illum efficeret *ῥητῆρα λόγου, πρατῆρα τε ἔργου*, id est, vt Cice. vertit, Oratorem verborū, actoremq; rerum. Quod ipsum intelligi potest etiā ex Aeliano, qui tradit antiquit⁹ fuisse in more positū, vt Reges & Principes haberent à latere alumnos aliquos, à quibus tū ad sapiētia, tum ad eloquētia studia seriò exercerētur. Sic legim⁹ Vlysem ab Alcino o, Achillē à Chirone, Agamemnonē à Nestore, Telemachū à Menelao, Hieronem à Simonide, Polycratē ab Anacreōte, Praxenum à Xenophonte, Antigonom à Zenone, Alexandrum ab Aristotele institutos in vtroque genere esse.

Quin & inter Romanos Lucullus Antiochū Ascalonitam, teste Plutarcho, Cicero Apolloniū Rhodium, Mecœnas Arrium, Augustus Athenodorū, eosdem re

rum verborumq; præceptores habuêre.

Neq; aliò respexit Homerus parès ille
 & Oceanus omnis humanæ sapiētiae, qui,
 vt sempiternū naturæ foedus inter has du-
 as facultates ostēderet, Syrenibus nō ca-
 nendi solūm suauitatem, sed etiā scien-
 tiæ varietatē affinxit, vt Cicero 5. de fini-
 bus rectē interpretatur. Præterea idē Po-
 eta, cum Oratores in mediū producit, ne-
 que illis inanem eloquentiam, neq; elin-
 guem sapiētiā tribuit, sed cōmuni qua-
 si vinculo vtramq; facultatē coniungens,
 εὐφρονέοντες ἀγορεύειν eos pro cōcione dicere so-
 let. Iam quanti illud putandum est, quod
 neminem ferè ex omni scriptorū nume-
 ro, qui alicuius momenti sit, reperiamus,
 quin idem in dicēdi studio elaborandum
 sibi summè putarit. Nam & Aristoteli Ci-
 cero auro fluentē orationē tribuit, & Pla-
 tonem tantūm dicendi suauitate valuisse
 tradit, vt Iouē ipsum, si grēcè loquiveret,
 nō alio q̃ Platonico sermone vsurū esse af-
 firmet. Medici verò Hippocrates & Theo-
 phrastus, vt de Galeno nihil dicam, adeo
 in summa rerum sciētia infantes in dicen-
 do nō extiterunt, vt hic quidem à loquen-
 di diuinitate nomē inuenerit: ille cū Do-
 ricus, Ionica suauitate orationē tanq̃ mel-

le con-

le cōdiret, teste Aeliano, diuino ore locutus esse creditur. Non cōmemorabo Historicos, Herodotū, Thucydidem, Xenophontē, de quorum eloquentia nemo dubitat: illud dicam, ne Theologos quidem hac laude caruisse, nam & Origenes tantū dicendo valuit, vt etiā acerrimi hostes pietatis, Porphyrius & Proclus eum hoc nomine summè cōmendarint: & Basiliū magnū, qui inter Patres eloquentissimus habetur, ferunt tanta cum laude Rhetoricē aliquādo professum esse, vt Libanius Sophista celeberrimus, suas declamationes eius censuræ submitteret. Quid dicam de Gregorio, Nisseno, Naziāzeno quem quidam Demosthenem Christianū appellare non dubitarunt? Quid de Latinis Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Augustino, quorum eloquentiā omnes admirari, imitari pauci possumus. Sed & ipsa natura hoc ipsum docere videtur. Nā ideo ex omni animantium genere soli homini facultas rationis & sermonis à Deo op: Max: contributa est, vt non solum cogitare, quæ vellet, verum etiam cogitata exprimere oratione posset.

Hoc enim existimandū est, primis illis temporibus cœtus hominū congregatos

esse, ciuitates cōstitutas, leges, iura, iudici
 a descripta, introductā honestā vitæ mo-
 rumq; disciplina: & hæc quidem omnia
 ideo, vt alij alios de bonis rebus erudirēt,
 ac mutuis consilijs cōmunem vitæ socie-
 tatem tuerētur. At quæso, quæ potest esse
 cōsiliorum cōmunicatio, quæ bonarum
 rerū doctrina, nisi sermonis beneficio ho-
 mines sese mutuò intelligāt, nisi quæ sen-
 tiūt explicare disertè possint? Nulla re in-
 feliciores sunt animātes cæteræ, quam q̃
 orationis facultate deficiūtur: nulla re cō-
 tra felicius est gen⁹ humanū, quam quod
 hoc excellēti bono *διωόμεως ἐρμηνεύειν* præ-
 ditum est. Nam si ad ciuilem vitam cōditi
 sumus, si homo, vt inquit Aristoteles, *ῥαπ*
 maximè *πολιτικόν* est, nihil ne cogitari, qui-
 dē miserioris illo homine potest, q̃ id quod
 sentit, communicare cum alijs nequit.

Quam in partem præclarè Seneca, Si,
 inquit, sapientia mihi offeratur ea lege, vt
 eam inclusam pectore teneam, nullique
 enunciem, repudiem.

Quanto itaq; præstabilius erat natu-
 ræ, & nobilissimorū authorum vestigijs
 insistere, atq; adeò, vt oraculum habet, *τιδ*
νεώσι συγχρωτίζεσθαι, quam infelici dissidio har-
 moniam optimarū disciplinarum dissol-
 uere.

Sed

Sed nō est fortassè seriò agendum cum his hominibus, cum nulla sit tam firma & bona argumētatio, quæ errorem contumaciæ eripere valeat, ridendus est potius eorum error, & interim acerrimè notandus, quò facilius ad frugem reducentur.

Nam vt apud Herodotum lib: Hist: 4. legimus, Scytharū famulos, cū armis se rijs nihil effectū esset, flagellis ad disciplinam reuocatos: ita sepe quod accuratissimis argumētis confici non potuit, ridicula quapiam & iocosa ratione confectū esse constat, id quod etiā M. Agrippæ exemplū apud Liuiū declarat. Quo magis laudanda est industria N. Frischlini, poetæ & Comitæ Palatini, viri doctissimi, qui cū omnes curas & cogitationes in iuuādare literaria defigat, sub prætextu superioris seculi, barbariem quorūdam amœnissima facetissimaq; comœdia insectat^r est, quò hominū studia ab agresti illo & illiberali orationis genere ad politioris literaturæ culturam traduceret. Quo in loco quantum prudētia & iudicio valeat, abundè declarauit. Vt enim sapientis medici est, austeritatē salutarium pharmacorum miti aliquo sapore tēperare, ne delicates & insolētes talium potionum primo statim

gustu deterreatur: ita nō minore prudentia in sanandis hominū vitijs opus est, ne ferociora ingenia disciplinę seueritate offensa resiliant, atq; omnē subito medicinam repudiēt. Quæ causā est, quod inclementiores Satyrici, vt sunt Iuuenalis & Persius, habeant suam quidem cōmendationem, sed quia nimis violentū pharmacū hominibus propinarunt, minus hodie probentur, quam Horatius, lenis ille morum humanorum Aristarchus, qui vultu quodam penē Comico, & lepore amabili ita cōtemperauit suas Satyras, vt cū acerrimē hominū vitia notet, tamēn alias res agere videatur. Vnde & Persius de illo.

*Omne uasfer uitium ridenti Flaccus ab ore
Tangit & admissus circum præcordia ludit.*

Quin & Socrates ille Philosophorum princeps, à quo initium moralis philosophiæ cepit, vt Cicero de Orat: testatur, nō aliter quām ridendo & familiari quadam illusione notasse hominum mores traditur. Habet enim omninō hæc ratio aculei plurimum, & interdum plus affert efficacix, quam seriæ & apertæ reprehensiones, id quod etiam Horatius confirmat alicubi, cum dicit. Ridiculum acri

Fortius & melius magnas plerunq; secat res.
Porro

Porro quantum in hoc genere scriptorū
 vir iste doctissimus excellat, argumento es-
 se possunt complures Comœdię breui tem-
 pore ab ipso editæ, In quibus passim Plauti-
 nę & Terentianę eloquentiæ vestigia im-
 pressa agnoscas, vt taceam interim saluber-
 rimas sententias ex omni genere autorum
 conquisitas, suoq; loco cum summa digni-
 tate insertas. Neq; enim putandum est Fri-
 schlinum nostrum vulgari tantū isto & per-
 uagato modo (quo vulgus Comicorum so-
 let) in literis versatum esse: Nullus est Poë-
 ta tum inter Græcos tum inter Latinos pau-
 lo celebrior, quem ille non ad vnguem le-
 gerit, nullus Historicus, quem non euolue-
 rit, nullus Philosophus, quem non attige-
 rit, id quod ostendunt tot annorum dispu-
 tationes ex omnibus Philosophiæ partibus
 depromptæ, quibus ex instituto Clarissimæ
 huius Academiæ Tubingensis quasi *ἀγωνοθέ-
της* quidā & *βραβευτής*, summa cum laude præ-
 sidet. Iam quantum in Mathematicis vale-
 at, quæ studiosa, vt ait Cicero, summa in ob-
 scuritate & recondita quadam in arte, mul-
 tiplici subtiliq; versantur, abundè existima-
 ri potest, vel ex vnico illo opere, quo nuper
 artificiosam & admirabilē machinam ho-
 rologij Argentinensis, accuratè & solerter

complexus est, quæ ratio tota Astronomiæ principijs continetur. Nihil dicam de Græcis literis, quarum singulare nuper specimen edidit, dum nobis Callimachum propemodum vetustate consumptum, labore maximo in lucem reuocat, dispersum colligit, ac, quod familiam ducit, luculentissimis scholijs illustrat atque explanat. Quanquam in hoc quidem genere, quæ sit eius facultas, propediem vberius intelligetur ex Aristophane, quem solum de tot Græcis Comicis reliquum habemus, & quem ille eodem genere Carminis, quo hodie extat, in Latinum sermonem transferre, atque adeo commentarijs explicare cepit, idque breui, si vita & ocium suppeditabit, ad umbilicum deducet.

Possum multa dicere de alijs eius lucubrationibus, in omne genus studiorum diffusis, quas partim affectas inchoatasque, partim consummatas in manu habet; sed malo quædam in expectatione hominum relinquere, quam in oratione mea ponere. Accipe itaque, Lector erudite, Comœdiam hanc in tanta bonarum artium varietate & copia natam, meminerisque eam auctori inter varios studiorum, munerisque sui occupationes, quibus diuersè trahitur, quasi aliud agenti excidisse, dum nimirum à grauioribus

bus disciplinis animi leuationem in his ludicris quærit. Nosti enim illud Herculis apud Euripidem. *παίσω, μεταβολὰς γὰρ πόνον δέει πρῶτον.* Vale. Tubingæ. Cal: Maij. 1579.

PERSONAE.

Ianellus,	} Philosophi.
Franciscus	
Priscianus,	Grammaticus;
Corydon,	Rusticus
Lilius	} Medici.
Philonius	
Neuisanus	} Iuriconsulti.
Barberius,	
Quodlibetarius	Sacerdos.
Breuiarius,	Monachus.
Erasmus Roterodamus.	
Philippus Melanthon.	

PROLOGVS.



Oeta postquam aduertit rumore populi,
 Studiosè uos expetere nouam Comœdiam:
 Id credidit solum negoti sibi dari:
 Vt re noua, & nouæ argumento fabule,
 Bonis placere posset perquàm plurimis.

Malos enim & maleuolos iam pridem nihil
 Prorsus moratur: ut qui tantummodo sua
 Admirantur, sua prædicant, sibi placent
 Solis, neq; quicquam nisi quod sibi placet, probant.
 Nam uulgò fit, cuiq; suum ut sit pulcerrimum.
 Sed est, quod paucis uos præmonitos hîc uelim,
 Vt fabulæ argumentum credatis nouum.
 Nam simile à ueteribus tractatum Comicis
 Nusquam legitur, neq; argumento, neq; stylo.
 Vos eritis Arbitri, qui adestis hîc boni.
 Nam de bonis mali non nisi malè iudicant.
 Qui melius inuentum scit in scenam nouo
 Modo nouum proferre, is proferat nouum.
 Si id facere nequeat, det locum illi, qui queat.
 Nunc nisi molestum, nomen dare uobis uolo
 Comœdiæ: sin quibus odio est, dicam tamen.
 Solœcismus uocatur hæc Comœdia.
 Latine uult Priscianus esse uapulans.
 Nam multis ille seculis miserè habuit:
 Passim locorum ictus, punctus & uerbera
 Perpeffus innumera: uestras etiam manus
 Satis duras expertus quàm sæpius.
 Is hodie uulneribus suis quæret aliquod
 Remedium à Professoribus his Artium:

Iuuello præsertim indocto Physiologo.
 Sed miserè uapulans ad medicos mittitur
 Philonium, & Doctorem ineptum Liliū.
 Hic multò factus, quàm antè fuerat, ægrior,
 Medicis grandem impingit apud Iudices dicam:
 Vbi in hostes longè atrociores incidit.
 Nam rabulæ indocti & duo quidam glossarij
 Ius queritantes excipiunt indignissimè.
 Quare animam agens duos accedit Theologos,
 Ut ab illis capiat paululum solatii.
 Ibi uerbis lapideis obrutus, animam propè
 Agit, animoq; deficit: donec opera
 Et ope Erasmi & Melanthonis restituitur.
 Hæc res agetur nobis, uobis fabula.
 Non exquisitè facta est, neq; uti cæteræ:
 Non hic parasitus leno est, nec ferus Ismael,
 Neq; suspicax maritus, neq; petulans senex.
 Ridicula est res: date benignas aures mihi:
 Ut Priscianus quid sibi uelit, ocyus
 Cognoscatis, quietè & per silentium.
 Iustam rem & facilem esse oratam à uobis puto.
 Nam iniusta à iustis impetrari non decet.
 Iusta autem ab iniustis petere insipientia est.
 Tantum est: ualete: adeste cum silentio.

ACTVS PRIMI, SCE. I.

Iauellus, Franciscus.

Oſtonarij Iambici.



VID est, quod hodie & heri in manu gerit
uestra Dominatio,

Ornatissime Domine Magister Franciscus

FR. Est epistola,

Quam scripsit ad me unus senex discipulus
qui pronunc studet

Parisius in philosophia naturali baccalarius (so boni

Formatus ibidem ab Humanistis. IA. Quid scribit quæ

FR. De mobilitate subiectiua physice: deq; entitatibus

Formalibus materie primæ, & similibus rebus alijs

Realiter aut formaliter, aut conceptibiliter entibus.

IA. In qua uia, Franciscus, suas intentiones is tenet?

FR.

FR. Partim in uia Thomistica, partim in uia Scotistica: Phrases Iauel
In quantum scilicet Scotus concordat cum Thomæ uia. Io visitatissime

1A. Certè hæc oratio acceptatur in nostra uia. Sed dubiâ
Mouetur, aut responsiue conclusiones à tuo (ne

Discipulo ponuntur: nulle distinctiones in iud
Ponuntur. FR. Si uestre Dominationi non erit graue:

Accipite & legite Epistolam. 1A. Tegat uestra dominatio.

FR. Cooperta sit etiam uestra, Iauelle, reuerenda dignitas.

1A. Aduerte, dum lego Epistolam. FR. Iam dudum inten-
do aduocare.

1A. Francisco de Maronis, septem liberalium artium

Candelabro aureo: radianti Theologorum apici: ordinis

Minorum lucifero: sacræ scripturæ gazophylacio:

Herestarcharum malleo: uirtutum Heroicarum omnium

Et non Heroicarum speculo dilucidissimo: meo

Domino dignissimo: domino præceptori, humilimus suæ

Dominationis discipulus & seruator uilissimus (placet

Oscula pedum, loco salutis. FR. Quomodo uobis hæc

Inscriptio? 1A. Pro tanto, ut intendam relegere denuo.

FR. Nolim istuc pronunc fieri. 1A. Quamobrem? FR.

Quia aliàs nimis foret (pistolam.

Longum, bis legere quod pulcrum est: sed uolo legatis E.

1A. Aduerte. Illuminate Domine Doctor: uestra dignitas

Reuerenda teneat, quod Studentes nonnulli Parisius

In artibus, propriæ facultatis transeundo terminos,

Manifestus errores, quasi dubitabiles, nunc in scholis

Lectare & disputare præsumunt. Hoc quia relatio

Grauium personarum insinuauit: Parisiensis Episcopus

Totaliter condemnauit: eos excommunicans, suos (do

Qui errores dogmatifauerint, aut dogmatizare aliquo mo-

De eisdem, aut defendere præsumserint: quomodo eorum quoque

Erasmus de
conscrib. E-
pist. lib. I.

Simul audientes: processurus ad acres pœnas contra eos,
Pro qualitate culpæ. FR. Quantum ad hoc, uidetur mi-
hi, quod hoc

Iauell. p. 4.
lin. 10. in
phys. Anno
1567. Lugd.
edit.

Prudenter est factum: ne in tanta locutio trahat simplices
In errorē. IA. Sed aduerte, quod ille Parisius Episcopus
Ad hanc deductionem, aliam solutionem commodam
Non inuenit, nisi dicere esse errores: quod non sufficit
Viro docto: sed debuit aut soluere rationes, aut eis
Ostendere, quomodo est error. Sicut nos in Thomistica
Via tenemus hanc intentionem. FR. Dico igitur ad hoc,
Mi Cordialissime Domine Magister Iauelle, quoniam
Contra loquentes naturaliter non disputatur hic,
Et in articulis condemnatis magister noster optimus
Sententiarum non tenetur: hoc factum esse aliquo modo
Irreprehensibile. IA. Sit sane; sed ego non adhæreo uia
huic

Id. p. 96.
5. & c.

Post expositionem, quæ loquitur ad mentem Beati Philo-
sophi.

Nam in oppositum arguere, rationes soluere, beatum patrem
Thomam defensare & Scotum: prout concordat cum uia
Thomæ omnibus licet. FR. Ad istud nihil respondeo, sed
uolo

Quod pergatis reliqua legere. IA. Age, aduerte: quid
scribat magis.

FR. Aduerto. IA. Ego igitur, gloriosissime Domine Do-
ctor, meus

Præceptor, in considerando mandato hoc Episcopi,

Sine disputatione, ad habendum citius & perspectius
Scientiam Philosophiæ naturalis, per literas

Intendo aliqua mouere dubia, & principaliter quidem
Nunc unam quæstionem de subiecto huius scientiæ,
Vtrum

Anton. Andr.
in Tractatu
de tribus Prin-
cip. col. 1. li. 17.

Utrum mobilitas sit formalis & subiectiua ratio
 Primi subiecti physice: an corpus naturale sit magis
 Subiectum adequatum in Philosophia naturali: Et rogo
 Vestram reuerendam dignitatem, quod mihi illam scibilem
 Questionem, ad mentem Philosophi resolpatis finaliter
 Cum textualibus expositionibus, ut olim maximi
 Regentes Parisius mihi tradiderunt, metaphysically
 Determinantes. FR. Quæ uestra est, Iauelle, intentio in
 hac uia?

Vide titulum
 Ioan Scoti, &
 Iau. super
 Metaphys.

Nam uos estis unus Magister primus de Regentia.
 IA. In hac questione inuenio pro nunc ego duas uias.
 Famosas. Vna tenet, quod ens mobile solum & non aliud
 est magis

Subiectum: de subiecto adequato istius scientiæ
 intelligendo. Alia uerò tenet, quod corpus mobile
 Et non ens mobile est subiectum adequatum in Philosophia
 Naturali. Primam uiam Beatus Thomas meus tenet:
 Ut in proœmio suo in principio primi sat patet.
 Cui concordat Iandunus in primo. Secundam autem tenet
 Albertus in primo. Et quoniam tenemus hanc Thomæ
 uiam

Iauell. p. 1.
 lin. 11 Edition
 Lugdunens.
 ann. 1567.

Esse ad mentem Philosophi & commentatoris: idcirco uia
 Thomæ defensabitur, & rationes soluentur omnium:
 Qui concordant cum Alberto, prout contra Thomæ uiam
 He militat. FR. Quod igitur subiectum est pronunc
 ens mobile,

Quomodo probare intendis? IA. Duabus intendo ratio. Iauell. p. 2.
 nibus.

Prima est beati Thomæ: & sic intendit arguere alibi.
 Subiectum adequatum in Philosophia uel est ens mobile.
 Vel corpus mobile: non secundum: ergo primum. FR.
 Logicaliter.

Ianel p. 3. lin.
3. &c.

Ia. Quòd non secundum : quia scientia subiectum ponit
suum

Aut presupponit, non probat. Et pro nunc supponatur ite-
dem,

Et quomodo consequentia hæc teneat : quòd omne mobile
Est corpus. FR. Sed Iandunus & Egidius non conce-
dunt tibi,

Quòd omne mobile est corpus: sicut qui formas, uel etiam
entia

Abstracta tenent localiter moueri. Ia. Respondeo: aliqui
Moderni nomen assumentes Thomistarum, nesciunt
Defensare hanc beati Thomæ rationem contra Egidium:
Inter quos Petrus Pomponatius est in lectione sua
Super libros Physicorum. Ideo Beatum Thomam disci-
tant

Opinionis huius non fuisse, nisi dum foret adhuc
iuuenis. Nam tunc scripsit Thomas super octo Physico-
rum libros.

Deinde in ætate senili sua scripsit super libros
De Cælo: & tenuit illic subiectum esse corpus mobile:
Quasi seipsum corrigens. FR. Verum quia Thomistæ
antiqui tenent

Mentem Thomæ absolute ita fuisse: quod ens illud mo-
bile,

Et non corpus mobile sit subiectum in nostra scientia
Adequatum: quomodo Thomam defensare hic intendi-
tis

Contra Egidium? Ia. Aduerte igitur: quod licet non sit
formaliter

Idem, probare esse aliquid mobile & esse corpus: & ali-
quod

Corpus

Corpus item mobile esse : tamen unum sequitur ad alterum,
 et si probatur unum, consequenter probatur alterum.
 Nam ex hoc, quod Philosophus probat mobilitatem ipsi
 corpori
 Competere: probat idem sic consequenter corpus mo-
 bile

Esse uel actu, uel aptitudine. Quoniam non est opus
 Tenere in omni ratione sciendi actualem existentiam,
 Sed aliquando aptitudinalis sufficit. FR. Subtiliter
 Dixit uestra reuerenda dignitas. 1A. Hæc prima fuit in-
 tentio:

Nunc quantum ad alteram, sic procedo in uia Thomi-
 stica.

Supponitur in totum, quod motus sit prima rei passio:

Ex quo supposito arguitur. Idem subiectum prima passio

Habet: quod habet scientia eius, in qua talis passio

Consideratur: sed subiectum motus est ens mobile:

Ut patet ex declaratione, quam facit illic Philosophus:

Quando declarans diffinitionem motus in libro

Tertio exemplificat de generatione & corruptione. Cum

Ergo ens mobile sit primæ passionis subiectum, illius

Ingressus diffinitionem, consequens est, ens ut mobile

In hac scientia subiectum sit. FR. Contra. illud non potest

Formalis esse ratio alicuius subiecti scibilis,

Per quod subiectum constituitur. inesse opposito scibili.

Sed mobilitas est huiusmodi. Ergo. 1A. Dico ad mentem

Antonij

Per distinctionem: ly mobilitas entis supponere potest,

Vel pro motu aptitudinaliter uel actualiter

Sumpto. Si mobilitas primo modo: sic dico quatuor.

Iau. p. 2. lin.
8.

Vid. Aug.
Andr. p. 1.
col: 2. lin. vlt
8c.

Primo quòd mobilitas est respectus ad aliud formaliter.
 Secundo, quòd conuertibilis est cum subiecto passio:
 Quòd discurrendo inductiuè probatur: tertio, quòd hæc
 Mobilitas non distinguatur ab eo, cuius est passio. FR.
 satis

De hac quæst. Est factum uni intento: nunc pergite legere consequentia.
 Anton. An- IA. Præterea disputare intendo: utrum in physica substan-
 dreas sup. ci- tia,
 tatus,

Materia dicat aliquam positiuam entitatem realiter
 Distinctam ab entitate formæ: an uerò conceptibiliter
 FR. Hæc quæstio magnæ importantiæ est: sed quoniam in-
 tentio

Vsitatissima Antonij declaratur in uno tractatu de tribus
 Iauello principijs, mittam sibi librum. IA. Omnis difficultas
 phrasif. stat in eo:

Vt uideatur, quomodo compositio illa, se in rebus habeat.
 Sed quia de conceptibilitatibus & formalitatibus,
 Quiditatibus, realitatibus mox quodlibetaria
 Agetur disputatio, protunc concludam correlariè,
 Nunc pergam legere, aduerte. FR. Aduerto ego cum
 ambabus auribus.

IA. Haberem etiam alias argutas quæstiones plurimas:
 Quas discutere uellem: utrum anima causssetur ex semine
 hominis:

Qualiter item esse possit forma corporis, substantia
 Vide Titulū, Intellectualis: sed aliàs mouebo dubia eiusmodi,
 Rogo autem, quòd mittatis mihi pro nunc Vocabularium
 Ex quo. Nam quia uocabularij uarij & autentici,
 Videlicet Huguiton, Catholicon, Breuilogus atq; Papias,
 Alijque codices in comparatione sunt ita
 preciosi, in intellectione obscuri, & in numero admodum
 Multi

Multi in collectione prolixi: ut scholares pauperes
 Eosdem de facili, & pro precio competenti, scilicet
 Ratione eorum paupertatis habere & prospicere sibi
 Non ualeant, ut tamen facilius possint literaliter
 Sacram Scripturam intelligere (ut Mamotrectus) imò
 quodlibet

Latinnale scriptum: pro utilitate collectus fuit
 Vocabularius iste. FR. Sanè ualde utilis est liber,
 Quem quilibet fidelis meliorare tenetur, qui potest:
 Ut uitam æternam possideat: quæ promittit sapientiam
 Elucidantibus: pro ut octauo sapientiæ dicitur.

IA. Si non habetis ex quo, mittite Variloquum. FR.

Bonus & hic est liber,
 Et utilis uocabularius: qui idem uocabulum
 Diuersimodè acceptum diuersè teutonifando exprimit
 Consolabile quoddam enauigium prædicatoribus: & est
 Compilatus per uenerandum Magistrum nostrum. IA.

Vid. titulum
 eius libri.

Nam quia
 Multi Germani pro nunc Parisius student: intendo ego
 Teutonifando unà cum illis parlare interdum. Nunc nihil
 magis,
 Nisi quod uestra reuerenda dignitas diu & benè ualeat.

ACTVS PRIMI. SC. II.

Eiusdem generis cum superioribus.

Priscianus, Iauellus, Franciscus.



H me miserum: quis est mortalium, qui u-
uat miserior?

Spes atque opes uitæ meæ iacent sepultæ in
pectore:

Animo meo malè est: malè maceror: malè
crucior miser.

Caput dolet: neque audio: neque oculis prospicio satis:
Nec me miserior est, neq; uidetur magis esse ullus hominū.

Ia. Benedictus dominus, qualis hic homo est Franciscus?

FR. Ego nescio

Iauelle. Nam nunquam uidi illum per totam uitam meam.

PR. Neq; Pentheus tam miserè discerptus à Bacchis fuit:
neque

Orpheus à Menadibus, neq; Hippolytus à Phocis Nerei,
Neque à Medæa Absyrtus, neque Deiphobus à coniuge He-
lena.

Ia. Videtur mihi, quòd est unus Lolhardus. FR. per
treugam meam.

PR. Membra omnia lassitudo tenet, genua propemodum
succidunt.

Ossa atq; pellis sum misera macritudine, longa inedia.
Cuius tam uariè mihi maculosa est, quam nutricis pallium.

Ia. Quid si sit unus ex truelliiferis nostris? FR. Fortassis
est.

PR. Nam ego sum miser ille Priscianus, qui malè ubique
uapulat.

Ia. Aduerte, quid dicit. FR. Nimum subtiliat, in quan-
tum audio.

PR. Ut enim de præteritis malis nihil dicam, quæ passim
Locorum pertuli: quis tam alieno à Latinis literis
Animo

Animo est: ut uulnera & plagas non uideat, quas modò hic
mihi

Heresiarcharum malleus intulit? FR. Heresiarchas no-
minat.

Ia. Fortasse est unus prauitatis hæreticæ inquisitor. FR.
est

In quantum ego iudico. PR. Nam malleo suo penè cere-
brum

Excussit mihi. Ia. Mi Franciscæ audis, quid dicit? FR.
uix audio.

PR. Nunc hûc processi, ut medicum quæram, qui uulne-
ribus remedium

meis paret: aut munitum commonstret locum. quocunq;
enim

Deuenio, quoquò deferor, illuc uapulo. Ia. Adeamus ho-
minem:

Proficiat mi uir. PR. Dij te saluum uelint & sospitem,
Ac tibi magis sint propitij, quàm mihi. Ia. Quid est tibi

mi senex?

PR. Malè patior miser. Ia. Quid pateris. PR. Inedi-
am, uerbera, famem.

Ia. Fortasse nimis diu ieiunasti? PR. nimis hercle, quàm
uelim

Ia. es ne unus Carthusianus, an Franciscanus? PR. Ego
sum miser.

FR. Fortasse post aliquam ægritudinem uirtutes debi-
les

Sunt, & stomachum multum sensibilem habes, & ualde de-
bilem,

Ita quòd nullum nocumentum sustinere famelicum potes.
Idcirco cum fame scis, fies syncopizans illicò:

Philô. Medic
188.col.4 de
fame finco;
pati.

Nisi cum cibo repareris & potu. PR. Facile est misero homini

Insultare, & iacentem opprimere. FR. Nequaquam: potius tibi

Compatior ego. IA. & ego simul, & cupio certificari modo

Vnde uenias? PR. Vnde homo miser. IA. an ex militibus? PR. uidelicet.

IA. Quali? PR. puluerulenta & misera: ubi punctim & caesim uerberant

Me saucium, pueri & uiri, & stolidi senes quotidie.

IA. Quales sunt isti pueri, aut qui uiri, aut senes? PR. (mis) uah, quid rogas?

Tu quem non puduit modò me uerberare ictibus durissimis

IA. Egone te uerberaui, qui te non uidi prius? PR. imò, quia

Non uidisti, ideo uerberasti. IA. hoc est contra omnes Thomæ uias.

PR. Quin imò uis tuis, & omnibus item intentionibus Hodie, hodie inquam, infregisti plus quingentos colaphos mihi:

Ac nisi clypei & libri huius oppositu me texissem, propè Exossasses me, non secus ac murenā cocus. Intelligis?

IA. Neq; imaginatiua, neq; sensitiua hoc apprehendere potest.

PR. Atqui hic collega tuus suis formalitatibus itidem Me sauciauit pessimè. FR. Dic quomodo? PR. Nam uulnera

Mihi abs te plura data sunt, quàm Gothis à Belisario.

FR. Tamen hic nunquam fuisti. PR. uestra culpa est huc mihi accidit.

FR. Quare? PR. quia nos me profligastis miserum, egenum & inopem.

FR. Ego te nunquam hîc uidi. IA. Neque ego, quod sciam, oculis uidi meis.

PR. Eò tractabar à uobis inclementius & durius.

Nam quo minus in conspectum deuenio uestrum, hoc plus uapulo.

IA. Impossibile est, ut uerberetur, qui præsenter non adest.

PR. At enim iauelle, quod mihi hîc à uobis obtigit modò,

Hoc ipsum mihi in omni passim nunc accidit Germania,

In Italia, Gallia & Hispania, Sarmatia & Dania:

Vbi indocti Typographi, pictores, scribæ, statuarij,

Et quicunque illotis manibus in literarum sacrarium

Irrumpunt, innumeras mihi plagas inferunt quotidie.

Sed omnium miserrimè iam iam excrucior in Græcia,

Aegypto & Asia: quibus in locis propemodum occidori nunc miser.

IA. Tu non rectè sanus es, isthæc qui præsumis sic dicere:

Quasi Corporeitas tua sit actu infinita. PR. ah manum abstine.

IA. At est impossibile: & contra Thomæ & contra Scoti uiam,

Aliquam substantiam uel magnitudinem esse actualiter

Infinitam, & simul in multis locis. Discordat enim à uia

Philosophi & positionibus Aristotelis, atq; interpretum.

PR. Sed non à ueritate rei, nam nullus est terræ angulus,

In quo docentur literæ, ubi non nullies uno die

Vapulem. IA. Homo hic ebrius est. PR. utinam ita es,

sem, non indigerem ope

Medici. IA. Imò opus est tibi helleboro. PR. miserrima

est uero

Bono miseria, qui uera loquitur, si uerum spernitur.
FR. Dic obsecro: quomodo potes hinc esse & alibi, & in multis locis?

PR. Quomodo? ubiuis locorum uapulando. FR. Quis te uapulat.

PR. Franciscus, Iauellus & horum similes Philosophi Barbari.

Nam modò, modò inquam, priusquam hinc tetulissim miserum pedem,

Pene ad necem deuerberastis me miserum, & nihil mali De uobis unquam promeritum senci. FR. Mentiris per gulam.

PR. Utinam mentirer, nam sic non ferirer in omnibus locis

Italiæ, Hispaniæ, Sarmatiæ, Galliæ, Germaniæ.

Id. At tale subiectum non est dabile, in hac natura: & quia Subiectum non est dabile, nec proprietas sua, quod sic probet.

PR. Ab obsecro, Iauelle, ne quid damno cum meo probes.

Vide Iauel. in
Phyf. Pag.

161. & 162.

Id. Impossibile est actu infinitum corpus simpliciter dari.

Nam corpora naturalia simplicia, ut elementa, sunt ad inuicem

Contraria: & se mutuò alterant & corrumpunt: & id Probatum est alibi. Et quando unum contrarium totaliter

Super alterum obtinet, aut dominatur alteri: ex tum alterat

Et corrumpit. Ad hoc autem quod non corrumpit, id ipsum prius

Debet proportionatum esse secundum uirtutem suam.

Nam uirtus infiniti excedit impropotionaliter

Cuiusq;

Cuiusq; finiti virtutem: sicut magnitudinem
 Emitam finita etiam excedit impropotionaliter.

PR. Proh Iupiter, quò secedam, quò fugiam ab his tot istis
 bus?

IA. Tàm factis his suppositionibus sic formatur mea
 Ratio ad conclusionem. PR. Per Deum te oro, Iauelle
 mi,

Concludas ocyus: ne cum ratione tua uitam mihi
 Intercludas. IA. Tace tu. PR. Sapius multò erat, tace

re te,
 Qui cum damno meo loqueris. IA. Si corpus naturale
 hic datur

Simpliciter actum infinitum, esset aut elementum scilicet
 Aut elementatum. Si elementatum, aut erit ex componentibus

Simplicibus unum infinitum & alia finita: aut certe ex
 eis

Erunt plura infinita. Non primum. Quoniam corrumpere

Omnia alia simplicia componentia finita, & sic statim
 Destrueretur compositum. Ad hoc quòd compositum peti
 maneat,

Proportionata esse oportet omnia componentia.

Non secundum. quoniam plura infinita corpora non erunt

Simul in hac natura. quoniam unumquodq; tale cum sit

Infinitum secundum omnem diuisionem (aliter enim
 Non esset infinitum simpliciter) omnem occupat locum.

Et sic non compatitur extra se aliud infinitum, neq;

Emitum corpus. Nam si extra se compateretur aliud

Corpus, tunc terminaretur ea ex parte, quæ corpus aliud

Compatetur: & ita ex ea parte esset finitum quippiam.

Quod implicat contradictionem. Et hæc est ratio philosophi

Ad destruendum corpus infinitum. Nam nunc sufficit
Contra trusatorem istum sustinere: quod nullum datur
Infinitum corpus. PR. Væ mihi misero, lauelle, quàm
feris

Me duriter: quàm miserè saucias? nam uno ictu omnes mihi
Dentes labefecisti. la. Es dignus uerberibus. PR. Quà
re? la. Quia mihi

Dicis, quòd ego te uerbero, & ego te non tetigi: & dicis
quòd mi

Multis locis simul es: quod est impossibile. PR. Væ mihi
iterum.

Yauell. p. 183.
lin: 31. &c.

FR. Aduerte lauelle, quòd hic truellifer fortasse arguere
potest,

Ex multis famosis sermonibus: & prout communiter
Tractabant ueteres de loco, & tractabant de loco magis
Mathematicè, quàm Physicè. PR. Quid tu cornicaris
de loco

Personate Philosophaster, qui nondum didicisti literas?
FR. Atqui tu aliter intendis, quàm Scotistæ & Thomistæ
tenent

PR. Perceas cum istis tuis intentionibus, quas perperam
Tenes. FR. lauelle, proponamus illi unum dubium. la.
placet.

Sept. p. 56.
col. 1.

FR. Heus tu, quia præsumis arguere de loco: queritur
utrum

Locus entitas sit respectiua, uel absoluta quidditas,
In quantitatis prædicamento, uel ubi reponibilis?
Quid dicis ad hanc Questionem? PR. Dico ubi ut malè
perceas

Cum barbaris tuis respectiuis entitatibus omnibus.

la. Sic nunquam deueniemus ad resolutionem simplicem.
Fr. Quid tu ergo dicis ad hoc intentum, lauelle? la. Se-
cundum uiam

Scoti aduerte, quod est duplex locus, ut ad propositum suf-
ficat:

Potentialis & diffinitiuus, qui nihil aliud
Est, quam potentialitas quaedam, qua aliquid formaliter
Alicui praesens. Et sic nullibi loquitur philosophus de
loco.

Alius est circumscriptiuus, qui non est aliud quiddam, nisi
Formalis circumscriptio: & potest dupliciter accipi.

PR. Ah obsecro te, mi lauelle, desinas distinguere.

Nam tot tuis diuisionibus, mihi caput diuidis.

la. Vno modo fundamentaliter, & sic est nihil aliud,
Nisi superficies circumscribens rem locatam, alio modo
Formaliter: & sic actualis est relatio locus:

Vel potius aptitudinabilis, existens realiter

In conscribente locatum superficie. Haec relatio
Apellatur localitas. PR. Hei mihi, quam duriter iterum

Vapulo? totum caput uerberibus tuber est; tenebrae oculis
Oboriuntur: quò fugiam, aut quem medicum adhibebo tot

malis?
la. Heus trussator mane: quò fugis? PR. Obsecro medi-
cum ostendis mihi,

In hac urbe habitantem: qui uulneribus meis det remediũ.

Et dentes excussos restituat. la. Hic unus quidam bonus
Habitat Chirurgicus. PR. Chirurghi haec non sanabunt

uulnera.

la. Habitant & duo medici hic, Doctores: Lilius & Phi-
lonius.

PR. Nihil mihi proderunt medici, qui tantum uulnera corporis

Possunt sanare: aut aegritudinem amouere pharmacis.
 Ia. Quinam igitur? PR. Grammatici & boni Logici. Ia.
 Grammatici uulnera

Tua non curant. PR. Qualis quidem tu Grammaticus
 aut Logicus es.

Sed mea uulnera longè sunt alia, quam tu reris. Ia. qualia
 Sunt ergo, aut à quo & ubi data? PR. à uobis & uestri
 similibus,

In omnibus scholis. Ia. Fortasse non es unus Realium,
 Sed Nominalium. PR. quin imò unus sum uerberalium.
 FR. Quenam ista noua secta obsecro? PR. Quæ passim
 locorum uapulat.

Nam literas dum doceo, hanc mercedem à discipulis aufero.

FR. Vbi doces literas. PR. In omnibus scholis Academicis.

FR. Es ne unus de Regentia Magister noster? PR. Non sum ego.

FR. Quare? PR. Quia multis uerberibus à nobis excusatus sum foras

Longè indignissime, nullo meo merito. FR. à quibus obsecro?

PR. Nempe à Magistris his Regentie, & cõprimis à tuo
 Andrea philosophastro physiologo, homine nugacissimo,
 Maledicentissimo, uanissimo. Sed quid sto saucius?

Quid cesso pergere ad medicos? Aut cur uerba cum his hominibus

Commuto: qui tot ictus inferunt mihi, quot uerba efferunt.
 Ia. Retineamus hominem. FR. Quamobrem? Ia.

Ut prius sciamus quis sit. quàm hinc eat:

Heus tu. pr. Quid est? Ia. Dic mihi nomen tuum. pr.

Mihi nomen est nouum.

Ia. Nouitate Moderni plurimum gaudent: dic quale sit tibi

Nomen? Pr. Ego uocor Onoclonos, nam asinos occido, et ab asinis

Vicissim occidor. FR. Sine abeat in patibulum ad carnifices suos:

Ego nunc reuertor in domum meam, ut rescribam ei, qui

studet Parisius. Ia. Et ego hodie disputabo quodlibetarie.

ACTVS SECVNDI SC. I.

Priscianus.





Rob Deum, qua nunc uia infistam? Quod
remedium his malis
Inueniam? nisi enim in medicis, qui hic ha-
bitant, spes restat mihi,
Nusquam hodie tutum à uerberibus inue-
nero locum: usq; adeo

Fœda loquendi barbaries incoluit passim in omnibus
Doctrinarum studijs. Nam temporibus hisce barbaris
Solut propè Auicenna, solus Mesue in Academijs
Loquitur atq; uni plus tribuitur Rasi, quàm cæteris
Omnibus. Tacet Galenus: silet Hippocrates: Plinius
Planè obmutuit: Celsus situ periit: uocem libri,
Quos ego Cosroi scripsi, Regi Persarum maximo,
Omnem iam dudum amiserunt: penitusq; suppressi iacent.
Quod si in tales medicos incidam, quales sunt barbari
Arabes: quid restat mihi, nisi ut porro fiam miser?
Verùm enim uero quia Doctores sunt: haud dubiè his erunt
Philosophis Magistris multò doctiores: & simul
Culti oris sermone ipsæ loquentur elegantius.
Ibo adeò: & Deo auspice conueniam monstratum Liliū.
Sed uideon' aliquem ante ipsum ostium cum uase uitreo?

ACTVS SECVNDI SCENA II.

Corydon, Lilius, Priscianus.



Mollo hoschaho. Li. Quis clamat ante os-
tium? CO. Vbi est Doctor Lilius?
Li. Quid uis? CO. Estis uos Doctor Li-
lius? PR. Nisi ego fallor oculis,
Aliquem hac domo egressum uideo. Li.
Quid

Quid stas? Quid uerticem scabis

An te mordent pediculi, aut pessolata, aut lendes, Rustice?

CO. Vestro consilio opus est mihi, PR. Certe hunc esse credo Liliū:

Nam rubeum gestat pileum, & barbā mulcet Philosophicā.

Li. Argentum uiuum extinctum cum lithargyro & aceto & oleo

Permisceatur, & ungatur caput. Aut corrigia caput Corpusq; mundetur: & interficientur omnes pediculi.

PR. Hic est profecto Lilius, quantum ex sermone colligo: Hūc concessero, ut in oculo subauscultem loco:

Ne qua in periculum me conijciam forte uoluntarium.

CO. Nullos ego habeo pediculos. Li. Quid ergo brachium fricas?

Num scabies te uexat? CO. Non per Faunum. Li. Quid ergo uis tibi?

CO. Lotium fero. Li. Cuius hominis existit? CO. egroti, Li. quod nomen ille habet?

CO. Tam scies, ubi urinam inspicias, quam meum. Li. neutrum scio, dic tuum.

CO. Duo iugera longum existit. Li. Decurta. CO. Tentabo an possim.

Ego Menalcamynthathyr sidamœta corydonis uocor.

PR. Olim fuere longa nomina Regib. hodie sunt rusticis.

Li. Corydon, porrige mihi lotium. CO. Quæso inspicite lotium probe.

PR. Quæ hæc illatina rusticitas, aliquem nūm multitudinis Numero alloqui? Li. Muliebre existit lotium. CO.

Boxtauset: quis hoc

Tibi indicat? Li. Qualis nam existit illa Mulier egrotas an tua

Vide Liliū

Medicinale

p. 161. lin. 6.

edit Lugdun.

nonf. Antio

1559.

Filiæ an Vxor? an aliqua cognata? CO. Hoc ex urina uideris.

Lili. p. 12. lin. 26.

Li. Aliud urina significat. CO. Quidnam? Li. Febrim, & quidem breuis

Omnino terminationis: quæ propter nimiam suam Subtilitatem prolongari non potest: neq; patitur Prolixitatem, neq; molestationes accidentium:

Quoniam egritudo hæc est cum terribilibus accidentibus. pr. Malo hercle auspicio in hunc medicum incidi infelix. Nam nisi mihi

Maturè prospexero: mala omnia ingemisabit, sat scio.

Li. Nonne inflammatio est in toto corpore cum inquitur dicitur?

CO. Sanè. Li. Malitia tolerandi, phrenesis, uigilia in stantia?

Vide Philonium Medicinæ p. 16. Col. 1. Edit. Lugd. 1535.

CO. Sanè. Li. Aliquando somnietas est, atq; timorosa somnia.

Nigredo & ariditas lingue, sitis, stupor, uentris etiam Stipticitas, ictericia, sincopis, horripilatio?

PR. Quid hoc? siccine agitur? enim uero scuto aut clipeo opus est mihi.

Nisi enim sermo sit elegantior & purior, ego impetum Imbelli, & iam antè saucio corpore minime sustinero.

CO. Quis uobis dicit omnia? Li. Urina indicat. Sed interim

De hoc certiorari uolo: an habet etiã uentos? CO. plurimos. Nam mea domus parietes uentis peruios habet undiq;.

Li. Non hoc uolo. CO. quid ergo? Li. An tu sis etiam ex imo gutture? CO. Supra

Et infra. Nam acetosæ eructationes ualde habet.

PR. Et uos ambo olidas uoces: quibus hunc mihi librum conspiciat.

Lil. p. 31. lin. 25

Conspuitis. Li. An etiam habet sedes? CO. Imò quernas
 & fuginas.

Nam filius meus est scriniarius: qui sedes plurimas
 mihi fecit. Li. Non hoc rogo: sed an assellare quoq; so-
 let tua

Patiens? CO. Eia etiam sellas domi habemus. Li. Tu ni-
 mum stupidus es.

An fluxus adest uentris, an aliqua stipticitas, & retentio

Egestionum? Pr. è sterquilino foetæ uoces aduolant,

Quod optimum erit: capiam hanc Grammaticam, & his
 opponam sordibus.

CO. Vrinam inspice, nam si alia uidisti ex illa, forsàn etiam
 illud uidebis. Li. Nihil ago, dic hoc primū mihi Corydon,

Ubi patiens ægrota? plurimum? CO. Isthic in domo mea.

Li. Aliud respondes, ac ego uolo. CO. Quid ergo uis?

Li. Quonam loco
 se pessimè habet? CO. In lecto. Li. Nihil ais: an non
 in capite est dolor?

CO. Sanè. Li. Grauatius? CO. Sanè. Li. Intrinsic-
 ca, an extrinseca passio?

CO. Vtraq; Li. Nihil dolorosum in tergo? CO. Ni-
 hil scio. Li. Nihil

Vel mordicatum, uel pungitium? CO. Nihil equidem
 scio.

Pr. At ego scio, meam quid pungat Grammaticam, &
 quid mordeat.

Li. An nullus alius habuit eā in sua cura? Co. Chirurgicus
 Noster phlebotomauit. Li. Modò non nimis: ut unus Chi-
 rurgicus

Quendam Magistrum nostrum phlebotomauit: & in nimis
 a quidem

Extraxit quantitate in tantum, quod mortuus est: & erat is
Annorum quadraginta. Pr. Hoc exemplum diphtheræ
iudicio (dedit

Fuisse inscriptum. Li. Sed, Corydon, nemo illi præterea
Medicinam? CO. Vicini mei uxor cum herbis plurimis
bonis

Li. Magnum est periculum, cum remediare Mulieres uo-
lunt.

Philon. p. 95.
col. 2, lin. 9.
Ac.

Et ponam in alia passione tibi exemplum: quod in meo
Tempore alibi accidit. Vnus quidam mihi notus clibanari-
us

Multum in radice molarium patiebatur: cui quæpiam
Indocila medica: cum multis herbis in uino feruido
Coctis aliquam euaporationem fecit, ponendo caput
Et faciem super os olle, circumquaq; cum linteamine
Cooperiendo, & in principio aliquod inuenit remedium
A medica. Sed dictam euaporationem continuans bonis
Clibanarius, tantum de materia ad collum & guttur sibi
Fluxit: quod est factus squinanticus, & mortuus est postea.
Pr. Hæc uerba Carmentam credo suo locutam esse olim
filio. (habuit

CO. At hoc faciendo, quod consuluerat mulier, e bene
Li. Pro tanto est peius: & exemplificabo tibi in casu quo-
piam:

Quem Collega meus accidiſſe ait ualenti cuiquam
Magistro in Medicina: qui aliquando habuit ex quodam
rheumate

Phil: p. ead:
col: 1, lin: 38.
Ga.

Inflationem circa auris radicem cum rubore, cum
Calore & cum tumore: cui tumori is motu proprio
Apponens cum modico aceto quassatum oleum rosaceum
Vnus suum Baccalarius dixit: Materia talis à

Tali

Tali loco non est reperienda: cui rursus ipse ait:
Hoc faciendo frequenter me bene habui. Quodam tem-
pore

Illud continuare uolens, materia est reperienda à loco
Extrinseco ad intra: & mortuus est squinaticus. Quia ac-
cidit

Resolutio, & pro tanto de materia ad subiectas fluit
Partes, quod interdum causat squinantiam. Pr. Pro lupa
piter; (fuit

Scutum propemodum perforatum est mihi: adeo ualidus

Hic impetus. Li. Ita sepe indoctæ deteriorant mulieres,

Non meliorant. CO. Nimum diu de passione disputas:

Moriatur patiens, antequam redeo domum. Li. Atq; an- Lil: p. 13. lin: 74
te omnia

Sciendum est ingenium diætandi. Dic ergo, quos cibos

Hæc mulier accipit. CO. Eos, quos habet. Li. An ual-
de nutritibiles,

Et digestiuos, an contrari? CO. Ego nescio, quoniam non
sum cocus.

Li. Certè hoc primum opus est, quod regimen accedat: & Lil: ibid: line
detur sibi 198c. & lin: 44

Cibus iuxta morborum particularium conuenientiam:

Uibrodium cicerum, brodium paruæ pulle. Nam ingros-
santia

Subtilibus competere contra maleficiatos arbitror.

PR. Et ego mihi elegantiam competere aduersus barba-
ros

Opinor. Li. Non subtilietur, neq; minoretur cibus.

Et quia adest stipicitas, clysterizetur, & cum electuarijs

Confortetur. Nam ualde sunt inuatiua, & habent ibi suam

Hec fortitudinem: & actualiter & uirtualiter inuant.

PR. *Vtinam electarium ē Donato nunc depromatur mihi.*

Nam barbaræ hæ uoces propemodum cor totum exenterant.

Li. Si fortē uenerit sincopis, ex tunc panis intinctus in aqua

Rosarum, aut uino, uel acetositate citri detur sibi.

Lil.p.15.li.10. PR. At mihi Syrupus ē Cicerone si detur, saluus siem.

Li. Aut etiam lardetur & assetur gallina; & patiens eam Odoret modicum post modicum. PR. At mihi flores ē Salustio

Promantur: & prius admoucantur malè pertusis naribus Quam animus me deficiat. Li. Si somni adsit nimietas & stupor,

Lil.p.184.lin.
10.

Pro tunc trahantur nares & pili: & digiti fortissima Ligatura duplicati, stringantur in extremitatibus, Sine omni misericordia: & fricentur cum sale, & sues Habeantur cum porcellis coram facie eius quotidie: Et cogantur clamare fortiter: & tubæ sonent ibi, & Campanæ magnæ, & Tympanum, & fera magna, quæ quotidie

Percutiantur cum martello, & uasa ætrea terribiles sonos edentia. PR. Proh Deum, quid opus est suis, quid fera aut tubis,

Ad excitandos somnolentos? Tua uox, sermo tuus, tua Oratio barbara & dura ueternum excutiat lethargico.

Lil.p.18.li.16. Nam tu mihi non uerba, sed lapides uideris proloqui.

Li. Sin autem uigiliæ adsint, pro tunc capiatur papaueris

Albi farinæ: & ouorum distemperetur cum albumine: Et applicetur temporibus. Nam cum narcoticitate sua

Domesti;

Domesicus est papauer, ut dicit Aulcenna, maximus
 Medicinae discussor, et ante alios autor practicabilis.
 Aut emplastretrur cum rubea trochiscata inter tempora.
 PR. At mihi Cataplasma detur e Terentio: aut Plinij o-
 leum
 Fronti illinatur, antequam me scetor hic prorsum enecet.
 Li. Caput purgio in hac aegritudine haud opus est: contra-
 situm
 Confert mundare linguam, et os cum cannula et manu-
 tergijs;
 Et abluatur cum melle et aceti pauco, et cum multa aqua:
 Infrigidetur etiam aer, et humectetur sibi cum aqua,
 Et aduertendum, quod frigida aqua potest mirabilissime
 Competere. His te basibus appodia Corydon. nam satis
 tibi
 iam fabulaui: modo tu etiam, quae dixi, satis intelligas.
 CO. Vix partem unam centesimam. Li. Quid ergo nar-
 rauit tibi?
 CO. Surdo narraſti fabulam. nam quomodo possum isthaec
 omnia
 Seruare solus? opus est mihi mille capitibus. Li. Scribam
 tibi
 Igitur appropriatas, purgatiuas, solutiuas bonas
 Aliquot receptas: et curam ordinabo secundum tempora:
 CO. At ego, neque legere literas, neque scribere possum.
 Li. Ergo tibi
 Pronunc, si his, puerum addam, qui potest. CO. Volo ma-
 xime. Li. Prius
 Pecuniam numera. CO. Quantum? Li. Pro inspectio-
 ne unum b. cum,
 pro consilio decem, pro scriptura totidem: pueri duos.

CO. Scribite igitur: ego pecuniam quæram interim. PR.

Proh Iupiter

Vt fœdè mihi contaminatus est Grammaticus hic liber?

Vt sordidatus, ut conspurcata omnia, ut nihil integrum,

Nihil purum remansit? en participia Nominalia,

Vt Grammatici uocant, quàm fœda & barbara, quàm lutulenta sunt?

En pungitiuus, en illud grauatiuus, squinanticus,

Iuuatiuus, timorofus, dolorofus, nutritibilis,

Extrinfeca, intrinfeca. tum substantiua hæc barbara,

Groſſiues, ſomnietas, nimuetas, ſtipſicitas, aquoſitas,

Recepta, brodium, martellum, ut ſpurca, ut modò nata uocabulas

En euulſum Pronomen tu tuus, & uos ueſter ſordidum.

En barbaricum ſuus, ut fœdis contaminatum ſecibus.

En ſibi quàm turpiter conſpurcatum. quid hæc uerba? ut foetent male:

Odoro, cauſo, fabulo, remedio, aſſello & embroco;

Emplaſtro, clyſterizo, conſorto, minoro, inſfrigido,

Subtilio, certloro. Ecce Aduerbia præpoſitionibus

Fœdata: prò tanto, intantum, protunc, extunc, pronunc;

Adextra, adintra, defacili, Actualiter, uirtualiter. (Item)

Vbi Pliniana & uſitata participia nunc uigent?

En uibicem Præpoſitioni Cum inſictam plus millic.

Li. Cape has ſchedulas, & porta ad Apotecarium: ſequere puer,

Et applica medicinalia. CO. Numerata eſt iam pecunia.

Li. Da mihi, & abi, & uide, quòd omnia rectè iam ſiant.

CO. Eo.

PR. Sed ne coniunctio quidè permansit, integrè. en Quod

ut

EA

Est sordidatum, ut malè pro particula Vt positum? & quæ,
per Deum

Immortalem, est orationis pars reliqua, quam barbarus
Istic non defœdauit? sola mihi nunc misero manet

Integra interiectio: qua uulnera lamentari queam.

Heu me miserum, in quos casus, quam sortem reſeruor ego
miser?

Ah, ah, hei mihi, uæ mihi: quid querar, aut quò fugiam,
proh dolor?

ACTVS SECVNDI SC. III.

Lilius, Priscianus, Philonius.

Eiusdem generis.



Vis clamor hîc est, qui planctus, quæ lamen-
tatio miserabilis?

PR. Ab his ne medicis implores opem fœ-
dis & barbaris,

Qui te ad scopulos è tranquillo inferant, &
uulnera innouent?

Li. Bone Deus. qualis hic uir est? PR. Dij deæq; peſsi-
mis

Exëplis illum perderint, qui me hodie indignis habuit mo-
dis,

Et librũ hunc conſpurcavit barbaricæ uocis sermonibus.

Li. Accedam. quid tibi est? quis fecit tibi? PR. Tu qui
me uerberas,

Et hunc librum meum fœdis sermonibus contaminas.

Li. egone. PR. Tute ergo. Li. Non est uerum. quia
te non antè tetigi.

Neq; te, neq; librum tuum uidi. PR. Hoc plus me feris,
quò minus uides

Li. Tu non es, sanus. PR. Fateor, & tua culpa potissimum,
Qui me innocentem & immerentem pulsasti durissimè:

Et uulnera dedisti innumera. Li. Vulnera? PR. Ne crudeli-
ssima.

Li. Ostende mihi. PR. Non ea uides, cæsim & punctim
mihi indita?

Li. Nulla uideo. PR. Adcon' cæcus es? Li. Sine, colle-
gam euocabo. age

Philoni, Domine Doctor exite. PR. Ecce autem iterum
me feris.

Li. Non est uerum. PH. Quis me uocat? Li. Hic ho-
mo se plagatum à me ait, (uulnera

Et ego nunquam illum tetigi : & dicit, quòd habet multa
Et ego nulla uideo. PH. Quid ais? PR. Ah obsecro ser-
opem mihi:

Et si medicus es, huic, quod patior ægerrimè, fac medici-
nam malo.

PH. Quid est tibi? PR. Animo meo malè est: toto cor-
pore sum saucius,

Et uulneratus undiq;. PH. Vulneratus? ubinam? PR.
Non uides?

PH. Non, per Iouem. PR. at ecce hoc atrox uulnus in
frontispicio SVVS

Pro eius, non conspicias? PH. Nihil. PR. Quid hoc?
SIBI, pro ei non uides?

PH. Nihil. PR. Quid tu uidens uerbo EXISTO fra-
ctum craneum?

Li. Nihil. PR. At hoc ulcus in humero QVOD pro uis
uidens Li. prorsum nihil.

PR. Sed hanc nibicem in capite CVM, præpositionem superfluam?

PH. Si dicendum hic sit, credo quòd patitur melancholiam hic homo.

Nam signa passionis huius habet multa. Li. Equidem: sed sine

Volumus uidere, an signa manifestò detecta sint. PH. Placet.

Li. An uniuersalia sint quædam, an particularia. PH. Perplacet.

Li. Audi tu: an nō uidetur tibi, quòd in somno uides nigros Lilip. 204
Monachos, & demones, aut fures suspensos, aut mortuos: lin: 25 &c.

Et cum hoc habes phantasmata diuersa & terribilia. PR. Non: sed hic

Videor mihi duos occurrere carnifices, qui me malè crucient. Li. Audis, quid dicit? PH. Habet melancholiam bona fide.

Li. An non uidetur tibi, quòd es Gallus, & ita moues brachia?

PR. Non hercle, sed tu mihi uidere esse Cuculus: qui malè Et ineptè multa garrias. Li. An non uideris tibi uitrum, Quòd frangereris si te tangerem? PR. Quid ultra frangeres:

Qui crura, qui pedes, qui brachia, qui manus mihi fregeris?

Li. Futuræ manie sunt hæc signa, cum aliquis imaginatur, aut

Cogitat ea, quæ non debet cogitare. PR. Vah, quid cogitem?

Quid imaginer: qui tot plagas, tot abs te accepi uulnera?

PH. Atrabilarius est: nam ego nulla uideo uulnera. PR. Non uides?

At ecce, quæ mihi inflixerit hic, antequam tu hûc acceſſe-
ris:

Pronunc, extunc, paſſio pro morbo: cura pro curatio:
Adextra, adintra, deſacili, locus extrinſecus, intrinſecus,
Squinaticus, timorofus, clyſteria, caputpurgia,
Squinantia, nihil conſpicias? non excuſſum mihi cere-
brum

Cum martello tuo? non cernis hanc uibicem turgidam
Inſictam hac præpoſitione CVM? quam occæcatus es?
En ſaniem uerborum è meis uulneribus proſluentium:
Appodiare, aſſelare, remediare, oppropriari: uiden?
Iſtud tuum prolongare, dictari. quid quæſo ſtupes?
En pectus mihi tranſoſſum uerbo cauſo pro cauſor? quid
fremis?

Lil. p. 204.
lin. 28. &c.

Li. Philom, iam ſigna manifeſta ſunt mihi, quando dici-
tur

Cum ore, quod in corde concepit: & ita loquitur, quod
inilio

Habet ſtoliditatem infantilem, & profert ita uerba ſa-
tua:

Quæ non habent caudam, neque caput: nec proſequitur
uerba: nec

Reddit rationem de eis, modò ſuperius aberrando, mo-
dò

Inferius: ſicut Cucubuth facit: quod uadit ſuper aquas
Fontium, & habet prælongas tibias: & quando ire inci-
pit

Aduerſus unam partem, antequam motus ſit perfectus, ſta-
tim

Incipit alterum: & ita de ſecundo, & ita de omnibus. PH.
Euge elegans

Similitudo

Similitudo, melior dari non possit: sed uide obsecro
 mi Domine Doctor, signa melancholiae se ostendunt pluri-
 ma:

Superflua cogitatio, & assiduatio solitudinis,
 Profundatio oculorum. Li. Et somnietas. Ph. Et tenebro-
 sitas

Cutis. Li. Ructuum acetositas. PH. Et uentris quoque
 aquositas.

Pr. Et sermonis uestri nimis illatina fatuitas. Li. Sine

Queso, curam aggredi uolumus. Nam Auicenna noster Gatinarias p.
2 lin. 1.

præcipit, Quod in ægitudine hac debemus præuenire ab initio.

Quia ægitudine confirmata est difficilis curæ. Ph. Modò

Iste melancholicus admittat curam. Li. Rogabimus. an
 cupis

Sanari? PR. Nihil est, quod malim. PH. Etiam purga-
 ri? Pr. Volo maxime.

Nam sanie concreta est facies, caput scædis uocabulis

Conspurcatum est. Ph. Videtur, quòd stomachus parti-
 cipat in mala Philon. p. 27
fac: 2 col. 1
lin. 43.

Malignitate: prouocetur cum uomitiuis (sicut est
 Ellebori uirtus) uomitus sibi. Pr. Nihil opus ellebore
 est mihi.

Nam quotiens barbaras tuas uoces deglutio, nausea
 Vomitus excitat. Li. Huic homini non satis in cura erunt
 duo iugera

Ellebore. PR. Tibi opus ellebore est, qui rectè sapientem
 uocas

Melancholicum. Li. Atqui talis es per Phœbum & Ae-
 sculapium.

PR. Ah me miserum, quò nunc me uertam, aut quem me-

dicum quæram? PH. Age Li. Quid est?

Ph. Cornemuse instrumentū percutiamus, ut fiat hilaris.

Li. Imò, prius erit phlebotomandus de mediana. Ph.

Ego arguo

Quòd non. Li. Quare? Ph. Quia uisus est maniacus, qui solummodo

Vana loquebatur, & flebotomatus per indoctum, statim

Insaniuit, & in tantum factus est rabiosus, quòd cum

Ligari oportuit: & noluit aliquid per os insumere,

Neq; cibale, neq; medicinale: & finaliter est mortuus.

Li. Num ergo diætandum erit prius? PH. Censeo. sed prius interroga,

Qualem habeat nunc diætam. Li. Quale bibis uinum: grossum an tenue?

Pr. Meram barbariem auribus imbibo. Li. Sine tanguam pulsum. Ph: Non erit

Conducibile, ut propè accedat. Aduerte ad casum, qui accidit

Matthæo Gradi, qui cum unum uisitaretr atrabilarium, Per Cameram deambulantem: & cum esset ipse in pontili, sibi

Ultrà Ticinū Exiuit obuiam: & ostendens eum amplecti, completus est:

non transibit iste Latinum, Et uoluit eum proijcere extra pontile, ut ait Gatinarias Medicus quondam probatissimus, Almanforis in Academia

Ticimensi nonum exponens, ueluti Tullij eloquentia.

Pr. Heu me miserum, quæ ista est uerborum crassities: quæ barbara

Vocum sartago. nam hi mihi non Latina, sed Osca proloqui

Videntur

Philon: p: 25
col: 2 lin: 23,

Gatinari: p: 20
col: 2 lin: 12
&c.

Videntur. Li. Ecce solus secum loquitur. PH. Quid si Phil.p.29.col.
sanguinem 3.lin.6.

Enare prouocemus cum setone: nam curabam ego
Vnum, qui continuo ridebat: & feci ipsum flebotomari:
Et post euenit sibi fluxus sanguinis: & è narib. quasi librā
Emisit unam: & gratia Dei benè curatus fuit.

PR. Malè percas cum flebotomia tua. PH. Et dicit Aui-
cenna, quòd

Bonum est, quòd semel in mense euacuentur cum hiera pi-
gra:

Et cum forti medicina. & semel in septimana cum leui.

Et in hoc concordant Auicenna, Serapio & Haly. Li.

Valet quidem

Medicina uestra, ubi melancholia est propter materiam
malam,

Ibid.lin.33.

Existentem in cerebro sed si quid prouenit totius à

Communitate corporis. PR. Mihi ceriè totum est sau-
cium.

PH. protunc stude in melancholicæ complexionis sedu-
la

Rectificatione & in euacuatione melancholice: oculum

Semper habendo ad cor & cerebrum, PR. Dij superi,
dij cælitè

Quid hoc mali est: haccine ego causa medicos fugi barba-
ros:

Ubi hîc essent, qui me in Academia regali occiderent?

An non hoc est Charybdi uitata Scyllam incidere? PH.

Grauem

Paroxysmum patitur. PR. ah me miserum, & quando
huius miserie

Gatinar.p.20.
col.2.lin:16.

Optatus finis occurreret. Li. philoni nouistis, quod hi

Melancholici secundum uarietatem fantasiarum opus
 Habent uaria medicorū industria in cura. Quandoq; enim
 Oportet uerberare eos, & eis minari. PR. Id iam antea
 Facitis. LI. Quandoq; eos applaudere & confirmare in
 super

Opiniones illorum: & ea dicere, quæ dicunt: uelut
 Magistro Marliano contigit: qui cum esset proxime
 Mediolani, quidam melancholicus ranas se habere in cor-
 pore

Existimabat, & medici aiebant non esse uerum. Ita
 Nondum ipse uoluit liberari neq; eis obedire uoluit.
 Vnde uocatus Marlianus, postquam interrogasset eum,
 quid

Haberet: respondit se habere ranas in suo corpore.
 Et ipse dixit, uerum dicis: & scio te in corpore
 Multas habere ranas, sed si obedies mihi, extraham
 Eas, & ille multum congaudens curare assenserat,
 Et Marlianus cum purgare eum intenderet, astantibus
 Præcepit: ut cum ostenderent egestiones, ponerent
 Ranas uiuas in uase, ut ipse uideret: & factum fuit:
 Et sic bono cum regimine liberatus est, censeo
 Idem pro nunc faciendum uobis: & ne falsa uerbera
 Imaginetur sibi, ueris de uerberandum eum ictibus.
 PR. Fugiam hinc, quantum possum, ne gemino uapulens
 modo.

Erit, ubi uos ulciscar: nam nunc huius illico ad loci
 Prætores & causidicos uos deferam: scribam uobis di-
 cam:

Capitis reos agam. PH. Non suadeo tibi, ut ad illos eas:
 Nisi uis, quod ibi flagelletur cum uerberibus culus tu-
 us:

Et mox

Et mox ponaris in fundo turris, cum pane et modica aqua:
 Donec ueniam ab insania tua petas. PR. Fugiam ocyus,
 Ne prorsum occidar. Nam in carnifices incidere præstat
 mihi

Quàm medicos istos, quouis a rabe barbariores barbaro.

PH. Vnde est melancholicus iste homo Lili? Li. Ego ne
 scio, bona fide,

Vnde est. nam prius cum nunquam uidi. PH. Sine ire,
 quò ei placet:

Inueniet curatorem. ego redibo intrò ad patientes meos.

Li. Quales habetis patientes pro nunc in cura? PH. V-
 num senem

Legistam, et unum phlegmaticum magistrum nostrum: si-
 militer

Vnum cornutum baccalaureum. Li. Sed qualem mor-
 bum habent?

PH. Legista habet capitis uertiginem: quam Scotomiam
 uocant:

Magister noster habet Lethargiam, ut uocas tu in Lilio.

Li. Rectè. dicitur enim à lethes, obliuio & targos. quod est

Morbus: sicut Scotomia à scotos, id est uidere dicitur,

Et mia, id est, musca: quia sit muscarum quedam uisio.

Verum habeo et ego pronunc patientes in cura. PH.

Quales? Li. Duos

Aegrotos aulicos. PH. Quam passionem habent? Li.

Quam? Colicam

Et Hydropisin: quos causauit morbos intemperantia.

Sed properandum est, priusquàm colicus ex punctura cla-
 mitet.

PH. Et mihi eundem, priusquàm Legistam uertigo cir-
 cùm agat.



VID tu Corydon habes agere in hac sylua
ubi nulla ligna sunt?

CO. Ah mi Domine Doctor, queso nihil
habeatis mihi pro malo:

Quòd in hanc syluam ad uos uenio. Ne.
Omnino nihil: dic mihi modò, quid cupis?

CO. Audiui, quòd magnam uos experientiam habetis in
locis

Sylueſtribus: unde fiendæ sunt sagittæ, duriq; baculi.

Ne. Quales sagittæ, aut quales baculi? CO. Pro bacu-
lando mulieres

Et Clericos, & plebanos. Ne. Quosnam? CO. Qui
Est

Vide Syluam
Nuptialem
Neuifani Lug-
duniedit. An
no 1556. pag.
59.lin:15. p:
173.l.1.
p.360.lin. 25.
P.56.lin 19.
p.28.lin:4.

Est passio, mors consolatio. Ne. quibus ais? CO. Qui p. 311 lin: 16.
 Stant multū in colloquio uxoris meae: etiamsi nihil habent
 Cum ea agere. Ne. Dic illos. CO. Est hic unus pleba-

nus, qui mihi,
 Adulterat uxorem. Ne. Quomodo uocatur? CO. Quod-
 libetarius

Nequam. Ne. Maritus non debet suspectiosus esse: ita p. 303 lin: 27.
 Vi sunt Itali, qui mulieres pro thesauris custodiunt. p: 302 lin: 30.

CO. Qui non uolunt esse in suspitione, hi non debent dare
 Occasionem ad suspicandum: sicut mea fecit modò.

Ne. Quid fecit? CO. Infirmam se finxit, & ego iui
 quanto citius

Ad unum medicum aromatarium siue herbolarium,
 et attuli sibi lotium: pro tunc uocauit Clericum

Ad se mea uxor: & ab eo deosculata est, & statim

Sanata. Ne. Ibi uide & cogita, si ita est, & quisnam ui-
 derit

CO. Ancilla quæ notificauit mihi. Ne. Or uide an illud
 fecerit

Dando benedictionem. nam potest præsumi Clericus,
 Quod faciat ex zelo pietatis, ut Alexander limitat.

CO. A tali caritate libera nos Domine. Ne. Cur? CO.
 Quia

ex hoc non præsumuntur dicere Pater. Ne. Est bene
 Verum, sed tales non præsumuntur plebani & Cle-
 rici

Tam incontinentes osculatores uestrarum mulierum.

CO. Deus meus hoc non est uerum, quia ipsi uxoribus ca- p. 69 lin: 24.
 rent:

Et sunt luxuriosi. Ne. Istuc dicit Papiensis Præsti-
 cus,

Alexand: 4 vo
 lum: conf: 117
 col: 3 ver: &
 propterea.

p. 7. lin: 16.

Qui more laicorum contra clericos passim inuehit:

p. 69. lin: 29.

Et facit unam artem de lasciuis obloquendi clericis,
Cuius dicta recitare pudet: licet per hoc tanquam merus
Relator reprehendi non possem. CO. Sunt alij etiam ui-
ri:

Qui longam linguam habent contra omnes Clericos. Ne.
Malè faciunt.

CO. Quare? Ne. Quia Dantes post mortem damnatus
fuit, quasi de heresi:

Quia sic teneret contra Ecclesiam: refert Bartholus. CO.
age

p: 71 lin: 30.

Cum pauci inueniantur sine uitio carnis, nonne melius
esset, quod nuberent, quam scandalizare de lasciuia?

NE. Benè fateor: sed quia cultrix iustitiæ ecclesia non po-
test.

Errare: Practicus melius fecisset defendere Papam
Ab his, qui dicunt cum facere hoc, ut impinguet suam curi-
am.

Vnde his attentis, fortè non inconueniens fuerit, ita
Dicere: quod lingua transiens super terram, non debet os
In cælum ponere: dicit Baldus. CO. Hoc est derisoriè
dictum. NE. Or aduerte, cum sunt scandalosi quidam

Clerici,

p: 281 lin: 1.

Si sit etiam iste Quodlibetarius: ne fiat clerico

Iniuria. CO. Si non meam uxorem adulterauit, certè eam

Cucurbitabit. Ne. Vnde hoc scis? CO. Quia mentio-
natus clericus

p: 59:

Sapè ante personaliter cum ea loqui repertus est.

Ne. Scis autem, quid sibi dixit? CO. ego possum ad mo-
tum labiorum eos

Intelligere. Ne. Extunc tu similis esse potes Doctori Nelo
De

De Gabrielibus, quem Bartholus refert & Baueria
Resumit. CO. Ita sum. Ne. Or iterum cogita, si uxor
tua est nocens.

CO. Ego non dubito de hoc. Ne. Atego. CO. Cur?
Ne. Quia rusticanæ simplices

sunt, & habitu incedunt uili, non ut madonna nobiles
Aut Cortisanæ Venetæ. CO. Nihil refert, nam Celestina
item

Cum mantello incedebat beguinarum & longa filzia
Pater nostrorum. Ne. Sed tua mihi uidetur esse antiquior.

CO. Quid tum? Ne. Quia antiquæ minus ad Venerem
ascenduntur foeminae. P. 309 lin. 15. P. 69 lin: 15.

CO. Vetulus corium multò maiori indiget adipe: & capra
iuuenis

Comedit sal, antiqua uorat sal & sacculum. Ne. At defor-
mis est.

CO. Quid tum? Ne. Quia macellariorum tabulis simi-
les sunt ita

Deformes, ut tua est: quæ nocte atq; die sine custodia

Et absq; ablationis ullius periculo in suis
Plateis remanent: dicit Bustus in suo Rosario.

Et Clerici quærent meliorem panem, quàm triticeus est.

CO. Etiam miles frequentius curtaldum equitat, quàm so-
nipedem.

Et noctu sunt omnes uaccæ nigrae. Ne. Or iterum aduer-
te Corydon.

Ne tu sis in culpa, quòd quærat alium. quia si mulieri

Satis non fit de uestibus & carnibus, cornibus ulciscitur,
Et adibit alium, qui format in una calida, ut aiunt, duos

Clauos. CO. Hæc uerba habent aliquã secretã intelligentiã.

Ne. Habent. nam aliquã excusantur, si exercent pe-
culum

P. 309 lin. 15.

P. 69 lin: 15.

p: 176, lin: 37.

Bust: in 1 part;

Ros: serm: 332

lit: o.

p: 295:

Suum. CO. Benè fateor. sed ego adimpleui omnia mihi
incumbentia,

p. 337 l. 9.

Et taliter, quòd nihil adscribi mihi potest, etsi uoluerit
Esse meretrix. Ne. Quid si ambo iurent per suam con-
scientiam?

p. 309 l. 18.

CO. A clericorum conscientia, à disputationibus
Medicorum, à cætera notariorum, à baudientibus
Duas missas omni manè, à iurante per fidem meam,
Per conscientiam meam, tu libera me Domine, Amen.
Ne. Est una pulcraprecula. CO. Sic oro ferè quotidie.
Ne. Mi Corydon, quæso te, uide, aduerte, atque cogita
amplius

p. 28 & 29.

Si sit melius tacere aliquo tempore, quàm sic famam tuam
In alterius manu ponere. Nam sæpè melius est, benè
Tractare talem uxorem, prout medici faciunt, quando
uident

Non posse curari sine magno personæ periculo.
Quia protunc curant sustentari naturam: ne latius
Procedat ægritudo: donec natura seipsam adiuuat.

CO. Quid uultin' quòd Parisius ducar ab uxore mea &
dultera

Per uicos super asinum retrogradus? Ne. Nequaquam:
sed censeo

p. 280. l. 10.

In istis delictis carnalibus esse agendum mitius.

p. 284. l. 38.

Quoniam mulier propter suam imbecillitatem facilliter
Potest corrumpi: & de facili per drogas hominis decipi.

CO. Aliam ego inueni medicinam. Nam ut primum ad
notitiam meam

Res deuenit, statim improperaui uxori: & baculaui in
super,

Sed uapulata ad sanguinem, inhil fateri ipsa uoluit.

Et dixi

Et dixi sibi: Si te magis cum eo uidero stare aut loqui,
Tum Diabolus te & clericum mecum permerdabit. Ne.

Nimis

In cogitanter. CO. Quare? Ne. Quia si uxor cognouit te de eo

Aduertere, peccabit licentiùs. CO. Reinebo illam domi.

Ne. Catenatam tenere uix poteris: nisi facias eam

P. 337. l. 16.

gestare ferreum braccherium, ut uidi fieri Venetijs.

CO. Ne sitis de hac re curiosus: sed consilium mihi date:

Quomodo nunc ulciscar plebanum. nam postquam mulier mea

Reportauit uerbera, pronunc nihil magis expeto, nihil

Opto ampliùs, nisi ulcisci nebulonem Quodlibetarium.

Ne. Hac igitur practica utere: coge tuam uxorem, unam horam dare

P. 56. lin. 18.

A dultero, quem habes suspectum, ut ueniat: & tu conuoca

Affines cū baculis pro eū baculando. Co. imò occidendo eū,

Nam consultiùs est occidere, quàm uerberare Clericum.

Ne. Hic ponā tibi aliquot aduertentias. Primum facias ei

Denuntiationem aut protestationem per aliquem

Nuntium: ut abstineat clericus ab uxore tua, & domo tua.]

Deinde facias scribi per unum publicum notarium

Denunciationem, & ab eodem in scriptis poni roges,

Et in fine facias tres testes subscribi: & denunciaret

Notarius loquendo: prout debemus stare in terminis.

CO. Ego sum laicus, qui nō potest statuere super his casibus.

Ne. Ecce hūc accedit cōmodè Barberius cū sua practica,

Et aureo uiatorio iuris, ubi libelli insunt quàm plurimi:

Hunc consulas: hic te iuuabit optimè. Co. Nisi me oculi

fallunt, ducit aliquem secum. Ne. Age paulum. hic cum

expectabimus.

ACTVS TERTIVS SCE. II.

Barberius, Priscianus, Niuifanus,
Corydon.

Eiusdem generis.

Lege passim
Bart. in via-
torio Iuris.



Icis mihi Onocone, quòd philonius atq; Li-
lius modò
In tantum uulnera tua nō sanauerunt, quòd
insuper
Te colaphizârunt. Pr. Admodum. Ba.
Et realibus ac uerbali-
bus Iniurijs affecerunt. Pr. Væ mihi. Ba. Tum pluribus in-
super
Percussionibus cum maxima cruenti sanguinis
Effusione percusserunt cum gladijs. Pr. Heu mihi. Ba.
Ita quòd mala
Et icus etiamnum sentis? Pr. Videlicet, cum te audio.
Nam ad quodlibet uerbum tuum mihi omnia propemodum
mala
RecreDESCunt subito. Ba. Et dixisti, quòd præsumis ma-
leuq; los
Percussores accusare apud hunc præsidem: quòd pro suis
Percussionibus nunc puniantur? Pr. Ah me miserum. Ba.
Et es
Acturus criminaliter? Pr. Imò lamentabiliter. Ba. Age
Libellum iniuriarum quem super hoc casu in scriptis tibi
Formaui, nunc legam. Pr. Obsecro te Barberi, ne mihi le-
gas. Ba. Quamobrem? Pr. Quia metuo ne me prorsum es-
neces. Ba. Quomodo? Pr. Quia Tu non

Tu non ita scripsisti, ut iussi. Ba. Imò iuxta Practicabilem &

modernum curiæ stylum: qui uult nos stare in terminis.

Pr. Omitte me. Ba. Quæso audias saltem. PR. Non audiam herculè. (perpeti

Nam malo ego ius meum amittere, quàm maiorem à te iniuriam. Ba. Quam obsecro iniuriam? Pr. Vah quid me interrogas? (Philonius

Quando tu non minùs indignè tractas, quàm medici Et Lilius. Ba. Nequaquam. Pr. At ecce iuices & uulnera, (non attingi.

Quæ tu mihi modò inflixisti. Ba. Hoc falsum est: quia te Pr. Fator, prout attingere me debuisses. Ba. Tu truffator es. (sanum obuiam.

Ne. Eamus obuiam. CO. Sequor. Ba. Sed ecce Neui- Apud hunc oportebit te dicere, si te uerberauerin.

Pr. Certè si uir bonus est, & ueritatis amans, testabitur Id. quod dico, esse uero uerius. Ba. Tute uidebis. PR. Vtinam.

Ba. Habet timoratam ille conscientiam; & ueritatem amat. Neuif. p. 561. lin. 20.

Nam conscientiam qui non habet, bonus haud dici potest: Prout nec ille frater, si quis habet Diabolum sub capa.

Ne. Benè ueniat, qui lux mundi cognominatus est: tuba Iuris Canonici, doctor super omnes consummatissimus Mandag. ch. 4 col. 1.

Et optimus Legista, cum aurea sua ista practica:

Cuius lecturam apostillant moderni. Ba. Benè sit etiam ei,

Qui mens est legum, & uas electionis, qui totidem citat

Autoritates doctorum, quot uerba ponit: & inter hos

Omnes glossatores obtinuit principatum. Ne. ô nobilis

Et uerè nobilis aduocate, cuius nobilitas bona

Circa caput est. nam aliorum declinat propemodum ad cau Neuif. p. 368.

Ille aiebat. Ba. Saluus sit Doctor, qui bona adducit loca.
Et experiētiā habet totius practicæ PR. Iam mihi caput,
Mihi os, mihi malæ trepidant. nam uideor mihi uidere auli-
cum

Qui pugnum sex librarum stringat, quem nunc illico mihi
In buccam impingat. Ne. Qualem habetis hic in comiti-
ua uirum?

Ba. Onoclonus uocatur, sicut mihi modò indicauit: &
Habet causam aduersus medicos: à quibus ait nō rectè, et ut
Natura morbi ac uulnerum requisit, sanatum: adhuc
Ab illis uerberatum iniuriōse & appensatè. Ne. Age,

Neu. p. 575. l. Dic hoc mihi primum, si causa hæc coram ordinario
37. Iam ad ius apunctuata sit, Ba. Nondum: sed nunc libellum
ci

Benè circumstantionatum, iuxta parlamenti stylum
Feci: & uolui ipsi legere: Sed non uult audire, dum lego.
Ne. Quare? PR. Quia uitiosè scriptus est. Ba. Rogo uos
Clarissime

Doctor Neu, ane inspicite saltem, si bonus tenor
Sit. nam debita peritia excusatur, deponens iuxta suum
Ingenium, informatum ex rebus aliquantulum apparentibus,
Cum discursu mentis. Ne. Igitur auscultate: ego legam.

PR. Væ mihi.

Ne. Coram uobis Clarissimo, magno & potenti uiro &
git, &

Vide Barb. in
viator. Iuris
tract de iudic.
p. 518 Edit Co
Ion. An. 1576.

Dicit, ponit & asserit: & citra onus quoduis superflue
neq; necessariae probationis, quatenus est opus,
Intendit iustificare Liliū & Philonium,
Duos medicos Onoclonus actor, quod prælibati rei
Prædictum Onoclonum, malè uerberatum ab asinis philo-
sophis,

et sauciatus non rectè curauerunt; & insuper
in publico loco apud Templum Sophiæ, præterito tertio
Die Ianuarij, in comitiis multorum hominum: ubi Ono-
stionus

pacificè se retinebat, nec cuiquam dabat iniuriam,
superuenerunt ambo præfati Rei, Philonius
Et Lilius: & prædictum actorem per rixosas plurimas,
iniuriasq; allocutiones uerbis pessimis
iniuriarunt in tantum: quòd & bonorum nominis,
et fame ipsius actoris, quædam denigratoria
Et infamatoria dixerunt. PR. Hominum fidem. quale hoc
chaos

Verborum? quod sermonis lenocinium? Ba. Quantam
mihi facis

Guerram? tace: aut os tibi claudam. Ne. Sinite me legere.

Ba. Pergite.
Ne. Neq; istis uerbalibus iniurijs tunc contenti Rei,
Etiam ad iniurias facti uenêre: & in ipsius Onostioni
Personam irruerunt: & prælibatum actorem cum pluri-
bus

Buffis percussere in faciem: & contusiones insuper
Dedere & alias iniurias permultas fecerunt sibi.
PR. Væ mihi. Ba. Tace. PR. Heu, heu, accipiunda est
& mustitanda iniuria.

Ne. Quas sanè omnes iniurias præfatus actor illicò
Et mox in contenti ad animum reuocauit: & iterum uo-
cat,

Nolens tales, & tam atroces iniurias, illatas sibi
Fuisse, pro summa mille librarum auri puri. PR. Væ ti-
bi,

Qui contumelias mihi illatas auro æstimas. Ba. Tace.

Ne. Quin imò malit tantum perdidisse, quàm has iniurias
Prædictas sustinuisse, uel passus fuisse. ad quam quidem
Taxationem dictas has iniurias existimat.

PR. Proh Iuppiter, qua fronte hæc ausus es inferere: de qui
bus

Ne somnians quidem unquam cogitavi. Ne. Si mihi oblo-
Sic uultis, desistam legere. Ba. Quin tu concludis os tuum.

Pr. Occluderem lubens, si aut uos muti aut ego surdus es-
sem. Ba. Age,

Tace. nam superiori præsentī taceat inferior: interim
Vos pergite. Ne. Quare ex his & alijs ex iure resulan-
tibus

Præfatus actor agit contra prælibatos duos reos:
Et petit ambos condemnari iuris uijs & remedijs:
Et aliàs sibi ius & iustitiam fieri uult: in omnibus
Vestrum benignum quod, quale & quantum officium uo-
bis decet,

Etiam loco actionis, si fuerit opus, implorando. Ba. Age,
Quid amplius requiritis in tenore huius libelli. Ne. Ego
nihil desidero: quoniam eleganter informatus est.

Neuisp. 47° Id: p. 459: PR. Imò futiliter, ineptè, barbarè. Ba. Quis hoc tibi di-
ceret?

Qui nihil unquam gustasti de brodio iuris. Ne. Fortas-
sis hic

Aliquantisper stetit in studio Iuris. Ba. Non per trengam
meam.

Sed unus asinus plumbeus est, differatus: qui curiam
Intelligit, in quantum mula. PR. ὁ δὲ σχετλιάζει πρὸς
αὐτὸν μὲν.

Bar. Hæc Græica sunt, non possunt legi. Ne. Or uide
mi Onoctione,

Ne quid temerè arguas: quia nos loquimur intelligentibus
Leges, non hominibus grossi capitis, qui non intelligunt
verbilia. Ba. Incapaces aures non capiunt, quæ de apici-
bus

luris sunt: quia de Speculatiuis & subtilibus asinus

Non gustat. PR. Ah me miserum, quàm malo fato in uos
incidi.

Neuif: p: 471
lin: II.

Ne. Quid uociferat? PR. Hei mihi, trucidor infelix. Ne
Quid brachia

iactat? Ba. Exemplum ualde conforme actis & gestis
senis

Ias: 141 Conf:
circa prim.
num: 7 vo-
lum: 4.

Huius truelliferi Iason ponit de eo, qui brachia

Hinc inde iactat: & facit clamores in uico, in domo

Et in plateis, & in ecclesia, & passim uadit ululans,

Et projicit lapides contra primum obuiantem, qui nihil

Elsecit PR. Proh Deum: quò aufugiam? Ba. Quò, ni-
si in unum patibulum?

PR. Ibi sum quidem, quando te audio loqui de iure & iu-
stitia,

Asinum de cithara: Itaque malo fugere, quàm ius adipisci
tuum.

Ne. Fortasse cogitat de compositione & concordia.

Neu: p: 563

Quia non necessitatur litigare: & ideo ius suum

Vult indiscussum dimittere, ne præsumatur tanquam homo

Calumniosus. Ba. Imò dicit, quòd ego non minus male

se tractarim, quàm medici. Ne. Or cogita, ne te accuset
itidem.

Ba. In quantum fatuus est, ad accusandū inadmissibilis est.

PR. Sed tu ad me uerberandum admissibilissimus. Ne. Si
ne ampliem:

Onoſtane, possumus ne reguliter negotium

Tuum transigere? PR. Etiam, secundum regulas artis
meae.

Ne. In propria causa nemo potest esse iudex. PR. Scilicet.

Ne. Facite compromissum. PR. Ab obsecro fac tu me
missum, quisquis es.

Ne. Istiuc facio. nam nihil habeo tecum agere. PR. Imò
plus quàm uolo.

Nam uerberando me nimium agis: uapulando ego nimium

Patior. Ba. Audis, quid dicit hic stultus? PR. prob fla-
gitia hominum,

Ecquid pudet uos saucium senem ferire fustibus?

Et uulnera infligere? Ne. Vulnera? PR. Videlicet. Ne.
Vbi ea sunt? mihi

Ostende. PR. En uibices, en plagas: en cruorem per ge-
nas

Manantem. Ne. Heus Corydon. CO. Quid uultis her
Doctor? Ne. Vidésne uulnera

Aut sanguinem è uulneribus profluentem in hac facie? Co.
nihil.

PR. Me miserum, quid rudis & illiteratus uideat Rusti-
cus:

Quandoquidem doctiores non animaduertunt mea uulne-
ra?

Ne. Quid opus est eruditione aut arte, in fluxu sanguinis
Aut uulneribus tuis cognoscendis? PR. Certè hic artis
opus est.

Nam uulnera mea non oculis, sed solerti mentis acie
Dignosci solummodo possunt. Ne. Hic homo deridenda
loquitur,

L. I. p. apud &
l. 4 ff. de ædi-
lit; edict;

More insanorum, ut ait legista. Ba. Certè aliqualis est
Presumptio, quòd homo est tali accidente percussus: quia
Si

Si quis derisoria uerba loquitur, fatuus præsumitur,
 Vt marginalis glossa notat. CO. At mihi uidetur quo-
 piam

Ead. leg. 4.

Alio accidente correptus. ne. Qualinam mi Corydon,
 cedò?

CO. De se auositate cerebri: & herbolarius in malo
 Cognoscendo errauit. ut in ægitudine uxoris meæ.

Neuif p. 512

Ne. Videtur, quod uerum est, loqui Corydon, nam nostro
 tempore

Mediolanensi tot medici errarunt, adhibendo remedia

Ad hydropis in unius mulieris, quæ tamen prægnans erat:

Et alibi cuidam principi, qui erat Spleneticus, prout

Compertum est ex inspectione cadaueris: & medici tamen

Credebant hydropicum: & Galenus ad iliacam de colica

Errauit. Ba. Idem in hoc accidisse Onociono iuraue-
 rim.

Ne. noui ego Doctorem nescientem ibi Latine loqui: &
 tamen

Plures & uarios curasse, à peritis medicis antea

Sacerdotibus in urbe derelictos. Pr. At qui à talibus

Latinitatis ignaris propemodum sum occisus hodie.

Ne. Et ipsi soli urinae plures portabantur, quàm tribus

Ex medicis doctis. quanquam ipse imperiti more in omni-
 bus

Morbis eandem purgationem indistinctè patientibus

Præberet. Ba. Audiui & ego quendam medicum aroma-
 tarium,

Qui dicebat, quòd ex urina olfaceret ægitudinem.

Ne. Olfaciant illi empirici secundum glossam in lege, quæ
 incipit

Agaso, ad ipsum uerbum olfecit, Digestis, si quadrupes

Fecisse pauperiem dicatur. Ba. Age quæso interroget
cum

Vestra Dominatio, si medici Lilius & Philonius
errarint in cognitione ægritudinis. Ne. Quid dicis? an
Dixerunt tibi qualem habeas passionem? pr. Diversissi-
mam

Ab ea, quam ego suffero. Ne. Qualia igitur dederunt
pharmaca:

Aut quam curam adhibuerunt? Pr. Nullam prorsus, quæ
esset idonea.

Ne. Frequenter ab herbolarijs ægri decipiuntur per dro-
gas,

Et medicamina uetera & sophistica uel misculata: ut refert
Angelus in lege Annonam, Codice de cognitionum ordine,

Et protunc, quæ per imperitiam medici commissa sunt

Et imputari possunt, ut legislator determinat:

Et communis ferme Doctorum opinio tenet, aliàs

Illicitas, pa- Casus humane fragilitatis imputari non solet

ragrapho po- Medico: ut glossa interlinearis appensatè annotat.

tentiores ff. Ba. Certè euidentialiter apparet, quod malè curatus est:

de off. præfi- Nam adhuc insanus est. Ne. Ego non insanum, sed fatue-
dis, um reor.

Nam consuetudinariè ponunt hanc differentiam:

Quòd fatuus est ut plurimum quieta cum dementia:

Furiosus autem cum impetu & rabie, prout doctrinaliter

Bald. in l. hu- Baldus loquitur. Pr. Ecquando uapulauit à uobis hic satis?

15. C. de Im. Ba. Quis plagat te? Pr. Barberius, Neuifanus & alij
pub. & al. glossarij.

subst. Ba. Caue, ne fortis imaginatio tandem faciat tibi

Casum. pr. Fugiam hinc, priusquam occidam, aut ani-
mam penitus agam:

Nam propior morti nunquam mea uita fuit. Ba. Heus tu, prius mihi

Exbursa debitum salarium pro curia stylo:

Aut faciam te arrestari nunc coram præsidente, & corpore.

Pr. At nihil habeo, quod dem. Ba. Quid ad me? Pr.

Sum Codro mendicior,

Ba. At debes. nam ego mihi propterea emi banchum notariae. Neuis. 173. lin: 32.

Ne. Hic est unus passus notabilis & lucratiuus hodie. Idem: p: 387.

Ba. Redde ocyus, quod debes, mihi. Ne. Facias eum promittere

Quod tibi dabit, cum habebit. Ba. Nolo eum quicquam promittere Iason: in leg. 1 in f. 1. col. ff. de offic. Pro- cons.

Sed exbursare. Ne. At est miserabilis: cui debes in foro

Petrocinari sine solario, ut dicit Iason. quia

Fatui, furiosi & maniaci sunt persone miserales.

Ba. Sed tamen illis fauere non debemus ita, quod cæteris

Iniustitiam faciamus. Ne. Est benè uerum. sed lex præcipit

Ut in dubijs, uiam hanc teneamus in reo miserabili.

Quoniam talem tuetur infelicitas fati: ut notat

Glossa. Ba. Oh, uos partialis estis. Ne. Minimè, sed tantummodò

Compassionem habeo cum eo. pr. Malè tenes cum tuis Neuis: p: 322. l. 25.

Compassionibus, & personis miserabilibus omnibus

Quisquis es, homo insanißime. Ba. Hem tibi personam miserabilem.

Ne. Maniacus est manifestò. Iam nō compatiore ei amplius.

Pr. Quouis cum alio sic compatere, dum modo me non de uerberes.

Ne. Incarceretur. nam hoc remedio furiosis ire obuiam l. Congruit: ff. de offi: præf.

Per Præsidentem expressus textus iubet. Pr. Obsecro dimitte:

Neq; prorsus occidite miserum. Ba. Aliud mihi consilium incidit.

Ne. Quodnam? Ba. Ducatur ad diuum hunc Anastasium: qui plurima

Miracula fecit in aliquot talibus hominibus maniacis. Per uirgatores & ribaldos, qui percutiunt hos maniacos Quotidie ab initio Miserere usq; ad Viulos. PR. Dimittite

Me obsecro. Ba. Guardiani, rapite hunc trufatorem ad Anastasium ocys,

Eumq; ligate duobus uinculis. Ne. Rectè: optime: quid Duo fortiora sunt uno, ut notatur in Authentica, itaq;

PR. Hei mihi quò rapior? quo trahor exanimis, inops, aeger, miser

Et saucius? Ba. Pergite, quid statis? Ne. Corydon, iuuua. Ba. Hunc uirum

In conspectu meo ferre haud possum. Ne. Neq; ego, perge Corydon.

CO. Non habeo iam ocium. Ne. Quare? CO. Quid meum quoq; negocium

Fiendum est, ut baculetur aut interficiatur clericus.

Ne. Iura hos prius. CO. Illorum sunt satis, & nunc abduxerunt eum.

Ba. Quale hic habet negocium? Ne. Graue. Ba. Est ne opulentus rusticus?

Ne. Excellenter. Ba. Dic mihi, mi rustice, quale est hoc negocium?

Ne. Ego dicam uobis: habet unam Mulierem ueteranam & malam

Quam duxit olim uiduam. Ba. Quid habet contra eam. Ne. Dicit, quod est

irebellis: & obloquitur: nec retinet linguam maledi-
cam,

Etiamsi uerba reportet. Ba. Si me habuisset consulere:
ego

Suasiffem ei unam pulchram Virginem. nam uiduæ istæ
suis

Mariellis de rebus obloquuntur, & impropere sibi

Primos maritos. Nam etsi primus unus fuerit Diabolus, Neuis: p. 46:

Tu unus sanctus, tamen obijciat tibi semper primi sui bo-
na

Tractamenta, Ne. Audiui & ego unum ex antiquis, quod
habuit duas;

Et quod, si tertio sibi nubendum foret, adhuc uirginem

Capere uellet. quoniam docere hanc mores posset facilius.

Nam tritam & ueteranam uxorem malè est reformare.

CO. At scias,

Quod domus est construenda de lapidibus, qui sese offe-
runt:

Et siendæ sagittæ ex eo nemore, quod habemus in manu.

Verum interim de clerico, quid agendum erit? Ba. Quo
clerico?

N. Habet suspectum Quodlibetarium de adulterio: dedi

Consilium, quod domi obseruet, & affines omnes conuo-
cet

Cum baculis pro baculando eum. Ba. Consilium hoc mi-
hi ualde placet.

Ne. Sed ipse non contentus baculis intendit eum occide-
re.

Ait enim melius esse occidere, quàm baculare clericum.

Ba. Non est mentitus Ne. Et propterea uiam iuris qua-
rit: & ego

Dixit sibi: quod per publicum notarium in scriptis ei
Faciatur denunciationem. Ba. Prudenter. Ne. nunc for-
mulam

In scriptis poni cupit. Ego unam monstravi in Sylua mea,
Quam describere iam non possum, quia properandum e-
rit mihi.

Ba. Quò properabis? Ne. Eundum ad choreas Ba.

Etiam in carnis priuio?

Ne. Cur non? Ba. Quia edictum est prohibitorium per
episcopum: (pore.

Per quod prohibentur laici & clerici chorifare hoc tem-
Ne. Licet hoc est terribile contrarium, quod doctorando
etiam

In examine riguroso pro puncto proponi potest:

Ego tamen dico secundum opinionem, cum reuerentia,
Quòd non licet tale edictum facere Episcopo irrationabile,
Tanquam non conueniens huic tempori uel consuetudini.

Ba. Quamobrem? Ne. Quia talis chorea fit ad exerciti-
um fidei

Distinct: 44 Et religionis, tempore imminentis quadragesimæ:

conui: cōia: & Prout latè in sanctis Decretis pontificum deciditur.

de conf: Dist: Ba. Non etiam potabitis apud Mulieres? Ne. Imò, quia
5 cap: non bonum (Ne. Amplia;

mediocriter. Vinum letificat cor hominis, ut ait glossa. Ba. Ita certe.

Quod uasa euacuanda, antequam necessaria sint ad aliud

Vinum ponendum, ut eadem glossa monet. CO. Hæ glos-
se mihi magis

Placent, quam clericorum prædicationes quindecim.

Ba. Benè fateor: uinum non est effundendum per corbem,
ait (domum

Eadem glossa: sed hoc tempore tamen melius est ire in
Luctus,

Luctus, quàm conuiuij. Ne. Verum dicis: sed properan-
dum est mihi ocyus:

Nam fistulator utricularius iam facit unum eorum.

Bar. At ego tecum ibo Corydon in domum tuam. CO.

Quid statuitis

Idic agere? Bar. Ibi libellum protestationis tibi dabo

Aduersus Clericum: & simul obseruabo, si iterum ueniat,
ut

Possim contestari. CO. Benè. nam nimis illum cupio oc-
cidere:

Et scio, quod hodie adhuc ad minimum semel est uenturus
mihi,

ACTVS QVARTI. SCE. I.

Quotlibetarius, Breuiarius.

Septenarij Trochaici.



Lege Felicem
Malleolū de
plebanis & re
ligiosis medi-
cantibus.



Ora teriliarum est: sacrista in campanili su-
pra
Templum S. Anastasij campanauit: nunc
hūc eo,

Vt confessiones audiā isto Quadragesimæ

Tempore: & parrochianis pro ueteri more prædicem:

Nam huius ordinationis usus & obseruantia

Regulariter & religiosè patenter omnibus

Temporibus, benigniter & pacificè continuata fuit:

Nisi quod religiosi quidam cappati, fallaciter,

Sumentes scapulare, curatos Ecclesiasticos,

In collatione prædicationis impediunt:

Et longæ consuetudinis ritum ordinarium,

Venerabiliter introductum, obediunt maligniter.

Qualis est Breuiarius hic, qui per dies propè singulos,

Hora teriliarum occurrit ad istum pœnitentiæ

Foram. Et ecce uideo pronunc ipsum ante Templi hoc
ostium.

Br. Benedictus dominus, quid hoc? quod nemo hodie in
Templum uenit

Confitēs mihi, aut Anastasio? Qu. Vocc altifona altoquor:

Proficiat uenerabilem patrem, dominum Breuiarium:

Proficiat. Br. Beneueneritis: Qu. Deo gratia, quid sta-
tis hīc?

Br. Imò quid uos hūc nenitis? Qu. Hæc mea est Ecclesia

Parrochialis: hīc iam prædicabo parrochialibus

Subditis meis ad horam tertiarum. Br. Largiter

Prædicas alijs diebus, & plus, quàm possunt pati,

Si benignitatis gratia tibi faueret: nos quidem

Per nouitatum talium inusitatam disuetudinem

Non perturbares: nec nostra quies pro cupiditatibus

Clerici

Clerici inquietaretur. *Qu.* Qui sic? *Br.* Quia uos clericis
 Curati, si ipsimet nolletis, uos non compelleret
 Superioris ulla auctoritas, & uos defenderet
 Disuetudinis hodie immunitas, & actus raritas.
 Quia constat, quàm hæc hora penitus tibi discernitur,
 predicanti extraordinaria, sed tu cum tuatibus
 Et tuis sodalibus patenter lucraris tibi:
 Quia quod nobis aufertur, de illo tu percipis, & tui.
 Et igitur non possumus uos ferre in hoc. *Qu.* Ah mi bo-
 ne

Frater, ne insultes mihi tubaliter: Nam clerici
 Seculares iure hoc faciunt, quia oues pascuæ suæ
 Debent pascere, ex suæ fidelitatis uinculo,
 Consolationis, & compassionis optimo
 Usq; potentatu. Et igitur tibi antrosum respondeo,
 Per distinctionem: quod duplex est officium meum:
 Vnum proprium, alterum tecum commune & qualiter
 Curatus sacramenta dabit parrochiano subdito:
 Quem non nouit dispositum, tam præcipue in mortalibus?
Br. *Psy.* *Qu.* Salus. *Br.* Deo gratia. *Qu.* Quod si
 cupiditatem arguis:

Ex proprio ore iudicabo te. nam cupiditas tua
 Tanta est, ut maior non possit esse. *Br.* Quomodo? *Qu.*

Quia
 Vos fratres parum oratis, multum potatis, plurimum
 Scortatis: non faciet in longum bonum. *Br.* Hæc ad me
 nihil.
 Nam ego sum religiosus regularis in habitu, pro ut uides,
 Male cappatus & scapulariatus: nihil habeo, nisi
 Hanc cappam unicam, quam continuè duco. *Qu.* Quid
 audio?

Verba cuius-
 dam Monachæ
 Esslingensis
 in Sueuia ad
 suos conuer-
 tuales.
 Fortalice. Fi-
 dei.

Vos fratres nihil estis habentes, sed tamen omnia
 Possidentes quia contrarium patet ipsa in Practica.
 Felix Maleol. An tibi per Spiritus sancti pinguedinem tuus
 Venter impinguatus, incrassatus, dilatatus est?
 Br. Ne proijcias sermones meos retrorsum Clerice.
 Nam quod sum dilatatus, dat mihi Deus, & ego usq; nunc
 Atq; in perpetuum pronuntiabo sua mirabilia.
 Qu. Scriptum est in sudore uultus tui uesceris pane tuo.
 Br. Et tibi dictum est: labores manuum tuarum domi
 Manducabis, & bene tibi erit, Qu. Parrochianis hoc meis
 Atq; hominibus Laicis dictum est: at ego sum Clericus
 Secularis, & beneficiatus: & habeo meam
 Præbendam bonam pro inofficiatione Ecclesie.
 Br. Allegare inconueniens non est soluere. Verumtamen
 Si dicendum est hic, quod ipsa postulat necessitas,
 Non est differentia magna inter me & te, nisi quod mihi
 Saccus apporriatur in domum: tu uerò cursitas
 Cum sacco per ciuitatem. Qu. An etiam saccus ducitur
 Ad te, qui tecum cubet? Br. nolite iudicare me,
 Et non iudicabimini. Qu. Tantummodò te interrogo.
 Verum idem tibi accidit, quod cuidam Moniali proba.
 Nam quedam Monialis præteriens domum cuiuspiam
 Burgenfis, qui habuit unam Monedulam in cauea sua
 Ante fenestras, quæ communiter Mulierem quamlibet
 Præterientem ibidem acclamauit meretricem: & ipsa tunc
 Sursum aspexit, & inquit: quis Diabolorum tibi
 Secretum meum reuelauit? Br. Trabem gestas, mi Clerice,
 In oculis, & uis educere festucam meam. Qu. quamobrem?
 Br. Quia tu concubinari es, & conquinatus (ut
 Idem de An- Te Vincentius ordinis Sancti Dominici in Gallia
 no Iubilæo. Predicator arguit specialiter) procedis ad

Aram Domini conficiendo corpus Christi, uas habens
 Omnis iniquitatis. Qu. Non est contra naturæ modum
 Concubinam habere: quando etiam ancillam hero licet
 Cognoscere carnaliter. Facit hoc exemplum de Abraham,
 Qui ad petitionem Saræ cognouit Agar. Br. Optime.
 Qu. Quin & Episcopus hoc permittit. nam si dederō E-
 piscopo

Annuatim centum oues, tum concubinam mihi sinit.

Br. Quid? oues annuatim das, an oua Episcopo tuo?

Qu. Inter ues & ua non est ita magna differentia.

Br. Certe auaritia tua uix oues dabit. Nam hæc propria
 Est uobis plebanis in quarto modo. Qu. Dic parcius.

Br. Vberioris informationis causa largius.

nam meum & tuum fecit hodie Euangelicum clericum.

Qu. Omnia in nostrum rostrum, per Christum Dominum
 nostrum: & hoc

nunc olim fecit statum Monasticum. Br. Audi me am-
 pliùs.

F. Mallecolus.

Nonne tibi datur pecunia in Sacramento annuæ

Pœnitentiæ aut confessionis, itemq; in ultima

Unctione. Qu. Cur non detur? Br. Nonne pro lachri-
 mabili

Vigiliarum septimarum, item tricesimarum, item

Missarum celebratione gaudes tot specialibus

præbendis & donis: nec te aliter excusas clerice,

Nisi in antiquæ consuetudinis conseruamento, habens

Uas iniquitatis? Qu. sum contentus his solutionibus:

Et habeo uestre reuerentiæ pro honore gratias.

Br. Et igitur, domine plebane, uolo te scire, quod hoc die

Hec potestas confitentem audire, competit mihi

In solidum: & cum frater impleuit cum persona sua:

Idem.

Non potest curatus super eodem aliquid cum eadem. *Qu.*
 At hoc

Soluitur secundum eum, ubi duo dati essent, cum fuit
 Ecclesia fundata ab initio. Sed unde nam licet tibi
 Confientes quoscunq; recipere, prout libet tibi?

Br. Est concessio gratiosa priuilegiariter
 Data, per bullas pontificum, atq; indulta aliquot specialia.

Qu. Curatus datus est ab antiquo, sicut habens liberam
 Hanc potestatem: sed tu frater modò aduenis mihi:

Qui dari præsumeris, non ut potestas clerici

Curati auferatur, sed iuuetur. Vnde ius uetus,

Et commune fortius pro curato est, iure eiusmodi

Priuilegiato. Nam Papa non auferit mihi clerico

Seculari, ius meum, prout prædictum est. Br. Scilicet.

Qu. Et igitur iure communi nos prædicabimus.

Br. Non notabiliter perpendis, sed superficialiter

Tangis. Nam habeo ego alia multa, multum etiam subtilia

Argumenta, pro & contra: cum copiosis admodum

Allegationibus pronunc breuitatis gratia

Posterganda. Qu. Sum contentus de præseni hoc mo-
 do:

Quousq; fuero per peritiores de his syncerius

Informatus. Br. Per meam treugam, altricationibus

Nunquam ad simplicitatem ueritatis peruenies. Qu. Ita
 est.

Br. Quia adiuuente inaudite nouitatis curialitas

Generat ruzaniam discordie. Qu. Hanc horam in tua

Gratiam intermittam, atq; aliò pronunc diuertar. Br.

Mane.

ACTVS

ACTVS III. SCE. II.

81

Priscianus, Breuiarius.

Quotlibetarius.

Octonarij lambici.



VO me rapitis miserum? quò trahitis? Br.

peregrinatores eunt

Hûc & ducunt ligatum. Qu. Vbi nam?

Br. Hic in occurſu noſtro. uides?

Qu. Video. PR. Dimittite me obſecro,

& ad heros redite ſeruuli.

Qu. Ligatus eſt cum uinculis. Br. Erit maniacus, qui ſacro

Anaſtaſio curandus committetur. Qu. Eamus obuiam.

PR. O populares ferte mihi opem miſero atq; inopi. BR. Conſiſtite,

ſtate parum: uolo querere aliqua ex ipſo. PR. Ah queſo te, libera

Me ab his hominibus. Br. Dic mihi prius, qui uir es. PR. Ego ſum miſer.

Br. Quod tibi nomen. PR. Onoſtonus. Br. Es ne imbitarius, an polyparius,

An curriſex, an ſuniſex, an abigeus, agellarius,

Lucarius, Marſcacus, an coriger, an ſcutellarius?

PR. Nihil horum ſum: neq; tales audiui unquam nominarier.

Br. An uerò balmus, an ſcultetus, an ſcabinus quiſpiam?

PR. Hei mihi. Br. Num ſecularis es an ne regularis. PR. Hei mihi.

Ex Malleolo
& alijs petita
nomina horû
artiſicum. Vi
de Mall. de ne
goc. Monach.

Br. Quomodo tibi est? PR. Ah pessime: uae mihi. BR.
Habe quæso cor bonum.

PR. nemini ego credo plura acerba unquam esse oblata
quàm mihi.

Br. Quis te ligari sic iussit? PR. Duo rabulæ glossarij,
Barberius & Neuisanus. BR. Quamobrem? PR. Quia
me saucium

Et uulneratum dixeram. BR. Quid tum? PR. Nam ubi
nulla uulnera

Apparuerunt, insani me dixerunt: & suis
Mandarunt seruulis, ut pro insano in locum hunc prodirent:

Et Diuo Anastasio sanandum traderent. BR. In quantum
ego

Aduerto, non rectè illi de tuis uulneribus sentiunt.

PR. Minimè. nam mea sunt occulta, & latent hinc intus uulnera.

Br. Ego melius uideo quàm Iuristæ. PR. Quomodo?
Br. Theologicis

Oculis. Nam uideo, quòd anxius es in tot peccatis tuis,
Et uermis conscientie te tribulat. QU. Et ego uideo idem.

PR. Ah ah Phalaridis æneo tauro inclusus mihi uideo:
Illa torqueor, ita maceror: cum tua uerba & uocem hanc
audio.

BR. Compunctiones cordis sunt, quæ uehementer te angustiant,

Et si mihi confiteri uis, absoluam te. PR. Ex his uinculis?

BR. Non ex his tantum, sed te eripiam ex alijs etiam angustijs.

PR. Oh gestio. sed quid uis confitear tibi? BR. primum
hoc mihi
Dices

i. BR. Dices: an habēas seriam contritionem? *Pr.* Imō, mihi
oblata attrita sunt omnia membra, attritæ omnes ossium mihi
starij, medullæ: cor mihi contritum & iecur. *Br.* Non malè di-
Quia cis: quia
n ubi cor contritum & humiliatum non despiciet Deus. *PR.*
 Ita ego quidem
perro. *BR.* Age igitur, peccata tua mihi confitere, aut cle-
 rico.

nam si cupis exbanniri à Sathana & uinculis, ante omnia
oportet te peccata confiteri nobis singula.

Qu. Omnino oportet & totaliter: atque hoc si tu feceris,
protunc ego te oleo ungam, & te communicabo protinus,
et providebo te uiatico, & dabo Eucharistiam,
ut proficiat animæ tuæ in uitam æternam. *PR.* Quinam
 obsecro

Vos estis barbari? *BR.* Qui? duo Theologi sumus: ego
 Monachus
Breuiarius dictus. *Qu.* Et ego sum sacerdos Quotlibe-
 tarius.

Pr. Me miserum, haccine de causa in hunc productus sum
 locum,
ut etiam à Theologis prius discrucier, quàm mortem op-
petam?

Nonne satius erat in manibus Philonij aut Barberij
perire, quàm plagas in ipsis extremis sic perpeti?
Hei mihi, nam quid sum, nisi uerbera statua, aut stimulorū
seges?

Qu. Vlulatu angoris penitus angustatus est. *Br.* Age
Ego confessor tuus ero. *Pr.* Confitere ergo scelera tua.

Br. Non ego tibi, sed tu mihi confiteri debes. *Pr.* Atta-
 men

Modò aiebas, quod confessor tute esse uelles. Br. Tu malè
Intelligis uocabulum. Pr. Imò tu nihil prorsus intelligis.
Br. Certè confessor est idem, qui pœnitentiarius.
PR. Vterq; barbarus. Br. Domine Quotlibetarie, rogā
te uos

Eum, & iubete confiteri uobis. Qu. Age dicas mihi,
An etiam audis Missas? PR. Fac tu me obsecro missam
Clerice.

Verba Bona. Quo. Grossum hoc peccatum existit: quod animam ad
uenturæ,
peccata inhabilitat:

Voluntatem deordinat: & à sanitate quod magis
elongat. Pr. Certè à me quàm longissimè abest sanitas.
Qu. Nunquam edisti carnes in quadragesima? PR. Imò
ne quidem

Intra annum quadragesimum. BR. probus hic uir est. dic
unum mihi

Pater noster, quatuor Aue Maria, & tres Credo : & sta-
tim

Te absoluiam. PR. Væ scapulis, uæ lumbis, uæ tergo &
cordi meo.

Qu. Velletis uos illi imponere tam facilem pœnitentiam?

Br. Idem fecit sanctiss: Dominus noster. Qu. Quis? Br.
Pontifex.

Narratio peti-
ta ex Fortali-
tio Fidei. Qu. quomodo? Br. Mulier quædam remotis partibus
egressa ad Papam

Venit, qui asinabat per Romam: puerulum in brachijs hæ-
bens,

Et uoce magna incepit ter clamare, Pater sancte, ô pater
Sancte miserere peccatrici, & da pœnitentiam
Mihi grandem: quia puerulum, quem hic porto, habeo à fi-
lio meo.

Et pro-

et protunc Papa coram omnibus absoluit eam, & imposu-
 it sibi
 Hanc pœnitentiam, quod ieiunaret sextas ferias
 Per annum in pane & aqua. Qu. Non grossa pœniten-
 tia hæc fuit.
 Pr. Lapides loquuntur hi homines, quibus excutiunt mihi
 cerebrum.
 Br. Recedens tum mulier, secumq; reuoluens grauitatem
 rei,
 Et prauitatem pœnitentiæ putauit quod Papa
 Non recte intellexisset eam: & in crastinum acceßit iterũ:
 Et Papæ confessa est sicut prius: & Papa imposuit sibi
 Hanc pœnitentiam, quod ter diceret Pater noster. Qu.
 Nimis
 Leuis hæc & scandulosa pœnitentia fuit. Pr. Hei,
 Hei mihi. Br. Recedens mulier, & reuoluens pœniten-
 tiam,
 Iteratò ad papam uenit: & confessa est publicè, ut prius.
 Extunc Papa absoluit: & imposuit quod diceret unum pa-
 ter
 Noster. Qu. quamobrem hoc fecit? Br. quia cum pòst
 rogaretur Papa,
 Quare ita modicā sibi pœnitentiā imponeret: extunc ait,
 Plus ascendit dolor & uerecundia, quàm passa est publicè
 In confitendo peccatum suum, quàm si omnibus suæ
 Vitæ diebus ieiunasset in aqua & pane. ha psy. Qu. Salus.
 Br. Tu quoq; dic unum mihi tantum Pater Noster: & ego
 iam uolo
 Contentus esse, sicut olim papa contentus fuit.
 Pr. Ah me miserum. Br. quomodo tibi est? dic ærumnas
 tuas: quia

Similitudo
 sumpta ex F.
 Mallecolo.

Bonus confessor facit, ut medicus ad infirmum lethaliter,
 Quia medicus non superficialiter de uirga iudicat:
 Sed dicit: faciamus ita omnes cautelas diligentia:
 Et tangit pulsus: & plus perficit. & perpendit sanguinis
 Corruptionem: & sententialiter ab infirmo discutit
 Omnem distemperationem totius ægri corporis:
 Sic confitens fidelis ad sacerdotem ait, ostende mihi
 Quantas iniquitates habeo: & tunc confessor suum
 Ad confitentem dicat: in quantum in te est, fac quantocumque
 Confessionem profundissimam. Qu. dictum notabile est.
 Br. Contritionem habeas amarissimam. Qu. Et hoc ra-
 tionabile est.

Br. Iniunctionem poenitentiae imple sincerissimam.
 Qu. Hoc correlarium est. Br. Compensabis cuiuslibet
 insuper

Offensionem: & indulgentiarum inquires omnium
 Similiter dispensationem. Qu. Hic punctus radicalis est.
 Pr. Mihi uero cordis radices rumpuntur. Br. Vitam
 ergo Deus

Adhuc sanaret animam tuam, ut purgatorij amarissimam
 Poenam euadas. Pr. Ah cur non morior, qui in poenam
 uiuo mihi.

Holcot, in le. Br. Confide in Domino: Dominus petra mea & robur
 ctione prima. meum, canit

Psalmista: quibus uerbis dicuntur quatuor, primo quidem
 Quod Deus est munimentum Maiestatis. Qu. Et hoc
 notabile est.

Br. Secundo fundamentum firmitatis. Qu. Et hoc nota-
 bile est.

Br. Et tertio complementum potestatis. Qu. Notabile est.
 Br. Tandem emolumentum proprietatis. Qu. Et hoc
 notabilissimum est. pr.

Pr. Disrumpor. Br. primum magnificat, secundum ratificat,

Tertium fortificat, quartum dignificat. Pr. Iugulor, perimor, necor.

Qu. Recommitte Beata te uirgini, quatenus ea ab hoc malo

Teliberare dignetur. Pr. Ab hac ærumna nemo, nisi

Bonus Grammaticus mcecripiet. Qu. Diabolus tribulat hunc uirum.

BR. Videamus quid respondet, an uitam æternam expetis? Pr. Vtiq;

Br. Oportebit te igitur abrenunciare Sathanae & omnibus pompis suis. Pr. Male pereas cum pompis omnibus tuis,

Et abrenunciatione tua Sathanica. Br. Quid tu ais?

Pr. Dico tibi ut male pereas. Qu. Demonium manifeste hic habet.

Br. An non uis abrenunciare Sathanae? Pr. Male pereas. Qu. Homo

Ab immundo tribulatur Spiritu. Br. Ita certe: exorcisacum.

Qu. Aquam benedictam non habeo. Br. Signa te cum signo crucis.

Qu. Age signabo me ter, age nunc, ueni exterius male Spirite.

Pr. Ah ah trucidor. Br. Audis quid dicit malus iste Spiritus?

Qu. Exorciso te spirite immunde. Pr. Hei mihi. BR. Perge ocyus.

Qu. Exorciso te per Deum uerum. Pr. Hei misero mihi, Qu. per Deum

Vide Canon. *Vium. Pr. Heu, heu. Qu. per Deum sanctum. Pr.*
Retulerunt di Ah ah nunc uita eripitur mihi.

st/inct 4. de Qu. Aduh te exorciso in nomine Patria. Pr. Perij.
consecrat, Qu. Et filia.

Pr. Interij. Qu. Et Spiritua sancta. Pr. Occidi. BR.
Diabolus iam exijt,

Sacriste portate illum in templū intus, & finite iacere ibi.
Donec recipiat rursus animam. Qu. Modò non sit plane
mortuus,

Bebelius in
 facetijs.

Quod nolim. Br. Cur? Qu. quia neq; celatus est, neq;
chrismatus, neq;

Vinctus. BR. Redibit, ut spero, ad se. Qu. Ego interim
ibo aliam uiam.

BR. quonam ibis Domine Quolibetarie? Qu. In huius
uicini domum.

BR. quid habetis illic agere? Qu. Visitatione egrotum. Br.
Pergite.

Benè proficiat. Qu. proficiat & uenerabilem Patrem.
BR. Ego interim

Pro misero isto homine, donec ad se redeat, collectā legam.

ACTVS IIII. SCE. III.

Breuiarius.

Senarij Iambici.

Ex breuiario
 Romano; An
 no 1569. Ant.
 uerpiæ edito.



Remus. presta quesumus Omnipotens
 Deus.

Vt familia tua per salutis commodam
 Viam incedat; & hortamenta beati tui
 Præcursoris sequendo ad eum, quem iugiter
 Prædixit

Prædixit, secunda ueniat per propitium
 Dominum nostrum: qui uiuit & regnat Deus
 In secula seculorum, Amen. Procedimus
 In pace, in nomine Domini iugiter. Amen.
 Comitetur Angelus nobiscum in hac uia:
 Ut cum pace, salute atq; gaudio bono
 Reuertamur, nunc ad propria. Kyrieleyson.

ACTVS IIII. SCE. IIII.

Barberius, Corydon, Quotlibetarius.
 Octonarij Iambici.



IC Clericus plebanus, qui modò in hanc Vide Barb. pa
 subintrauit domum, te 3. Rub: 2.
 Sollicitat huius rustici mulierem ad matri-
 monium
 Infringendum, ut corrumpat extra ordina-
 riè. Et quia

Suspectum habuit de adulterio Corydon, dedi tabulam sibi
 Denunciationis. nunc deprehensum in domo sua

Luxuriantem istum clericum cum baculis tractare incipit.

Oritur clamor. Qu. Sinite me ire. CO. Hem cape tibi.
 Hem tibi. Qu. Dimittite.

CO. Baculate illum serui, baculate. Qu. Væ mihi. CO.
 in totum occidite.

Qu. Væ mihi. CO. Baculate magis atq; magis. Qu. Væ
 mihi. CO. In totum occidite.

Qu. Acusabo te apud meum episcopum: quod baculis me
 uerberas,

Personam ecclesiasticam. CO. Merito te baculaui tuo.

Qu. Quid feci? CO. Quid rogas? qui luxuriose uiuis publice

In scandalum parrochianorum Ecclesie tue. Qu. Proba.

CO. Domine Barberi, ubi estis uos? Ba. Adsum CO.

Plebanus iste Clericus

Vult quod probetur sibi, quod uiuit luxuriose in scandalum Ecclesie notorium. legite libellum ei modò (Domini

Quem scripsistis: tu nebulo ausculta nunc. Ba. In nomine

Neuil, p. 59. Amen. Anno millesimo atq; quingentesimo

Et decimo septimo, indictione quinta, septimo die

Februarij. Ego Corydon in his meis scriptis denuncio

Et protestor tibi Quotlibetario sacellano meo;

Sicut habeo te suspectum de adulterio cum muliere

Mea. Et quia planè nihil habes cum ea agere, me inuito: ab
stine

In posterum, ne secum conuenias, neue loquaris cum ea.

Quòd si fueris ausus tentare: denuntio, contestor &

Protestor in his scriptis, quod cōtra te utar remedio & uia

Et executione mihi concessis à iure. Et ut huic

Denunciationi adhibeas maiorem fidem: hanc ego

Denunciationem & protestationem in his scriptis ita

Poni rogauì, & per testes infra scriptos fideliter

Subsignari. CO. Nunc antequā abeas, uerberator amplius.

Ba. ne puniatur ultra corporaliter. CO. Quomodo igitur?

Ba. Pecunialiter. Qu. Nihil ad me isthæc denunciatio.

Ba. Si incorrigibilis efficieris propter scandalū notorium,

Quod ex tua fornicatione causatur notoria:

Aut degradaberis ab episcopo, aut occideris à meo

Cliente. nunc elige quod uis. Qu. Neutrum uolo. CO.

bacculate eum.

(uillici

Qu. Sinite me. Ba. nisi pecuniam dabis, quam petimus,

Huius

Huius te occident. Qu. Quid petitis? CO. Ego peto
pro lasciuia

Tua & suspicionem meam centum florenos. Ba. Atque ego
viginti pro libello, quem scripsi. Qu. Nimum est. Ba.
At nisi tu dabis.

Continuo apud tuum te episcopum accusabo. Qu. Sumite
Dimidiam partem: & omnem rem tenete cum silentio.

Ba. Promittis te daturum. Qu. promitto. Ba. Et ho-
die. Qu. Ita, sequimini

Modò. Ba. Veni mecum Corydon: subsequamur Cleri-
cum. CO. Sequor.

Tu Alexi una mecum ueni, uos pueri estè interim domi.

ACTVS QVINTVS: SCÈN. I.

ERASMVS, PHILIPPVS.

Senarij Iambici.





IN tu? PH. Sic est. ER. Priscianum tam
malè

Tractatum à philosophastris? Ph. Admo-
dum malè,

Vt quem Thomas & Scotus & Iauellus
&

Similes quidam Scriptorculi insulsissimi,
Alapis & colaphis penè dederunt ad necem.

ER. Etiam malè curatum à Medicis? PH. Ah pessimè.

Quoniam à Philonio & medicorum Lilio,
Propemodum enecus, occisus, peremptus est.

ER. Tum indignè defensum à nostris glossarijs?

Ph. Certè indignissimè. Nam Barberius inops
Latinitatis, & Neuisanus ludibrio

Habitu constrinxere. ER. Etiam iniquè à Theologis
Elusum? Ph. Iniquissimè. ER. Et adhuc in uinculis

Pro insano distineri. Ph. Sic Erasme. ER. Agn

Philippe, suppetias feramus huic uiro:

Et quantum in nobis est, idemamus uincula.

Ph. In me nihil est moræ, quanquam mihi timeo

Aliquantulum. ER. Quamobrem? Ph. Quia non est
ita

Tutum aliquid machinari contra Theologos,

Iurisperitos, & Medicos: qui plurimum

Hodie in aulis Magnatum possunt. ER. Possient

Sanè: an tu propterea amicum, in extremis malis

Et uitæ discrimine uersantem desereres?

Ph. Non deseram, si opem ferre liceat mihi.

ER. Imò licet, modò libeat. Ph. Libet quidem:

Sed metuo, ut possim: ER. Quare non possis? Ph.

quia

Iuris periti

Iuris periti & Theologi hodie prævalent
 Ludimagistris: & pluri fit unus hoc
 Tempore rudis medicus, quam Grammatici decem.
 ER. Nihil interest. nam sic de Doctoribus
 Omnes indocti iudicant quorum ego mihi
 Favorem omnem uno non redimam teruncio
 PH. At barbariæ accusare tam doctos viros:
 Visibi videntur: fuerit quasi piaculum.
 Tum præserim, si quis redarguere uelit
 Theologos, aut Latinitatem carpere.
 ER. Quamobrem obsecro sic metuis fœdos Theologos?
 PH. Quia priuilegium à summo Pontifice habent.
 ER. Quod illud? PH. Quòd, licet per ignorantiam
 Grammaticæ artis aliquid uitiosum proferant:
 Non ideo despiciendi sint à cæteris
 Scholasticis: quia morum uitia clerico
 Magis, quàm orationis præcauenda sint.
 Et alio Canone, Romanus ait Pontifex:
 Monendi sedulo sunt & Scholastici:
 Ut Christiana humilitate induti viros
 Non contemnant: quos uitia morum propè magis
 Quam uerborum deuitantes cognouerint.
 Nam sic non riserint, si quos antistites
 Ecclesiæ aut ministros audiant Deum
 Cum barbarissimis & solæcismis suis
 Orare: uel uerba eadem, quæ pronunciant,
 Minus intelligere, aut etiam malè distinguere.
 ER. Nihil hoc te priuilegium perterreat,
 Nam commune id habent cum asinis indoctissimis
 Indocti antistites. PH. Certè quid Pontifex
 Zacharias cuidam Episcopo olim scripserit,

Distinctionis quartæ uerba nos docent
De consecrationibus, Canone sacro
Retulerunt. Quare Theologos offendere,
Graue est: cum præsertim Priscianus uapulans
Adhuc in illorum potestate sit. ER. Age,
Quia facinus magnum & memorabile, non fit sine
periculo, relinque Theologos mihi,
Docendos Tullianis elegantias.

Tu philosophos primùm aggredere: quiq; Logicas
Artes & disciplinas tractant barbarè.

• Horum ex manibus nunc Priscianum uindica.

Ph. Ita faciam: & nunc iam mecum habeo tres libros
De dicendi artibus, quas pueris tradidi.

ER. Et ego librum de scribendis Epistolis:

Et de Verborum & Rerum Copijs: item
Ecclesiastem, & similes libros bonos.

Pergamus modò ad illum locum: ubi miser & inops
Animi compedibus uinctus etiam nunc iacet.

Ph. Nisi me fallunt oculi, locum illum conspicior:

Qui mihi monstratus est. ER. Properemus ocyus:

Ph. Ego Filium Dei, λόγον αἰδίου πατρὸς,
ἐνέτην καὶ μεσίτην generis humani inuoco:

Et toto pectore ac uotis ardentibus

Precor, ut dei prosperos successus, protegat

Scholas: quæ sunt hodie sedes discentium:

Pariterq; docentium: colligat Ecclesiam

In genere humano: & artes conseruet bonas:

In quibus famam de se sparsit, ut inquit Plato:

ACTVS

ACTVS V. SCE. II.

Priscianus, Erasmus, Philippus.

Oſtonarij.



Me infelicem hominem: cui melius fuerat
nunquam nascier.

Quàm tot misérias, tot mala, tot in uita æru-
mnas perpeti.

Nam quid mihi uita prodest, ubi sic uiuen-
dum, ut penè omnibus

Momentis supremum diem optes, optatum non impetres?

ER. Clamorem audio philippe. PH. Vocem hominis
& ego auribus

Mihi percepisse uideor. PR. Nam modò intus iacui in-
ops, miser,

Desertus, exanimis: neq; hominum quisquam est, qui me
uinculis

His eximat: aut ægrum restituat, aut à morbo liberet.

ER. Quis isthic est philippe? PH. Vbi nam? ER. Qui
illic in atrio ambulat.

PH. Ipsus erit, nisi me omnes sensus fallunt. nam adhuc con-
strictus est.

PR. Sed eccos obuios mihi alios homines. ER. Misera
huic est uiro

Facies. PH. Quid mirum, si miserrimus sit qui tot accipit
Colaphos, tot alapas quolibet die patitur? Nam quot putas

Illū quotidie accipere uulnera ab indoctis Typographis?
Quot à Statuarijs? quot ab amanuensibus & Pictoribus?

ER. Innumerabilia profectò, ut mirer qui possit perpeti.

PH. Ita ut uides. nam caput ei uerberibus totum tuber est.

Pr. Ah quinam isti tam lepido uultu homines? Specie tam amabili?

Reuiscere mihi uideor, cum illos intueor. nam ceteri, Quos aspexi hodie, ex antro prodijisse uidebantur mihi Trophonio. ER. Atq; culpa hæc est ludimagistrorum, qui suos

Meliora non docent discipulos. Ph. Consentio. ER. Nam pro bona

Grammatica Prisciani, mala Alexandri pueris traditur.

Ph. Ita fit: nam & hodie cum ego mea Grammatica Prisciano opem

Ferre aggredior, eandem aliqui mihi referunt nunc gratiam:

Quam Prisciano Alexander retulit. Pr. Ah quales nam viros

Istos credam? Ph. nam quid ludimagistros dicam aliquos nouitios?

Qui præcepta cumulant Grammaticæ Græcæ atq; Latine, & libros

Meos è puerorum excutiunt manibus, & substituiunt Suos: ut melius scilicet uideantur sapere, quam ego sapi.

ER. Idem mihi accidit. Sed committenda res hæc est Deo:

Qui ingratos cuculos & plagiarios iratus pumiet.

PR. Ibo obuiam. Ph. Ad nos accedit. ER. eam uos itidem illi obuiam.

PR. Saluete amabiles uiri. Ph. Salue Reuerende mihi senex.

ER. Salue Grammaticæ. Pr. Habeo gratiam. Sed unde tu, mi homo,

Menosti Grammaticum? Er. Quia tibi perforatum est
pallium,

Fenestrata toga, & uentis peruia, subucula perflabilis,
et profectio uetustior quam sunt lenæ pellenicæ:

Caligæ depiles, attriti sunt calcei: tum macra tibi
Facies, genæ suppallidæ, os liuens, & ceruix debilis.

Pr. Facile est miserum irridere. Er. Pol ego isthuc
haud facio, senex:

Sed ex animo condoleo, cupioq; afferre remedium tibi.

Ph. Et ego consimiliter. Pr. Non me luditis? Ph. Ego
ne te rideam?

Te ludam; intermori me malim letho pessimo: cedo

Manus tuas. Pr. Quid cum ijs ages? Ph. Demam has
manicas tibi ocyus.

Nam Priscianum liberum esse oportet, non his uinculis

Ligatum. Pr. Obsecro dic mihi nomen tuum. Ph. Di-
cam ædepol:

Ego sum Philippus ille Melanthon: & hic est ille maximus

Brasmus Roterodamus. Pr. Ah tu sustine me, sustine.

Nam præ letitia concido. Er. Philippe Grammaticam
tuam

Illius naribus admoue; ut animales redeant spiritus.

Ph. Ita faciam. Pr. Proh Iuppiter quam iucundus nidor
meas

Nares ferit? Er. Hæ uerborum & rerum copię, ut pla-
cent tibi?

Pr. Eugè optime. nam uitam creptam à Breuiario red-
dunt mihi.

Ph. Hæc Rhetorica quomodo te reficit? Pr. Optime.

Ph. Certè calor

Antiquus ille redit in faciem. uin etiam aliquid cibi?

Pr. Volo maxime: nam uestras elegantias & Tullij
Phrasin diu nunc esurio sed uereor ut nausea mei
Stomachi cibos abmittat. Er. Quamobrem? Pr. *Quia*
tantam deglutij

Barbaricem, ut nisi prius euacuetur, omnes ego fastidiam
Cibos: nam intentionibus & uijs lauellicis,
Prognosticationibus atque clarificationibus
Philonicis, ampliationibus insulsissimis
Neuizani, & tribulationibus Breuiarij, meus
Ventriculus ita distentus est, ut nisi purgantibus
Medicamentis per aluum deiciantur, saluus esse non
Possim. Er. Si morem uis gerere, hoc stabulum Augie
expurgabimus.

Pr. Agite ut uobis lubet. Nam me dicto audientem habebitis.

Er. Dic tu prior Philippe, quod remedium nunc tibi aptius

Videtur ad educendas Philosophastri istius nenas?

Ph. Dic tu prior Erasme. Er. Alternis agemus: Deus alternat.

Ph. Igitur contra Iauelli intentiones & Thomæ uias,
Recipe Ioannis Cæsarei Dialecticorum tractatus decem,
Rodolphi Agricolæ de Dialecticis inuentionibus
Libros duos; Dialecticæ nostræ uolumina quatuor:
Quinq; Peripateticorum Cœsalpini Aretini libros:
Iacobi Schecij Demonstrationum libros quindecim,
Et Cōmentarios in Organon, & in Physicam atq; ethicam
Aristotelis propè uniuersam: tum eiusdem Compendia,
E manibus puerorum excussa ingrati discipuli audacia.
His addantur, si placuerit, nostri libelli physiologi
Et ethici. Præterea admisce, grati saccari loco,

Colloquia Erasmi, & Chiliades, & quicquid ille unquam
edidit:

Camerarij item de exercitatione Rethorica librum

Vnum: partitiones Sturmij: Rethorica Valerij

et Rami concoquantur in aqua fontana Terentij:

Et colentur per Liuium. Colaturæ addantur Cato,

Cicero & Seneca: fiat haustus. an speras te sic saluum fore?

Pr. Confido maximè. Sed quomodo per aluum egerā rudes

Prognosticationes & clarificationes Liliij:

PH. Tu dic Erasme. ER. Perge tu Philippe, quoniam te

audiam

Libentius. PH. Igitur cura instituaturs ad Methodum &

modum

Fernelij: adhibeatur uenæ sectio per Vesallium.

Pr. Nimium exuccus sum, ferre uix potero. PH. Igitur

caput

Purgetur per pilulas Brasauolæ. PR. Istiuc placet. PH.

Quod reliquum erit

In intestinis, ex herbario Mathioli & Fuchsij

Curetur: herbæ utriusq; per Gesneri & Langij epistolas,

Opera Cratonis colentur: colaturæ addas Plinium,

Collumellam, Celsum, Varronem, Mercurialē, Ruellium,

et Thomæ Erasmi disputationes ad Paracelsicos.

Pr. Eugē lepide Melanthon, ut mihi grata & suauia me-

dicamina

Commonstras. PH. Modò tu maturè adhibeas: saluum te

feceris.

PR. Adhibebo iam nunc illicò, si modò prius ex sermonib.

Tuis cognoscā, quo remedio dein utendum sit mihi

Aduersus ampliaciones Neuisani rudissimas:

et contra Practicam Barberij plumbeam, non auream.

PH. Hoc melius dicet Erasmus. pr. Dic obsecro, mi E^r
rasme. nam lien

Adhuc torquetur mihi tot uanis limitationibus.

Er. Igitur aduersus ampliaciones Neuifani, & nigras
Barberij rubricas, & glossas Accursij ineptissimas,
Siue ordinariæ sint, siue interlineares, ut uocant,
Seu marginales: contra has omnes recipe Vlrici Zasij
Censuram in quosdam barberos Iurisconsultos & rudes:
Qui proprietatem negligentes sermonis, spectare se
Dicunt rem ipsam: ecquid hoc iuuat remedium? PR. Sanè
plurimum.

Er. Recipe Tiraquelli & Alciati operum manipulos quin-
decim.

PH. Probè. Er. Observationem Cuiatij & Hotomanni
manipulos

Totidem: paratitlorum Vesebeccij libros tersissimos:
Gulielmi Budæi annotationum in Pandectas, item
Antonij cuiusdam Augustini emendationum, ad hæc
Methodorum Gribaldi, Lagæi, & uariorum Reuardi, item
Diatribarum Eleni libros quoscunq; Molinæi Analyticos
Tractatus omnes: tum Ferrerij Montani regulas
Iuris: librorum Viglij Zuichemi, Corasij, Oldendorpij,
Duareni, Conani, quotquot reperiri poterunt Ph. Optimè.
ER. Item institutionū Balduini, Hoperi, Lignij, (decim.
Mynsingeri, Vigelij. Ph. & Klingij. Er. Manipulos quin-
Redigantur in olea: addatur ceræ e Pandectis & sacro
Codice, quod satis est, fiat unguentum lienare. an putas
Dolorem desituru esse? Pr. Imò maximè: dum modo rudis
Breuiarij & Quotlibetarij barbaries, mala non innoet.
PH. Contra hanc antidotum tibi dabo, quo nullum erit pre-

sentius.

pr.

R. Quodnam? Ph. Recipe operum Augustini, Hieronymi, Ambrosij libros

Omnes: Hilarij & Bernhardi omnes: & mureo Lactantij Lacte aliquantū dilue, permisce & tempera. Er. Lectissimè.

Ph. Locos item communes nostros. Er. & meum consimiliter

Ecclesiasten, & paraphrasin Euangeliorum omnium.

Ph. Rectè, præterea Cyprianum, Tertullianum, Gelasium. Redige in subtiles pulueres. Er. Sed non in Scoliasticos tamen.

Ph. De his manè & uespèri, ante & post cibum sumito quantum lubet. (qui asperos

Er. Certè hoc Antidotum etiam contra Serpentis anti-Morsus & ictus proderit, & aduersus pestilentiam

Eiusq; cathedram: & uiscerum dolores mitigabit. Pr. ah Philippe. Ph. quid est? Pr. Urget me extrema quæpiam necessitas.

Ph. Qualis? Pr. Nam quia tot præbuisitis purgantia me dicamina, (mihi

Subitò nunc uim exercere suam incipiunt. Quare locum Commonstres, in quo uentrem exonerem: si tibi non graue fuerit.

Ph. Sequere hûc: est quædam publica cloaca hîc, Illyricum nominant,

Olim Pilatus dicta, in hanc te abducam illicet.

Erasme tu interim hîc operire me: reuertar ocyus.

ACTVS V. SCEN. IIII.

Erasmus, Corydon.

Iambici Senarij.



Bij uterq; prob Deum & hominum fide-
dem,

Quantum interest, mature an agas rem
quamlibet,

An uero cunctanter. Nam paululum modo

Cessassemus: iam de uiro optimo actum erat.

CO. Vidisti Alexi, quomodo plebanus habeat

Multam pecuniam: & tamen nihil pro ea

Facit: nihil operatur. Et uidisti item,

Quod scriba hic Barberius, pro paruula scheda

Decem florenos accepit: & hic Lilius

Pro una recepta argentum accepit maximum.

ER. Quis illic est, qui huc accedit homo Rusticus?

CO. Quia igitur nunc habeo pecuniam, uolo

Te ducere in scholam: ut stes aliquo tempore

In studio: & hos nummos dabo, quod discas mihi

Legere & scribere, & huiusmodi pecuniam

Mihi lucrificare: sequere me. ER. Ibo obuiam & alio-
quar.

CO. Vide, quod hero tuo obedias, & te bene
Geras, & sumas urbanum uultum tibi.

ER. Salue mi Rustice. CO. Detrahe pileum tuum
Tu nequam. Gnad Her. ER. Vnde aut quò tendis uiam?

CO. Quero hic uirum qui pueros docet. ER. Hic pluri-
mi

Sunt tales. CO. Nomen eius dictum est, sed mihi
Non incidit. ER. Quod est principium nomini?

CO. Ille ille uocatus est, ille ille uocatus est:

Modò uersabatur in labris primoribus,

Chididascus. ER. Neminem ego noui huius nominis.

CO. Chididascus. ER. Neq; talem noui aut uidi uspiam.
CO.

CO. Chidimascus. ER. Nihil agis. CO. Neq; curo per
Deum,

Satis est quod ego modò meum nomen scio.

ER. Fortassis est Didascalus. CO. Ipse est Hercule.

Deus illum perdat. ER. Quid cum illo negocij est?

CO. puerum hunc afferò mecum in scholam. ER. Quid
aget ibi?

CO. Si uultis auscultare mihi, dicam. ER. Prius

Nomen uolo scire tuum. CO. Est longum admodum.

ER. Fac breuius. CO. Non possum: sed tentabo tamen.

Sum Thyrsidameta corydonis Corydon. ER. Age,

Nunc dic. CO. Postquam uideo quòd ij qui scribere

et legere possunt, bene uiuunt, sine manuum

Laboribus: & quod nos agricolæ in imbribus

et uentis operari nunc soli cogimur:

Coepi in animo meo, sic mihi proponere:

Quòd filium hunc uolo posthac in studio alere,

per annum unum aut duos: si fiat forsitan

Plebanus, aut scriba, aut Doctor. ER. Nullam prius

Scholam frequentauit? CO. Nullam: sed habet caput,

Caput inquam: non credis ER. Imò uideo caput

Prægrande & brassicatum, ut sic appellitem:

Sed ingenum non uideo. CO. Tentetis igitur.

Nam benè cantare potest formasam a maryllida:

Et uulgo dicunt, quòd auis è cantu noscitur.

ER. O Corydon, eruditio non ita facile

Acquiritur ut tu censes. Nam quinq; aut tribus

Annis uix addiscet, quod tu illum mensibus

Duobus apprehensurum speras. CO. Fimo

Onerare carrum, stabula purgare pecudum,

et stercorare agros intra annum didicerat.

Er. Non eadem caloni apta sunt, quæ Musico:
Alij mores requiruntur in his artibus.

Atq; en, ut hiat ore tuus iste filius.

CO. Iam nunc contemplari & spensitare incipit.

Er. Quot annorum est? CO. Viginti quatuor: ut nullo

Sua mater indicat. Er. Non sunt alij tibi

Nati? CO. Imò: sed hic est omnium pulcherrimus.

Er. Ridiculus es. CO. Quare? Er. Quia non interro
go

De specie, sed de ætate. CO. Cur? Er. Quoniam hic

Consenuit. CO. Atqui nunc est robustissimus:

Et ad labores tolerandos aptissimus.

Er. Labores Rusticos: sed caloni tuo

Sambucam non facile adaptaueris. CO. Quid hoc

Est dicere? Er. Filium tuum esse asinum ad lyram.

CO. Non intelligo. Er. Si consilium uis, dabo. CO. Volo.

Er. Quia rusticam artem iam didicit, exerceat:

Et sorte sua, perinde ut tu pater, siet

Contentus. CO. An non speratis cum literas

Doceri posse? Er. Asinus citius tangere fides,

Camelus saltare addiscet. CO. Veni igitur hinc

Mecum. hodie duo arabis iugera. Er. Ita censeo.

Sed Priscianus ut citò expurgatus est.

ACTVS V. SCEN. IIII.

Priscianus, Philippus, Erasinus.

Octonarij Iambici.

AH



H mi Philippe, nunquam in mea uita caca-
ui largius.

Nam quicquid in me sordium fuit, id omne
in foedum tuum

illyricum egeffi. Ph. Mihi certè mi Prisci-
ane, uisus es

Omnia tua intestina effudisse: ut hereticus ille Arrius.

Er. Quomodo iam nunc habes mi Prisciane? Pr. Benè.

Nam fecibus

per aluum deiectis, nihil mali sentio. Er. Hem optimè.

Nam ego istas tibi purgationes sic euenisse admodum

letor, mi Prisciane. Ph. Erasme dici certè non potest:

Quot ille sordidos, quot putidos libros egefferit.

Er. Dic obsecro. Ph. Primò omnium, lauellum cum o-
mnibus suis

Intentionibus & uijs excreuit: inde omnes libros

Parrisorum Sorbonistarum: tum Mamotrectum & uetus

Catholicon, Huguiton, Grammaticam Alexandri, Gem-
mas item

Gemmarum, ex quo. Er. Quid postea? Ph. Clarificati-
ones Lilijs,

Cum toto Auicenna & Haly & Rasi, tot barbaris scripto-
ribus.

ER. Nullas dominationes, nullas deiecit reuerentias?

Humanitates, Magnificentias? Ph. Imò turpissimas.

Nam gratiarum hanc actionem antistitis, seu clerici, ut uo-
cant,

Habitam in cœtu Monachorum totam egeffit. Er. Recita

mibi obsecro. Ph. Quod

Reuerentie atq; dignitates uestre hodierno prandio

Adesse, & reuerenda ac dignissima sua præsentia id

Ornare haud sunt grauata: pro hoc beneficio reuerentia
 Et dignitatibus uestris. hi Quotlibetarij noui
 Cum toto Quotlibetariorum coetu gratias agunt,
 Quantas animis concipere possum maximas. ER. *Hæc*
ultima

Vsuperauit. Ph. Apparet: sed ausculta. Reuerentiam
 Et dignitates uestras ualde orantes, ut reuerentia
 Et dignitates uestre, tenue hoc prandium, pro temporum
 Horum conditione tenuiter instructum: æqui & boni
 Velint consulere. ER. Et hanc suam latinitatem ex usu
 habet.

Ph. Passim bona se malis admiscent. ER. perge. PH.
 Quia reuerentia

et dignitates uestre tractatæ sunt adeò tenuiter:
 iuxta ignorantiam nostram. ER. Eugè. PH. Quod re-
 liquum est, reuerentiæ

Vide Pogg. in
 facetijs.

et dignitatibus uestris totum collegium, & hi noui
 Quotlibetarij, operam suam omnem uestris dignitatibus
 Humanitatibusq; quàm promptiss: sic deferunt:
 Reuerentijs & dignitatibus uestris sese interim
 Commendantes. ER. philippe, quis Gnatho, aut Colax,
 aut Gelasinus

Eras: de con-
 scrib. Epist: p.

Vsque adeò fuit unquam impudens: aut in tantum esuriit,
 hæc

35:

Verba suo regi in os ausus sit dicere? PH. Haud quis-
 quam arbitror,

Neq; ego me his similia unquam legere memini. ER.
 qui plagas pati

possunt: qui iure perfundi, qui offe peti, qui commigier
 Se sustinent: tamen hoc non sustinent: ut sic à cæteris
 Saluentur, quemadmodum nos Christiani etiam uiris

Grauibus

Grauibus adulamur. Ph. Vera profectò memoras. Er.

Quando aut ubi

Licentiosus ille parasitorum effictor, Comicus,
Talem ausus est in fabula inducere? Ph. Nusquam inuenies
huic (nam amplius:

Consimilem puto. Er. Nusquam per Iouem. Sed quid-
egessit sordium? Ph. Neuisanum cum ampliacionibus.
Et Barberium cum rubricis suis, & Petrum Ferrerium,
Et spurcum Lancelottum. præterea tot glossas rancidas,
Tot feuda intra atque extra curtem Domini: tot Feuda

Guardie

Castaldie, Ligia, illigia: tot consilia, tot barbaras
Decisiones: ut dies ad enumerandum non fiet (Deum
Satis. Nam ultra triginta sedes habuit. Er. Proh summum
Quid narras? PH. Theologos uerò excreuit plures fœ-
disimos, (Brèuiarium,

Bricot, Holcot, Mephret, Gritsch, Biel: Hortulum animæ,
Confessionale & præcordiale Sacerdotum, qui habent
Deuotè celebrare: quadragesimale nouū: Lumen animæ:
Fortalitium fidei: & quis posset hæc percensere omnia?
Er. Miror profectò quomodo tam largam euacuationem
homo (est.

Potuerit sustinere. PH. Penè animi deliquium expertus
Itaque corroborantibus nunc medicamentis indiget.

Pr. Certè post tam largam purgationem uires corporis
Instaurari opus est: ut cibos ingestos possim firmiter
Retinere & digerere. Er. Philippe, quod factu optimum
essencenseo: (bi floribus

Ducamus hominem in pharmacopolium aliquod: atque i-
poetarum corroboremus. Ph. Sic equidem iam censeo.
ER. Nam melle condita iuuant plurimum. PH. Sed quod
potissimum

pharmacopolium intrabimus? ER. Frobenij. PH. non
abnuo:

Sed tamē etiā Egenolphus habet in suo Myrothecio bonas
Confectiones plurimas. ER. Etiam illic promemus aliqua
Electaria. PH. Nec non Oporinus, Voegelius, Ribelius,
Et imprimis Henricus Stephanus habet conseruas optimas
Longolios & Bembos in literis humanioribus,
Item Scaligeros, Sadoletos, Muretos, Lambinos: item
Manulios. ER. & Stephanos. PH. & Camerarios. ER.
& Linacros. (cina Fuchsius,

PH. Micyllos & Cordos. ER. & Moros. PH. In medi-
Fernelios, Valleriolas, Andernacos, Cornarios.

ER. In iure Grempios, Ramos, Menochios. PH. ijs
Centē uentriculi, iccoris, cordis, reliquorumq; uiscerum
Vires corroborabis optimē. PR. Consentio herculē.

PH. Tum Theologorū, qui nunc eleganter scriptutāt, libros
Innumeros. ER. Sic est. PH. Quin ergo illuc ibimus. ER.
Eamus. PR. Sequor.

Vos spectatores, non est, quodd nos expectetis hic: apud
Frobenium & Oporinum priscianus roborabitur:

Vos autē, quia & ipsi colaphos mihi impigistis plurimos:
Nec dum ueniam à me petijstis: tum demum eam impetra-
bitis:

Si & post graues à me, atq; iniurias abstinuueritis manus:

Et quod postremum est condimentum fabulæ:

Mihiq; gregiq; uoletis huic applaudere.

Duo Senarij.

FINIS COMOEDIAE.

EPICEDION
DE OBITU, IACOBI
FRISCHLINI BALINGENSIS:

Parris sui optimi: ipso die Step-
hani protomartyris, Anno 1566.
extincti.

Scriptum à

Nicodemo Frischlino, F. pietatis ergo.



SCILICET cine care Pater, uiridi sublatu ab æuo
Commoreris: Matremq; piam, prolemq;
relinquis

Impubem, et teneras hoc tristi tempore
natas.

Nec mihi supremum potuisti dicere mæsto
Ore uale: neq; nostra tui morientis ocellos
Officiosa manus patrio sub limine clausit.
Heu me infelicem, primis cui tantus ab annis
Eripitur genitor: fiducia magna nepotum,
Et nati prædulce decus, generisq; paterni
Præsidium, multisq; uiris super orbe uoluptas,
Deliciæq; hominum. Quæ te mors improba nostro
Auellit gremio, tenerisq; amplexibus arcet.
He meos circum feralia ferta capillos:
Atratoq; humeri tristes uelentur amictu:
Et nigrae ueniant ad busta paterna cupressi.
Tuq; tuam depone chelyn: quâ leta uirorum
Festa canis, thalamosq; Ducum, magnasq; Deorum

Phœbe refers epulas. Nunc tempus pollice mœsto
 Sollicitare lyram: qua quondam Thracius Orpheus
 Eurydicen luxit: qua dura in funera mersum
 Staius insignem fleuit cum prole parentem.
 Phœbe tuam deponere chlamyn, laurosq; recentes
 Exue: nunc alias fas est assumere uestes:
 Quando tuus fato mortali cessit alumnus,
 FRISCHLINI pater ille tui FRISCHLINVS, & horti
 Pieridum custos sacer, antistesq; Deorum.
 Te duce fas mihi sit cari deflere parentis
 Funera, & exili manes celebrare paternos
 Carmine: quando aliud tristi solamen aluanno
 „ Haud ullum superest. Placet officiosa parentum
 „ Cura Deo, tenerum qui proli in seuit amorem.
 Vrbs iacet in plano pulcerrima rure Balinga:
 Quadrato per amœna situ: quam perluit uber
 Steinachius mediam: murosq; allabitur unda
 Diuidua, & campi fecundos irrigat agros:
 Zollerij quondam sceptri: nunc subdita magno
 Teccigenum Domino, Vuirtembergæq; potenti.
 Illius in medio sublimi uertice surgit
 Turris, operta cupro, & gelida perflabilis aura.
 Vnde patet longè pingues prospectus in agros,
 Et uicos omnes: qui mœnia pulcra Balingæ
 Circumdant: instarq; arcæ cinxere coronæ.
 Vitiferi circum colles, & fructibus horti
 Consiti, & arua, suo quæ parent rite colono.
 Hoc natale solum Frischlino: hæc patria tellus.

Pater, Ioânes Nam pater Heluetica Ioannes ortus ab ora,
 Frischlinus, Quò Dissenhouij rapido alluit agmine muros
 Dissenhouius Rhenus: & ingenti cumulo defertur aquarum
 Schaffusiam

Schaffusiam: primum ius in ciuile Balingæ
 Ascitus fuit: & terra meliore potitus.
 Antè quidem Huldrici Teccæam principis aulam
 Sectatus, magniq; Ducis per limina custos
 Eximius fuerat: fidusq; satelles: & æqua
 Sorte Tubingæ penetralibus additus arcis.
 Vitres Tecciacas intra conclauia tectas,
 Instratosq; toros seruet, pictosq; tapetes.
 Ipse artem doctus Phrygiæ, filoq; Minneruæ
 Præsignis magnusq; opifex, & acumine solers.
 Sed postquam patrijs Huldricus cesserat oris
 Exul: & externæ parerent omnia genti:
 Castra Tubingæ Ioannes deserit arcis,
 Cumq; sua repetit dilectam uxore Balingam,
 Ciuibus optatis adscriptus, agroq; potitus,
 Et Metij fundo laris, & penetralibus altis.
 Institor huc uarias peregrinis intulit oris,
 Prostituitq; æquo uenales munere merces,
 Vir pius, & sancti conseruantissimus æqui,
 Iustitiæq; colens, & religionis auitæ:
 Comprimis facundi oris, comiq; facetus
 Sermone, & misero facilis largitor egeno.
 Huic pater Henricus, quem Dissenhouia circum
 Mœnia uiderunt, agris opibusq; potentem,
 Vitiiferisq; iugis: fulcrum prælustre Senatus,
 Insignemq; armis, & Gallica castra secutum.
 Nam quando Insubrum populauit Carolus agros,
 Carolus hic qui sese octauum nomine Regem
 Gallorum, fortiq; animo factisq; ferebat:
 Tum socios duxit patria ad uexilla maniplos
 Signifer Henricus, Frischlinæ gloria gentis.

Henricus
 Frischlinus Ia
 cobi auus, ci-
 uis & senator
 Dissenhouen-
 sis.

Adde uiri fundos, uinetaq; densa, lacusq;
Et glebae præpinguis agros, semperq; recenti
Torcular proprium uino mustoq; refertum.
Arma paterna uiro, galeae sua crista comatae
Flore uie ns uegeto, scutiq; insigne decorum,
Gramineo florens trifidoq; in colle triphyllum:

Henrici Fri- Margaritis huic bello præsignem armisq; nepotem
schlini ex Fili Filia progeniuit, Suanero iuncta marito:
a Margaretha Cuius Olorinae surgunt de uertice crista,
nepos, Adam^o Et clypei præsigne decus, galeamq; paternam
Suaner, lena- Candidus ornat olor. Sed non obscurus Adami
tor & Capita- Scripsit humi decor: & multis Suaneria bellis
neus Disen- Enutuit uirtus, duroq; exercita Marte.
houensis. Nam Geticos olim Castrensia mouit in hostes
Suanerorum Arma, sub imperio Fernandi miles: & urbem
insignia. Pannoniae Scythico Budam defendit ab arcu:
Et Mahometicolas obsessio repulit istro.

Cæsaris hinc acies, uictriciaq; arma secutus
Algieram Libyæ, nostro procul orbe remotam,
Signifer inuasit: multos pelagiq; Notiq;
Expertus plagas. Nam quæ non fata malorum
Hic adiit, duri passus discrimina Martis?
Tandem ubi sopitis cepit requiescere bellis,
Consilijs autor fuit utilis, utilis orbi,
Ductores inter belli numeratus, & alta
Fulcra patrum, fruitur suâ cum laude senectâ.

Margarethæ Margaritis hæc eadem tibi docte Hieronymus præsul^{is}
Fri'chlinæ ne pos. Hierony- O Sacer antistes, auia extitit, & pia mater:
mus, Abbas Quæ te sæpe suo gremio complexa nepotem
Muriensis in Sustulit ambobus cælum ad sublime lacertis:
Turegouia. Atq; ait, o utnam stirpis cognomen auitæ

Per te floreat, uiresq; exæquet olympo.
 Non illam augurij spes exoptata fefellit.
 Nam tu Pierias annis puerilibus artes
 Declatus, studijs operam sanctæq; dedisti
 Palladi; & antiqui diuina uolumina Mosis
 Rimatus, priscæ pietatis amore subisti
 Cœnobium uetus, & sacre penetralia sedis:
 Hic ubi sublimi stat diues Muria lecto
 Religiosa domus, ueterum pro more penatum.
 Tanta tibi uitæ integritas sic cognita templis,
 Tanta fides, studiumq; alme probitatis & æqui:
 Ut longo illius teneas moderamina sedis
 Tempore; & Abbatis titulos & munia gesses.
 Viue diu, sed uiue Deo. Nam uiuere mundo
 Mortis opus: uita est uerissima uiuere CHRISTO:
 Et soli seruire Deo, confidere soli,
 Spemq; omnem in meritum crucifixi ponere CHRISTI:
 Quid uero memorem Bernhardos, quidue Iacobos,
 Henricosq; alacres, FRISCHLINAE nomina gētis,
 Militiæ addictos quondam, & castrensibus armis:
 Qui data per densas gestarunt signa cohortes:
 Duxeruntq; aciem, atq; hostis repulere maniplos:
 Nouit adhuc ueteres urbs Dissenhouia ciues
 Frischlinos, patrij quondam pia fulcra senatus,
 Armatasq; manus bello: cum posceret usus,
 Tutari patriam, certeue occumbere morti.
 At neq; materni genitorem stemmatis ortus
 Deficit eximius, longoq; insignis ab æuo
 Linea maiorum. Nam docto fida Iacobo
 Leutgardis mater fuit, apto nomine mater:
 Quam uerè posses populorum dicere cultum,

Frischlini mi-
 lites prætores
 que Dissen-
 houenses:

Leutgardis &
 lia Conradi

Metij, ciuis & Fragrantemq; herbis, et pomis mitibus hortum.
 Senatoris Ba- Tanta illi pietas inerat, tam gratia diues,
 lingenfis, v- Tam praelarga manus, turbæq; haud aspera egenæ.
 xor Ioannis Huic genitor Conradus erat, prælustre Senatus,
 Frischlini: & Et fidum columen, Betiorum stirpe creatus:
 Iacobi mater. Postera quos Metios ætas cognomine dixit.
 Nam bis centum annis patriam rexere Balingam,
 Prætores magni, et sancti fulcimina cœtus.

Metij præto- Viuit adhuc Betij Bernhardi nomen et ingens
 res Balingen- Gloria perpetuis chartarum inscripta tabellis,
 ses. Qui reditus olim templi, censusq; sacratos
 Anno 1350. Oeconomus patria benè dispensauit in urbe.
 Ecquis Bernhardos nostrâ non norit in urbe.
 Henricosq; alta Betiorum à stirpe nepotes,
 Insignes proauos? quando prætura Balingæ,
 Seu ueteri pro more hominum, seu iure locorum
 Supremum regimen moderamenq; urbis habebat:
 Nec dum præfecti dicebant iura colonis,
 Nobiliore satum et magnis natalibus orti.

Metiorum in Illis frondenti crinitur castis oliua,
 signia. Nigræq; puniceas interplicat infula cristas:
 Apollonia et lanius clypeo culter nigricante coruscat.
 Rieberina, Sed quo nunc referam Leutgardæ carmine matrem;
 Theodorici Frischlinorum auiam: Rieberi sanguine cretam,
 Rieberi, Præ- Vxorem Conrade tuam? quo persequar ore
 toris Ebingen Magnæ auie laudes: celebrat quam summus ab imo
 sis Filia: Con- Ciue Balingæus? Fuit Appollonia dextræ
 radi Metij v- Munifica, et capitis uerè matrona pudici,
 xor: mater Et prudens animi: qualis Cornelia Mater
 Leutgardis Gracchorum fuit, et facundæ Lælia linguae.
 Metiæ: auia Comprimis pietatis amans, et sedula diuûm
 Iacobi Frisch Culrix,
 lini.

Cultrix, & ueterum mulier studiosa penatum.
 Huic Theodoricus genitor, proauusq; Iacobi
 Frischlini maternus erat, de patre creatus
 Henrico: celebri Rieberæ à Stemmata gentis
 Quæ ter centum annis Præturam gessit Ebingæ,
 Oppidulo in patrio, quod amœna ualle beatum
 Confidet: & Teccæ Domino sua subijcit arua,
 Hic pater Henricus prætoris munia gessit,
 Sceptra loci, & patrijs dixit sua iura colonis,
 Urbanus Prætor: quando Germanudos oræ
 Frena Sigismundus diuo moderamine gessit.
 Huic insigne Domus antiquæ & stirpis auitæ
 Rapum erat: ut genti Pisonum nobile pisum:
 Et lens Lentulæ stirpi, & Ciceronibus ipsis
 Fœcundum cicer, & Fabiæ faba pallida genti.
 Nam fuit hæc ætas, quæ prætor uomere terram
 Scinderet, & posito Romam dictator aratro
 Intraret: colerentq; agros & rura Catones.
 Filius Henrico patria in uestigia patri
 Succedens, capit arma manu, Theodorus & urbis
 Antiquæ fasces, Fridérico frena tenente
 Imperij: Austriacæ præsit qui gentis habenas.
 Non fuit eloquio maior, nec pace, nec æqui
 Cognitione prior: Comitumq; gravior alter
 Wuertembergiaco, cui non ignobile nomen
 Barba dedit: primiq; Ducis diuinus honorem
 Ac titulum tribuit regali pectore Cæsar.
 Sepe illum princeps positus accumbere mensis
 Iussit, & arcanis socium sibi iungere rebus
 Consuevit: sensitq; fidem prætoris, & almæ
 Pacis opus, studiumq; sacræ pietatis & æqui.

Rieberi Præ-
 tores Ebin-
 genfes, 300.
 annis.

Henricus Rie-
 ber Prætor
 Ebingensis.
 Anno 1535.

Theodoricus
 Rieber Luit-
 gardis auus,
 Prætor Ebin-
 genfis: Anno
 1460.

Tempore forte illo tu Vuester stette fremebas
 Tecciacum aduersus comitem: cui bella parabas
 Efferus, & sumptis frendebas acer in armis.
 Iamq; Comes duri partes Mauortis agebat
 In rabiem, & forti Strasbergam milite passim
 Cinxerat: hocq; illam Mauors è sedibus inis
 Tempore uertisset: nisi Theudoricus amoeno
 Eloquio lesi placasset principis iram.

M. Balthasar
 Rieber, Ben-
 zingenfis sa-
 cellanus, fun-
 dator Prædi-
 caturæ Balin-
 genfis.

Huic tum frater erat diuini Balthasar oris,
 Artes edoctus sacras, Sophieq; Magister,
 Et sacer antistes, qui cum taxasset abusus
 Sacrorum, & falsos Christi per limina cultus:
 In pedicas manicasq; datus, diroq; reuinctus
 Carcere delituit: tandem à custode solutus,
 Vrbe Balingæa monumentum struxit, & aram
 Imposuit Templo, & censu fundauit opimo:
 Vnde Euangelium populo cœlesti Sacerdos
 Diceret, & ueram monstraret præco salutem.

Caspar Rie-
 ber Theodori
 ci F: Apollo-
 niæ Frater,
 Leurgardis a-
 nunculus,
 Prætor Ebin-
 genfis, Anno
 1500:

Iam Theodorico celsum super æthera raptò,
 Filius ad sâsces Caspar succedit, & urbis
 Ad regimen prætor diuino pectore uenit:
 Cum Maxæmilius, tali cognomine primus,
 Arbiter imperium tractaret, & orbis habenas.
 Vir fuit hic multis alijs prudentior unus:
 Et fidei cultor priscæ, & pietatis auitæ
 Eximius custos, rigidi & seruator honesti.
 Qualem fama refert Curium, paruq; beatum
 Fabricium, & dura conspectum fronte Catonem.
 Ille supergressus centum feliciter annos,
 Cum consorte tori postrema ad tempora uixit:
 Cana fronte senex, & fessus anilibus annis.

Qualis

Qualis Deucalion, Parnasi in uertice montis
 Coniuge cum socia primæuo tempore uixit:
 Quo nemo melior, nemo seruantiorequi
 Vir fuit: aut illa metuentior ulla Deorum.
 Aut Isacus qualis, pariliq; ætate Rebecca
 Vna sunt annis iuncti iuuenilibus, una
 Consenuere casa, sociamq; egere senectam.
 Ipse ambos uidi (nec me uidisse pigebit)
 Par dominum, quales uix aurea protulit ætas.

Sed quò digredior? quò gentis amore paternæ
 Abripior: retraham (sic fas) undantia lora:
 Adq; patrem, Musa cursum reuocante, reuertar.
 Ex huius ille uiris cum tantis duceret ortum:
 Noluit eximios uita obscurare penates.

Ergò literulis operam Frischlinus Ebingæ
 Imposuit primam, cognatos inter amicos
 Et patruos longa consanguinitate propinquos:
 Post & Erythropolim, quæ nunc Rotouilia fertur,
 Se tulit, & primis studio maiore uacauit
 Vsq; rudimentis: ludumq; inuissit amœnæ
 Urbis, præclaro doctus parere Magistro.
 Inde Rotemburgum Phœbi ad penetralia uenit,
 Hercyniæ linquens saltus: Nicrumq; secutus:
 Ut studiis illuc opera maiore Latinis
 Incumbens, Graij commercia disceret oris.
 Namq; sagax, animiq; erat ad præcepta capacis,
 Et flore ingenij uelocis & indole sælix.
 Hoc condiscipulum te clare Hermanne Lyceo
 Oxembacche habuit, memorem ætatisq; lociq;.

Tempore fortè illo, medica clarissimus arte
 Fuchsius, Aoniam stirpesq; herbasq; Tubingam,

Pueritia Iaco-
 bi Frischlini.

Studia adole-
 scentie:

Publicus interpres, magna cum laude docebat.
 Cuius fama uiri Frischlinum concitat, urbis
 Deserire antiquæ sedes, & tecta Tubingæ
 Visere finitimæ. Nam doctam Pæonis artem!
 Discere iam pridem mens feruens intus agebat.
 Nec mora: seruitio sese submittere Fuchsi
 Approperans, medicas coepit cognoscere Vires
 Herbarum, & uarios campo conquirere flores.

Iacob. Frischli-
 nus CL.V. Le-
 honardi Fuch-
 sij herbarius.

Namq; illo densum pingebat tempore librum
 Fuchsius: & multas indebat scdulus herbas:
 Quam passim è Syluis puer apportabat & agris
 Frischlinus: Domino gratus suauisq; minister.
 Vidi ego post chartis exuccas pluribus herbas
 Insertas numero ingenti: uidi ordine pictas.
 Ossea quim etiam patrio sub pollice forma
 Compacta, effigiem fertur duxisse timendam
 Corporis humani. Tanto pollebat amore
 Artis Pæoniæ, uigilisq; indagine mentis.

Exercitatio-
 nes Iacobi Fri-
 schlini Poeti-
 cæ & orato-
 riæ.

Tum Vaio didicit Versus cantare Magistro:
 Inq; suos numeros Latias includere uoces,
 Non segnis Vates. Sed præceptore Benigno
 Rhetoricen coluit, priscei Demosthenis artem.
 Multos ille Virum thalamos, & funera multa
 Versibus ornavit: numeris Epigrammata multa
 Condidit urbanis: quæ nunc ego condita seruo.
 Sed quia tum studij ceptum finire laborem,
 Multa patris soboles, & res angusta uetabat:
 Principis Huldrici miles stipendia sumpsit,
 Atq; animum sacris adiecit: & artibus altis
 Sedulus incubuit: prisiciq; uolumina Mosis,
 Et ueterum euoluit diuina oracula Vatum.

Iacobi Frisch-
 lini studium
 Theologicū:

Namq;

Namq; Lyram totum, totum percurrit amœni
 Augustini opus, & Martini scripta Lutheri,
 Et quicquid sacro collegit Brentius ore.

Tum pius antistes optatæ templa Balingæ,
 Huldrici iussu Ducis, imperioq; Senatus
 Erudijt uerbis, & sano dogmate CHRISTI:
 Pacificus mystes, & fida mente benignus,
 Non obtricator, non ambitiosus, & iræ
 Prodigus: à fastu uir uerè alienus, & omni
 Liber auaritia, falsoq; Cupidine liber:
 Non astu, non fraude tumens: sed cordis aperti,
 Sinceriq; animi. Tum uerò largus egeno,
 Munificus inopi, partem officiosus in omnem.
 Addo salesq; hilaresq; iocos, animumq; sacrum,
 Qui totam posuit lepidis sermonibus urbem,
 Ingentesq; hominum lingua oblectare cateruas.
 Laudat adhuc illum uicinia tota Balingæ,
 Et decus eximium Frischlinæ prædicat ædis.
 Ingeniumq; uiri, & uitam sine labe peractam.
 Iamq; pater misero cum matre excesserat æuo:
 Et fratres aberant, tristi omnes morte perempti.
 Orba domus solum hæredem Frischlina Iacobum
 Accipit, & pratis & agris florentibus auget,
 Vitiiferoq; iugo, & densis cum fructibus hortor:
 Quæq; domum patriam replebat multa supellex.
 Tunc sibi coniugio sociam delegit amicam,
 Consortemq; tori: qua cum concorditer æuum
 Exigat, & caros producat in urbe nepotes:
 Et genus antiquum seros transmittat in annos.
 Non hic diuitias, quæsiuit, opesq; superbas:
 Non genus inflatis natalibus, & lare prisco

Iacobus Fri-
 schlinus Eccle-
 siæ Balingen-
 sis antistes An-
 no. 1546.

Iohannes Fri-
 schlinus cum
 Leutgarde cō-
 iuge, & reli-
 quis liberis
 obiit Balingæ.
 Anno 1543.

Agnes Ioānis Spectauit tumidum, non pulcri ludicra uultus.
 Rufi Ciuis Ba Sed quæ uirgo bonis enata parentibus esset,
 lingenſis Filia Et pietatis amans, & ſedula rebus agendis:
 Iacobi Friſch- Et caſti ſeruans, cum religione, pudoris.
 lini uxor: An- Protinus Agnetem ſociam ſibi deligit æquam
 no 1546. du- Ciue Balmg. eo, & ſancta genitrice piaq;
 & in matri- Enatam: ambobus caſtis, ambobus honeſtis.
 monium. Nam pater Agnetis natalis origine terræ
 Ioannes erat, antiquo cognomine Rufus:
 Tormentorum opifex, fabra celeberrimus arte,
 Qualis Cecropidum fertur uixiſſe ſub ora
 Dædalus, inuentor Serræ, Cycliq; fabriliſ.
 Ille ſuam caſtè primis eduxit ab annis
 Progeniem: docuitq; Deum ſuperosq; timere.
 Mater Adelheidis: Breuningo ſanguine creta,
 Ciuis Ebingæi ruris, uirtute polita
 Heroïna, operis, curæq; domusq; ſociq;
 Applicuit natam, teleq; admouit, & artem
 Palladis edocuit: lanam glomerare nitantem,
 Pingere acu uestes, aurumq; immittere ſilis,
 Et teretem uerſare leui ſub pollice fuſum.
 Aſſyrias inter qualis uixiſſe puellas
 Rachelis legitur, diuo ſociata Iacobo:
 Quæ ſepè hirsutos pauit ſub ſole bidentes,
 Aut digitis detondit oues, repetitaq; longo
 Vellera moliuit, nebulas æquantia, tractu.
 Hac cum bis denos uixit ſœliciter annos
 Coniuge Friſchlinus, fortunæ æqualis utraq;
 Siue pater pluuios cœlo demitteret imbres:
 Siue die Titan fulgeret ubiq; ſereno:
 Dena ipſum pariter ditauit prole parentem:

Adelheidis
 Ruſa:

Me primum genitò, non infœcunda marita.
 Nam quando decimo phœbus noua cornua mense
 Sumeret: & noctem æquaret iam libra dici.
 Natalis primum fulserunt tempora nostri.
 Altera Leutgardis nomen referebat auitum,
 Orta soror, rosa uirginei pulcherrima cætus:
 Quam phrygiæ artes scires à Pallade doctam.
 Proxima feminei referens Susanna pudoris
 Eximium decus, æquæque propè iuncta sorori,
 Vixq; anni spacio minor unius: arte trahendi
 Vellera, & auratis pingendi stamina filis
 Eximie præstans, & Pallade doctior ipsa,
 Sed percunt ambæ uix pubescentibus annis,
 Inq; suæ occumbunt ætatis flore: iacentq;
 Nunc cinis, heu patrio uicina cadauera busto.
 Nomen magnæ auix tulit Apollonia scelix,
 Maternumq; Agnes: sed primo in limine uitæ
 Occumbunt ambæ, genitricis ab ubere raptæ.
 Filius hinc alter patri cognominis ipsi,
 Nascitur, Aonia quem frater tinxit in arte
 Pupillum, auxilijs orbatum in flore paternis:
 Proq; suo eduxit, studijsq; admouit, & almis
 Artibus, inq; gradus fecit pro more locari.
 Scribit hic Ausonium carmen, carmenq; Pelasgum:
 Et nunc Vuayblingum (Gibelinae ubi semina gêtis,
 Et Fridericorum sedes fuit inclyta Regum,
 Romula Germanas qui sceptrâ tulêre per oras)
 Gymnasium regit: & pueris præcepta Latina
 Instillat linguae: proceresq; patresq; futuros
 Instruit: inq; patrum uestigia ducere perstat.
 Perge ite. Nam qui sese exili in munere fidum

Nicodemus
 Frischlinus 12
 cobi ex Agne
 te vxore pri-
 mogenitus F.
 nascitur annp
 1547. Sep-
 temb. die 22.
 hora matuti-
 na 4.
 Leutgardis Fi-
 lia 1.
 Susanna Filia
 2.

Apollonia Fi-
 lia 3. Agnes
 Filia 4.
 M. Iacob. Fri-
 schlinus Pæ-
 dagogus Vvai-
 blingensis F.
 secundus.

- Philippus Fri Exhibet: huic olim credent maiora penates:
 schlinus F. 3. Tertius in prima occubuit ætate Philippus,
 Maria Iacobe Funera Leutgardis fera Susannæq; secutus,
 Filia 5. Et Mariæ, quæ quinta fuit germana, Iacobæ.
 Namq; illam roseo præstantem corpore Nympham
 Ambrosijsq; genus, uultuq; decente puellam,
 Mors nimium uelox puerili exemit ab æuo.
- Martha filia 6 Martha tamen superest, CHRISTO seruire parata:
 Agnes filia 7. Et quæ maternum fert Agnes altera nomen.
 Nicodem Fri Ambæ in flore sui crescentes iugiter æui.
 schlin. Acade Meurò solers Academia nostra Tubingæ,
 miæ Tubingæ Sacra per undenas nunc carmina pangere menses
 sis Profes Poe Audit, & antiquos ediffertare Poëtus,
 ticus & Histo Et legere historias, & doctæ tradere publi.
 ricus, atq; e- Audit Aristotelis præcepta docere, sacramq;
 iusdem Philo Rimari Sophiam, & dubios dissoluere nodos;
 sophus. Dramataq; in claram tot scripta emittere lucem.
 O utinam meus hæc genitor monumenta tueri
 Nunc coràm possit (sit fas mihi tale precari)
 Aut saltem caros hîc aspectare nepotes:
- Ioannes Iaco Filiolos geminos, geminas hoc tempore natus:
 bus & Frideri Filiolos magni ingenij; quorum alter amœnum
 cus Frischlini, Nomen aui proauiq; refert: fert principis alter
 Nicodemi ex Montepeligardæi nomen Fridericus & oment
 Margaretha A quo cœlesti fuit ille è fonte leuatus.
 Brentia, cõiu- O utinam caris licuisset nepitibus olim
 ge, filij. Basia ferre suis, Mariæq; dare oscula nata
 Anna Maria Basia ferre suis, Mariæq; dare oscula nata
 & Dorothea, Dorotheaq; tuæ: quam Vuirtembergica princeps,
 Vrsula Nico- Tecciaci dux magna soli, de fonte sacrato
 demi Frisch- Sustulit, & superis solennia uota peregit.
 lini filia. En hos filiolos, hæc pulchro corpore natus

Nam

(Nam morte ablatis præsens in tempus omitto)
 Fœminei diadema gregis, mea Margaris uxor,
 Edidit: illustres inter numeranda maritas,
 Græcia quas peperit, quas Ausonis ora creauit.
 Illi quæstor erat genitor, de stemmate prisco
 Ingenuoq; satus, Vucilanæ Brentius oræ,
 Acer Ioannes: pietatis idoneus auctor:
 Vir prudens animi, concessa sorte beatus,
 Et modicis opibus: cui scuti insigne paterni
 Muscetum expansis ostentat comminus alis,
 Et similem galeæ super alto uertice nisum,
 Huic pater Andræas, fului faber aureus auris:
 Vir pius & sapiens, & magni magna Senatus
 Portio: consilijq; habitus non futilis autor.
 Andrææ genitor Martinus maximus ille,
 Vuilanæ Prætor, Consulq; ter optimus urbis:
 Cuius fama manet nullum moritura per æuum,
 Ob ueræ pietatis opes, & nomina Brentij
 Eximie Sobolis: quem scripta uolumina toti
 Ostentant orbi, & celsum super æthera uectant.
 O uitamam nurui potuisses iungere dextram
 Sæpe tuam pater & socer: affariq; maritam
 Sæpe meam, & placidos illius cernere uultus.
 Diis aliter uisum, qui te rapuere iacentem,
 Infectumq; lue, & pestis contagia passum.
 Nam cadis ante diem, completis scilicet annis
 Vix quater undenis, & nunc Talsinga sepulcro
 Relliquias cineresq; tenet, uicinus Ebingæ
 Pagus, & in plana nemorum conualle reductus.
 Hic ubi pascebas diuinus ouilia Christi,
 CHRISTI pastor oues, non mercenarius, agnos

Margarethæ
 Brentiæ pater
 Ioannes Bren-
 tius Quæstor
 Ducis Vvirté-
 bergici, & præ-
 fectus.
 Brentiorū infi-
 gnia gētilitia.
 Andræas Bren-
 tius Vvilēsis,
 Margarethæ
 auus.
 Martin Brēti.
 Prætor Vuilæ
 oppidi Impe-
 rialis: Marga-
 rethæ proa-
 uus.

Iacob^o Frisch-
 linus moritur
 Talsingæ An-
 no 1566. ipso
 die Stephanⁱ
 Anno ætatis

Qui malè defereret duro in discrimine sortis.
 Heu mortem inuisam, quæ sic inopina cruentas
 Exerit orbe minas: sic importuna profanat
 Illustres magnasq; domos: sic funera tecta
 Eximia incestat: uiridi sic eripit æuo,
 Quos æquum fuerat Pyliam superare senectam:
 Sed tamen hoc melius. quòd cum mortalibus auris
 Eximimur: cœli superas hoc tramite ad oras
 Migramus: morimurq; Deo, cui uiximus olim.
 Nam quotquot Christo uiuunt, moriuntur eidem:
 Nec uerè moriuntur humi: sed lubrica tantum
 Vitæ huius misere cum cœli uertice mutant.
 Hoc pater agnoscens, Christum, quem uoce manuq;
 Indice monstrârat populis, in uota uocatum
 Duplicibus palmis, ardentiq; ore poposcit:
 Delictis ueniam daret, & peccata cruore
 Cuncta sui, & crimen uitæ lethale piaret.
 Sic animum exhalans, patrio succedit olympo:
 Vnde prius uitæ cœlestem duxerat ortum:
 Ingredditurq; polos, & amœna sorte potitur.
 Salue sancte parens, manes saluete paterni.
 Ruris Talsingi cineres. me Plura querentem
 Effari dolor ipse uetat, lacrymæq; cadentes
 Iamdudum abrumpunt lugubris uerba querelæ.

RECTOR

RECTOR ET SENATUS ACADEMIAE TVBINGENSIS,

Omnibus & singulis hasce literas inspe-
cturis, salutem & felicitatem in Chri-
sto Domino & Salvatore nostro, precamur.

Testimonium
Anno 76. scri-
ptum, & ad
Comitia Ra-
tisponensia
beunti N. F.
datum.

SI honores aliquibus decernere,
vel commendare alios alijs vo-
lumus, non tam habenda est ra-
tio eorum, qui commendantur,
& laudibus euehantur, quàm eorum, apud
quos in laude & honore eos positos fore
exoptamus, ut ita veris elogijs aliquem ex-
ornemus. Quod utrunq; Academiae no-
strae Senatus omni tempore faciendum ef-
se iudicat, ne res communem utilitatem
continentes, quae publicae appellantur, frau-
dentur, & circumueniantur, atq; indoctum
& imperitum genus hominum, pro litera-
tis, doctrina excultis, & praeclara eruditione
ornatis hominibus habeatur, reputetur-
que. Horum consideratione habita, eximia
laude ornare possumus, ornatissimum vi-
rum, ingenio, studio atque doctrina prae-
stantem, M. Nicodemum Frischlinum, qui
superioribus diebus, à nobis studiorum suo-
rum, vitae & laborum, in nostra Academia
per integros nouem annos susceptorum,

& adhibitorum, testimonium petijt. Quod ipsi pro singulari nostra in eum beneuolentia & fauore, quem præclara eius eruditio atq; doctrina merentur, denegare nequam voluimus. Cum igitur honestè & laudatè nobiscum vixerit, in studijs suis tantum progressum fecit, vt primo ætatis tempore, primam & secundam Lauream adeptus sit, adeoq; eruditione, scientia & linguarum cognitione polleat, & in tantū quidē, vt siue mentis sensa & cōsilia, soluta oratione exprimere, siue numeris astricta ad harmoniam cantare velit, præclarè & felicissimè sua spōte & *αὐτοχέδως* id præstare possit. Et hoc quidem nō solum Latino pereleganti omnis generis: verū etiam docto & erudito Græco carmine. Quod sanè orationibus grauiissimis, verbis, sententijsq; plenis apud nos publicè habitis, & multis alijs editis scriptis atq; monumētis, abundè & luculenter ostendit. Quamobrē etiam nominat⁹ Frischlinus, duabus lectionibus: alteri publicæ, alteri verò in Pædagogio nostro à nobis præfectus fuit: quib. hæten⁹ benè & fideliter præfuit. Hinc sequentes præclaros autores in nostra academia proposuit, enarrando & explanando absoluit, Vergilianam Aeneida, Caij Iulij Cæsaris, rerum à se gestarum

rum Commentarios, Salustium, Horatiū,
 Doctrinam Sphæricam, & nunc Cicero-
 nem. Præterea disputationum publicis
 Candidatorum Magisterij exercitijs, per an-
 nos quatuor & amplius ita præfuit, vt penè
 totam Cyclopædiam, hoc est, physiologi-
 am & naturalem disciplinam, Moralem, A-
 stronomicam, Logicam & Rhetoricam, ad-
 misso opponente, de re in contrarias partes
 disputando explicuerit, & enodauerit.
 Quæ cum ita sese in rei veritate habeant,
 omnes & singulos, cuiuscunq; cōditionis,
 status vel dignitatis sint, rogamus, vt hunc
 Frischlinum tanquam hominem literatiss-
 simum, varia doctrina ornatissimum, & o-
 ptimum Poetam, sibi commendatissimum
 habeant, & fauore suo, honore, beneuolen-
 tia & beneficio, quo dignus est, vnà nobis-
 cum libenter complectantur. Id quod nos
 oblata occasione, summo studio & omni
 officiorum genere, vicissitudineq; prome-
 reri studebimus. Vt autem hæc omnia su-
 um pondus & robur fidei, & authoritatis,
 magis apud omnes consequerentur, hæc
 literas publico nostri Senatus sigillo com-
 muniri fecimus. Quod actum est Tubin-
 gæ 29. Ianuarij, Anno redemptionis hu-
 manæ supra 1576.

EPIGRAMMATA QVAE
DAMDOCTISSIMORVM VI-
rorum in Priscianum Nicode-
mi Frischlini, &c.

Πρὸς Νικόδημον Φριχλίνον, Ποιητὴν σφύεσσαν
καὶ πολυμαθέσσαν.

- I. **Φ**ρίχλιος ἐν πατρίδι πεπλημυένε τῇ διαλέκτῳ;
Ποῖον αὖ ἑλλαδικῇ τένομα γλώττῃ ἔχους;
Πρόφρων ἢ δὲ πρόθυμος αἰοῖδ' ἐς τὸν ἄγωνα;
Νῶ θαλερὸς πωσινῶ; πάντ' ὅς' ἀφρονῆς ἐώρι;
Τὸν δῆμον νινῶν; παιδείας σέμμασι λαμπρὸς;
Πᾶσι φίλος; χάριτων Γιερίδων τέ πρόμος;
Οὐλέ τε καὶ μέγα χαῖρε Διοτρεφές. Αλλ' ἐμὲ γῆρας
Γηοβόρον δαπανᾷ, καὶ προῖσι μὲν.
Ἐξ ἐβίων Διανάδας; τριᾶς ἀνδροδάμαντος ἰσάει
Γῆς ἄπο νῦν καὶρὸς πρὸς τὸν Ὀλυμπον ὄρεν.

AD PRISCIANVM SAVCIVM.

II.



Ræscius an Priscus dederit tibi nomen: ab
arte
Grammatica summum qui modò nomen
habes: (les,

Nescio. Sed doleo paucos, tua iussa sequen

Absq; solœcisimis barbaricq; loqui.

Hoc leue. Sed graue, quòd colaphis tot cæderis insons:

Et non est quisquam qui tua damna leuet.

Nam tua qui satagunt obducere uulnera, quid sunt?

Vnguis in hulceribus, carnificesq; meri,

Alfi

At si forte seni parere libebit amico:
 Effugies medicas discipulasq; manus.
 Aegrotant ipsi medici: nec discipulorum
 Est tibi qui sano pectore præstet opem.
 Barbaries morum tenet horrida regna. Quid ergo
 Te crucies, si quæ barbara uerba crepent.
 Ambitio, Venus, ingluuies, uæcordia, Mammon
 Hic uiget. Ah alias Prisce require domos.
 Hieronymus Vuolffius Au-
 gustani Gymnasij Rector.

EPITAPHIUM PRISCIANI,
 eodem autore.

Dicuntur malè uelle Prisciano:
 Et pugnis miserum senem ferire:
 Qui fœda sribiligine inquinat
 Eructant malè sarcinata uerba.
 Hinc tuber caput est: ex huiusmodi
 Crebro uulnere corpus: ut mederi
 Chiron iam nequeat, nec ipse Phœbus,
 Nec serpens Epidaurius. Parentur
 Ergo funera digna Prisciano:
 Ut tellus tegat alma Priscianum:
 Subtractum colaphis tot atq; turbis:
 Quas indocta mouet cohors magistro:
 Hæc inscriptio sed notet sepulcrum.
 Dum fari doceo rudes asellos:
 Et dum rudere dedocere conor:
 Hi me calcibus improbis petunt
 Demisere neci. Caue uiator.

III.

N. FRISCHLINVS SVO HIERONYMO Vvolffio.

IIII.

L Audabunt alios terræ de semine nati:
 Vnde Gigantum dicitur esse genus.
 Quos mihi, si frugi sunt, legitimare potestas
 A Diuo nuper Cæsare facta fuit.
 Laudabunt illos elumbi carmine, prauis
 Versibus, & miseris flebilibusq; modis.
 Tu mea si laudas conscripta poemata Vuolfs,
 Sanguinis ingenui patribus orte, sat est.
 Cœnoso reliqui seruoq; poemate gaudent:
 Qui stipula miserum carmen inerte canunt.
 At tibi pro docto grates Epigrammate, librum
 Quo decoras nostrum, nostra Thalia refert.

DE PRISCIANO NICODEMI Frischlini.

V.



Nflicta misero Prisciano uulnera
 Ostendit: & medica manu
 Curat eadē Frischlinus: huic merces datur
 Victura semper gloria.
 Merces & auro potior hæc, & omnibus
 Muneribus est Regum omnium.

Iohannes Posthius Medi-
 cine Doctor & P. L.

AD NICODEMV M FRISCHLINI-
 num Poëtam Cæsa; & Com: Palat:
 perge



Perge sacer uates Musarum promere fœtus,
Quibus scatent tua pectora.

Perge inquā, curasq; alias, aliosq; labores
Alijs relinque; hoc unum opus

Hoc decet ingenium: cœlum hoc et sydera,
(Et ipsi

Frischline, mandant Cœlites.

Iohannes Posthius M.

et P. L.

De Prisciano N. Frischlini Ioannes

Lauterbachius Poeta Nobilis & Coronatus.



Contra Grammaticam loquens amussim,
Fertur cedere fronte Priscianum.

Lingua Grammaticus quod in Latina,
Normam tradidit optimè loquendi.

Quas plagas miser immerens priori

In seculo tulerit tenebricoso,

Dum saxis, colaphis, stylis, flagellis,

Sermonem referens, parum latinum,

Illum corpore nemo non cecidit:

Frischlinus docet, inclytus poeta.

Lector pectore qui pio dolentis

Gaudes, commiserans uicem, mederi

Multo uulnere saucium, latinam

Omni tempore disce doctiorum

Consuetudine personarum linguam.

Cedunt barbara uerba Priscianum:

Sanant uerba latina Priscianum.

In Rebeccam Frischlini eiusdem.

C Vm geminas uates genasset forte Rebeccas
 Vno Frischlinus tempore, Parca rogat:
 Charior utra tibi, longæuior utra uidetur?
 Hic memor humanæ sic breuitatis ait:
 Charior unde tuli grauiora pericula: uiuet,
 Longior humana quæ breuitate caret.
 Aegre Parca ferens responsum, fila recentis
 A brumpit natæ, corpore quam genuit.
 Sic ea, qua retulit grauiora pericula gignens
 Et pariens, læto conspiciit ore diem.
 Humanos hominum patiuntur semina casus.
 Quod caret humano semine, morte caret.

De eadem & Susanna Frischlini
idem Lauterbachius.

C Vm Frischline mihi comœdia lecta Rebecca,
 Cum Susanna, mouens timida lepore iocos.
 Desunt uerba, quibus, Frischline diserte Poeta,
 Leticie dicam gaudia uera meæ.
 Gratus erat puri sermone Terentius oris,
 Ob lepidos Plautus gratus & ipse iocos.
 Dramata sed postquam tua mi Frischline relegi,
 Quæ mihi docta tuo nomine Musa dedit.
 Sorduit en puri sermone Terentius oris:
 Sorduit in lepidis Plautus & ipse iocis.
 Purus es ore, iocis lepidus, pietate uerendus,
 Qua caruere duo dramate, solus habes.

In Susan-

In Susannam Frischlini, idem.

VII.

Ornatus, pietas, pudor, uenustas,
 Est scenæ decus optimum pudicæ.
 His comœdia dum triumphat orbe
 Frischlini medio recens, uenustum
 Cui Susanna dedit uenusta nomen.
 In scena decus optimum uidetur
 Ornatus, pietas, pudor, uenustas.

IN EVNDEM NICOLAUS REVS-
 nerus Iureconsultus, P. L. Re-
 ctor scholæ Lauinganzæ.

VIII.



Et quando bone Nicodeme uates,
 O & dulcis amice, Priscianum
 Clara luce uidebo Vapulantem?
 An nondum satis est tibi politus?
 Et si Vapulat, expolire quorsum,
 Tam malè, & miserè est opus tuentem
 Plagas, uerbera, uerberum dolores?
 An nondum tibi uerbero malignus
 Spurcavit satis ore sordidato
 Linguae Romuleæ optimum patronum?
 Ohe, iam satis est, ohe modum fac
 Tot plagis domitum necare prorsus,
 Linguae Grammaticum bonum Latine.
 Plagis Phryx melior fit: & domatus
 Plagis assiduis rudens asellus.
 Plagis non opus esse luculentis
 Docto censeo, nempe Prisciano:
 Plagis nunc cupis hunc malis peremptum.

IN REBECCAM, SVSAN-
NAM, HILDEGARDIN MAGNAM,
& Priscianum Vapulantem, D. D. Nicod:

F. Comœdias lepidiss: Ioannis Vveidneri Lendfi-
delij, Schol: Hal. Sue. Moderatoris, ad Le-
ctorem Epigramma.

IX.



FRISCHLINVM decorent cur laurea scribta

Poetam,

Et cur Cesarei sit Comes ille Fori:

Desine mirari Lector: VIRTVTIS & AR-

TIS

PRAEMIA tanta bonus, Cesare dante, tulit.

Testis erit socco donata Rebecca latino,

Altera testis erit casta Susanna tibi.

Tertia nunc, rutilum decus, his connata repente

Hilgardis, uati nomina celsa dabit.

Dixeris hic Charites, castissima pectora, iunctas,

Frischlini uates quas sacra Musa canit.

Frischlinus uates metrico has ornauit amictu:

Consimili rursus dignus honore cani.

Addendus dudum tribus his, propè maximus olim

Grammaticus, PRISCVS Cesariensis, erat:

Sed quia lethiferis (cheu miserabile) plagis

Immeritum læsit barbara turba senem:

Iamq; Tubingiaci Doctorum cura Lycei

Afflicto medicas applicatusq; manus:

Mox rediuiuus erit, sanatus uulnera: differ:

Hec mora parua tibi commoda multa feret.

EIA age, rumpe moram, properato tramite prodi,

Exspectate diu, PRISCE petite diu.

En ti.

En tibi, Lector, adest, uitali uescitur aura,
 Tot sera qui pridem uulnera passus erat.
 Ergo quisquis amas non barbarus esse Latinis:
 Parce precor nostro, Lector amice, seni.
 Hunc quoq; qui uiuum, rutidoq; reduxit amictu,
 FRISCHLINO uati fausta precare: uale.

EPIGRAMMA.

IN COMOEDIAS NICODEMI

Frischlini Poetae & Comitum Palatini

&c. scriptum à Dauide Sigemundo Pannonio.

Sunt etiam nobis animi, non omnia uatum
 Secula priscorum, quæ ueniremur, habent.
 Multa recens ætas meliora prioribus annis
 Edidit, inuentis nobilitata suis.
 Seu monumenta manus, animi seu pignora species,
 Acumula seu prisce temporis acta petas.
 Ingeniosa nihil non tactum industria linqvit,
 Apponitq; aliquid proxima quæq; dies.
 Sic artes creuere bonæ, sic gloria rerum
 Per numeros sese sustulit aucta suos:
 Visa diu res est non attingenda Camoenis
 Comica personis reddere uerba suis.
 Sic tragicos multi desperauere cothurnos,
 Carmina ceu nostro tempore nulla forent.
 Primus iter Buchanane secas, positoq; timore
 Magniloquo fortes induis ore sonos.
 Victtricemq; refers deserta per auia palmam,
 Vidit, & audaces risit Apollo pedes.
 Te sequitur lenta uates Frischlinus in umbra,

X.

Exhilarans salibus tota theatra suis,
 Leta uiro facies, & amicae gratia frontis,
 A tergo sequitur Suada, Minerua, Venus.
 Comica nemo illo uatum generosius alter
 Rettulit in proprios uerba diserta modos.
 Testis erit nuper regalibus acta theatri
 Casta maritali iuncta Rebecca toro.
 Testis erit mulier medijs erepta periclis
 Grande puellarum dicta Susanna decus.
 Testis erit prisco Regum de sanguine creta
 Coniugij consors, Carole Magne, tui.
 Foeminei, Regina decus uenerabile, sexus,
 Inuictum terris numinibusq; caput:
 Testis & hic pugnis confusus tempora Priscus.
 Fabula plena salis, fabula plena ioci.
 Ingenij tanto quam lusit acumine, quanto
 Comica res tantas ludere Musa potest.
 Maeste animo tali fortunatissime uates
 Numine coelestes quem tetigere Dei.
 Iam tibi, carminibusq; tuis, paruoq; libello
 Aetatum Genius semina leta trahit.
 Longa dies Regum gemmas consumet & aurum,
 At tua non ullotempore fama cadet.

IN EIVSDEM NICODE-
 MI FRISCHLINI, &c. HOSPITIS
 & Praeceptoris sui colendi, Priscianum

Saucium Epigramma.

HENRICI VVELLINGII,
 Tubingensis.

D Il tibi dent quicquid iam, ni Frischline, mereris,
 et rata perpetuo, quæ tribuere, uelint:
 Saucia Prisciadæ seuis qui membra caputq;
 Vulneribus, medica uis releuare manu.
 Scilicet ut Latine tandem sua gloria Linguae
 Detur, et antiquus restituatur honos.
 Optatis potiere tuis (res ipsa probabit)
 Nec tua agent tepidi per mare dicta Noti.
 Iam iam Prisciaden formidant ledere multi,
 Queis pudor est ingens barbara uerba loqui.
 Aetheria redeat si missus ab arce MELANTHON,
 Quiq; olim Batauum gloria, ERASMVVS, erat:
 Se scriptis potuisse suis, Frischline, negarent
 Curando miserum restituisse uirum.
 Solus Prisciadæ tollis medicando dolorem:
 Seruari medico debuit ille suo.
 Te Germana igitur præclaro auctore iuuentus
 Spirat ad antiquum, non sine laude, decus.
 Vix ulli est promptæ maior facundia Linguae:
 Carmina sed nitido digna Marone facis.
 Dignus es usq; cani præstantum carmine uatum:
 Dignus es æterno semper honore coli.

M. IACOBVS GRAETER.

Q Vidnam Prisciades feret? quid inquam
 Iam nunc amplius est, quod ergo possis
 Excultum nisi, prorsus absolutum,
 Quod dulce et lepidum nisi, et uenustum,
 Et cunctis numeris celebre Drama,
 expectare? recens renata Magna,
 Si bis quinque diebus, Hildegardis,

Tam modis potuit placere miris?
 Cui sales nitidi, facetiæq;
 Cui perlucida, multiplexq; uena
 Tam cultæ fluitat fluore uocis.
 O omnis sapientiæ Magister,
 O Frischline tuus, quid ergo porro
 Quidnam Prisciades feret? quid ultra
 Restat præterea? nisi ipse tete
 Vincas? ah moneo, uide, caueq;
 Ne Diuos, hominesq; amore captos,
 Ad rixam cieas, uocesq; ad arma,
 Et sis causa tuæ, uolens, ruinæ
 Rapti Prisciadis, potente cultu.

PHALÆCIVM SCRIPTVM AD
 MAGNIFICVM ET NO-
 BILISSIMVM VIRVM, D. RVPER-
 tum à Stozingen, &c. S. Cæs. Ma. Consi-
 liarium, & Archiducum Austriæ Magistrum Aulicum; Do-
 minum & Mæcenatem suum colendissimum: à M.
 Hieronymo Megiëro Iuniore Stucardiano.

XIII.

Cui quero facilem nouum patronum,
 Stirpe & pectore nobili expositum?
 Prisciane tibi, tu enim medela
 Et patrocinio cupis iuuari:
 Dum nouis iterum malis laboras,
 Et sentis cumulos molestiarum:
 Qui te ter miserum, sed immerentem,
 Torquent, discruciant, premunt, necantq;
 Et cogunt ita denuo moriri.

Myſtæ, rabula, plinici, aſophiꝯ,
 Cohors carnificum cruenta, ſæua,
 Dira, barbara, contumelioſa,
 Atrox & maleferiata: multo
 Cum te uerbere nuper enecaſſent,
 Spurca barbarie, nocentiore
 Telis omnibus, omnibus uenenis:
 Mox tibi exanymi poëta mira
 Friſchlinus reparauit arte uitam:
 et magno ſtudio, labore, cura,
 Te reſecit amœnitate uocum.

Et iam tum poteras beatus eſſe,
 Cum ſurgunt alij moleſtiores:
 Nati ſanguine nobili, ſed arte
 Nobiles minime: atque literarum
 Oſores ſtupidiꝯ, plumbeiꝯ:
 Illi turpius, impiè, impudenter,
 Te nouis ita pertudère plagis,
 et tantum tibi uulnerum dedère
 Vt uix hanc animam trahas relictam.

O turbam inſipientem, & impolitam:
 O monſtra, ô cerebri Cyclopaſ atri:
 Seclî incommoda, & omnium bonorum:
 Centaurosꝯ, hominesꝯ; belluinos,
 Quos mens efferat, quos furor ſceleſtus
 egit præcipites tuos in artus.

Sed quiſnam ergo luem, ægritudinesꝯ
 Sanabit Clario tuas liquore?
 Quis uitam tribuet beatiorem?
 Fallor an Medicum ſcio & patronum,
 Nobilem, celebrem, pium, peritum:

Qui te his casibus eximet malorum,
 Qui possit stygijs leuare morbis
 Semimortua membra, uulnerumq;
 Sanet Paeonia manu dolores?

Noui, noui equidem, quis ista possit
 Præstare eximia fidelitate.

STOCINGA genitus domo RVPERTVS,

Illud Pieridum decus RVPERTVS,

Doctorum columen perenne Vatum,

Patronus facilis nouem Dearum;

Hic est, qui poterit tuæ mederi

Fortunæ miseræ atq; luctuosæ:

Hic te sollicitum benigniori

Consolabitur allocutione:

Hic fletus, querimoniasq; crebras

Et iungi lacrymas, grauesq; luctus

(Heu turbam misero dolore natam)

Longè delicijs suis repellet,

Tuorum & requies erit laborum.

Ergo nunc age, Prisciane, uade,

Et citò pete nobilem Rupertum.

Vix potest melior tibi Machaon

Aut peritior uspiam inueniri.

Illum namq; duplex ad astra tollit

Virum nobilitas: simulq; certant

Sanguis, ingenium, eruditioq;.

Nil hoc suauius, elegantiùsue est:

Et quantum est hominum eruditiorum,

Nil hoc doctius est, politiùsue.

Nam dici meruit bonus Poëta:

Et Rhetor meruit bonus uocari.

Vi linguas taceam, optimosq; mores,
 Meras delicias, meros lepores.

O iam te incolumem breui futurum,
 Qui nunc de numero es miserrimorum.

Non illic homines malos timebis:

Non facta impia, non graues dolores,

Risus, scommata, uerberum procellas,

Probra, uulnera contumeliasq;

Non casus alios periculorum:

Sed semper tibi erit bene ac beate.

Et quod te faciet beatiorem:

Illic inuenies tuas sorores,

Rebeccam roseam, piam Susannam,

Et plenam pietatis Hildegardim:

Puellas lepidas, amabilesq;

Et multis salibus perelegantes.

Hæc tui commoda tam beata, segnis

Noli negligere, aut putare parui:

Verum mox age, uade Prisciane:

Et cito pete nobilem Rupertum,

IN NOMEN NICODEMI

Frischlini.

Epigramma

Nathanis Chytræi.

CVR uictor populi uegetus Frischline uoceris:

Indicat ingenij uis generosa tui.

Indicat & corpus uegetum, sublime, decorum,

Indicat & lingue gratia grata tue:

Inge,

Ingenij certè Latias, Graiasq; camœnas
 Historiæq; omnes uis superauit opes,
 Et de deuictis statuit quasi grande trophæum,
 Quod multis referunt carmina culta libris,
 Quos numero haud paucos in lucem strenuus edis.
 Quis etiam doctos uintere posse doces
 Scilicet hoc die perspexit acumine mentis
 Qui patria imperij sceptrâ Rodolphus habet.
 Cum plebi exemplum lauri cum fronde locauit
 Te claros inter nobilitate uiros.
 Maeste animo populi & doctorum strenue uictor,
 Iam tibi sit te ipsum uincere uelle labor.

IN LAVREATVM FRISHLI-
 ni Mercurium.

Qui tibi nascenti faustis, Frischline, diebus
 Felici affulsit sidere Mercurius:
 Idem etiam uoluit Phœbea fronde decorus
 Spectari in clypeo, magne poëta, tuo.
 Quid mirum tantos tribuat si Cæsar honores,
 Cui fata, ac cœlum, Numinaq; ipsa fauent?

Iohan: Posthius M. & P. L. F.

AD PIERIDES DE FRISCHLINO
 Ioan. Lauterbachius Poeta L. & C.

Ingenij uaria decorat Frischlinus ab arte
 Dum genus & patriam, magnanimumq; Ducem
 Non tantum iunctæ Phœbo cum fratre Sorores,
 Illius

*Illius ornastis daphnide fronde caput:
 Oscula quinetiam iunxistis suauia libris,
 Dulcia quæ casti mella Heliconis habent.
 Quis nisi mentis inops illum non ardeat, optet?
 Dat generi, patriæ, dat quoq; mella Duci.*

Frischlino Poetæ L. Et. P. C. Idem.

Quod Frischline meos princeps stas inter amicos
 Inq; loco sedem nobiliore tenes:
 Hoc faciunt mores, Chelys hoc blandissima
 cantu,

*Hoc donis uirtus, digna fauore, suis.
 Nam quoties dignos considero nomine mores,
 Virtutem, & blandam uoce modisq; chelyn.
 Non toto possum tibi non ex corde fauere:
 Stas merito princeps nobiliore loco.*

Eidem.

Frischlino, tenues mei, Poetæ,
 Multas Hendecasyllabi salutes
 Primum dicite: tum tribus Poetæ
 A Lauterbachio referte uerbis:
*Gaude, uiue, uale: sed à Podagra,
 Qua multum cruciatur absolutus,
 Diris quam cupit ad procul iacentes
 Indos & Garamantas, ut releges,
 Addens pollicitis fidem: à Podagra
 Liber uersibus in suis, ituq;
 Ut possit pedibus, frui, nec ulla
 In uersu pedicas ituq; posthac
 Multos amplius experiri in annos.*

Istis Hendecasyllabi peractis
 Frischlino reduces mihi à poeta,
 Sed cum scœnore, præpetes adeste.

Ad Illustriss: Principem Vvir-
 tenbergicum.

SIT licet eximium tibi Dux celsissime nomen:
 Quod toto nemo non bonus orbe canit:
 Fit tamen hoc matius, laudum Philomela tuarum,
 Frischlinus Musa dum grauiore canit.
 Dignus quem uictu, studijs, auroq; poetam
 Afficias, nomen cantet ut usq; tuum.
 Temporis absument progressu cuncta uetustas,
 Cantatum Musis nomen in orbe manet.

Frischlino Poetæ & Pala-
 tino Comiti,

QUod Frischline uirens tua cingit, tēpora laurus
 Esq; Palatinus Casare dante Comes.
 Gratulor accepto, quo splendes auctus, honoris
 Gaudeo te uirtus quod super astra locat.
 Mercurius ligno pulcer non fingitur omni:
 Felix quem uirtus, quem ueneratur honos.

Eidem.

TV mortale mihi numen Frischline uideris,
 Dant immortales tot tibi dona Dei.
 Mars animū, Pallas sôphiam, mel Athlantijs oris
 Hermes, dat charites æquore nata Venus.
 Laurigeri taceam doctas ut Apollinis artes,
 Hic te sacra facit Pieridasq; loqui.

Tot tibi dum ueniunt Diuūm immortalia dona,
Mortalis Diuūm dote uidēre Deus.

Ioannes Lautherbachius Poeta
nobilis & Coronatus, Ludi
literarij apud Heilpro-
nenses Rector.

AD NICODEMV M FRISCHLI-
num in calumniatores P. Me-
lissus Schedius P. L.

Quid tibi cum genere hoc? Frischline uetabis,
opinor,

Rana sub infāmi ne maledicat aqua:
Neu bubo feralē canat, neu pica loquatur
Garrula, neu coruūm guttura rauca sonent.
Neu strix horrendum stridat, neu merdiuorū sus
Grunniat, & latrent improba turba canes.
Iam pridem didici uanas contemnere uoces,
Iam pridem fatuos nil metuisse sonos.
Suffenus Bauiusq; tuum detrectet honorem:
Mæuius, hircus olens, crimina foeda crepet:
Ride. nam cumulat ueterator laudis aceruum:
Per nequam atq; bonos laus uenit æqua bonis.

Salomon Frenzelius Vratif-
lauiensis. P. L.

L Is de Prisciade est tuo duobus:
Alter ridiculum uocat, stupendum
Alter: remq; ait approbare id ipsam,
Omnem interueniens repente litem
Diremit Clarij gregis sacerdos:
Frischlini ingenium est, ait, mearum
Sedes Pieridum: Galenus ipse,
Ipse & Bartholus, & Plato ipse (quodq;
Summum est) Relligio, Dei ministra
Verax, hic habitant. Vocet stupendum,
Seu quis ridiculum, nihil morabor.
A magno ingenium datum Tonante
Dico: quod medicus Galenus ipse,
Ipse & Bartholus, & Plato ipse, quodq;
Sedem Religio sibi parauit.

Idem contravirulentos momos
Frischlini.

C Vm noceant alijs, Frischlinum toxica sanant:
Dic, quid mome uelim? laudo tuos stimulos.

Idem ad Frischlinum.

I mpallescentem quod ego te turbo camenis,
Ignotus: stomachum si grauis ira coquit:
Ne mihi succense: tua fama merebitur iram:
Illa tuas pridem iussit adire fores.

NICODEMVS FRISCHLINVS

Salomoni Frenzelio poetæ

L. salutem.

Scribis inter alia ad me, circumferri
 Tubingæ à quibusdā magistris, nugacissimum, sordidissimum & stolidissimum Epigramma hexastichū: quod sceleratus quidam asinus in me scripserit. Sed quia tu nomen illius nebulonis non exprimis: ego nescio, quibus in latebris, ista tā virulenta vipera sese occultet. Gratissimum mihi feceris, si eum hominem mihi nomines, & eam mensam, ad quam volenti tibi istud Epigramma describere, illum, cuius erat, eripuisse ais. Atq; hoc ut facias, te non solum oro, sed etiā hortor: & hortor per eam Palatii Cæsarij dignitatem, cui⁹ beneficio, tu summos in re poetica honores affecutus es: etiam Doctores honoribus omni iuris ratione æquales. Nam me quoq; eiusdem Palatii Comitē esse, non ignoras. Interim verò nolim hoc tibi mirum videri: quod eiusmodi sunt nebulones & sycophantæ, in patria mea, omnium nebulonum & sycophantarum lōgè nequissimi: qui M. Vua-

generi, pessimi ardelionis, exemplum secuti, omnis generis cōuicia in me immerentissimū aut ipsimet dicunt scribuntq; aut alios dicentes & recitantes cum risu & voluptate audiunt: ac non potius meam auctoritatem & famam, vt hominis de vniuersa patria, fortasse non omnino malè meriti: cōtra eiusmodi fures, & nequam sycophantas defendunt. Nosti illud: nemo propheta acceptus in patria. Sed consolatur me rectè dictorum & factorum in omni vita mea, bona conscientia: tum in primis aliorum quoq; & meliorum hominum de me honorifica iudicia atq; testimonia: quæ ego hisce Comœdijs, pro vindicando honore meo, adiungenda duxi: vt & tu, & alij similes tui, iam deinceps habeatis, quod istis asininis crepitibus, quibus ego aliàs sublato pede oppedere soleo, possitis opponere. Nam hac ratione istos teterrimos nebulones, crucemque meritos furciferos, perfacile irridebitis. Argentorati, Idibus Decemb. LXXVIII.

Aucto-

AVCTORIS AD LECTO-
rem æquum admonitio.

NE quis in hoc Dramate existimet à me reprehendi, aut studia Philosophica, aut doctrinam medicā, aut Disciplinam iuris ciuilis, aut deniq; hanc aliamuè religionem: sciat æquus lector, nihil hîc taxari, nihil rideri, nihil carpi præter sordidum sermonis genus: quod superioribus seculis, omnia artium & doctrinarum studia, quasi diluuium quoddā inundauit. Equidem Thomas & Scotus tam profundè fuerunt docti: vt mihi videntur multa in Philosophia vidisse, quæ ipsum Aristotelem latere potuissent: sed genus sermonis, quo vtuntur tam ineptū est, tamq; insulsum, vt nihil possit dici ineptius, nihilq; insulsius. Quòd autē mores Quodlibetarij sacerdotis è Malleolo carpuntur: id boni & innocentes, non ad se, sed ad malos pertinere sciāt. Nam horū luxuriæ, Næuisanus in sylua Nuptiali eādem, quā nos, medicinā adhibet. Neq; Philipp⁹ aut Erasmus in hoc dramate de negotio religionis, aut de articulis fidei disputāt; sed tantū de studijs agūt humanio-

niorib⁹, & de rebus, quæ pertinet ad vni-
uersos. Quæ quidem de re breuiter te ad-
monendum esse putauimus, ne quis ca-
lumniator, aut sycophanta mētem & no-
stram, & nostrorum verborum temera-
rio ausu possit inuerrere. Vale & Priscia-
num saucium pro tua virili sana & cura.
Argentorati, Anno &c. 84. s. Calend.
Ianuarij.

Emendanda in hac Comœdia.

Pag. 41 li. 19. le. grauatiuus. p. 42 li. 3 iudico. P. 47 li. 21.
perduint. p. 50 lin. 11. appropriari. p. 57. lin. 24. pa-
ter noster. p. 62. lin. 15. ictus. p. 66. lin. 27. Dis-
ferratus. & lin. 30. ibid. leg. Graica. pag. 70. lin.
16. ei imputari. pa. 71. lin. re & corpore. ibid. lin.
22. malè pereas tu cum. pag. 81. lin. 26 Marscal-
cus. p. 98. lin. 3. leg. admittent. p. 106. lin. 4. pos-
sunt. & lin. 29. commeier.

Mendum in Iulio reliquum.

D. 2. col. 2. lin: 21. pro extendit lege extendunt.



VENVS.

TRAGŒDIA
NOVA, EX LIBRO PRIMO
AENEIDOS VIRG:
AVCTORE.

NICODEMO FRISCH-
LINO, P. L. COMITE PA-
latino Cæsario, &c.
* * *



Cum Gratia & Priuilegio Cæsareo.

ARGENTORATI.

Apud Bernardum Iobinum,
M. D. LXXXV.

VENIA

TRACODIA

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

NOVA EXIMIO

GENEROSIS
ET VERE ILLVSTRIBVS
DOMINIS: D. CONRADO, D.
Adelunico, & D. Hermanno: Comitibus
à Tubingen: Dominis in Liechte-
neck. &c. suis Dominis ob-
feruandis.

S. P. D.

Nicodemus Frischlinus.



VM adhuc Tubingæ, in
mea Patria, prælegerē stu-
diosis literarū adolescen-
tibus, Virgilij Aeneida: id
negocij credebā mihi da-
tum: vt studijs discipulorum
prodesset, quem tunc in prælegendo sus-
cipiebam, labor. Nam & de rebus, quæ in
eo opere tractantur, & de verbis, quibus
istæ res, à Poeta exprimuntur, tum ipse-
met cogitabam diligenter, tum auditores
quoque meos diligentissimè cogitare iu-
bebam. Etsi enim res quæ ibi tractantur,
magna ex parte sunt fictæ & fabulosæ, ta-
men ita fictæ sunt, vt aliquā veri habeant

similitudinem : & vt moneant lectorem,
de rebus veris , maximeque arduis. Sed
quia nos iam olim , de varietate rerum
optimarum & maximarū, quæ in Aenei-
de proponuntur, peculiarem orationem
scripsimus: ideo lectore eò remittimus.
Iam enim de verbis, eorumque imitatio-
ne duntaxat aliquid hoc loco præfari con-
stituimus. Nam in hac re omnis virtus
oratoris perfecti consistit, vt aptè possit,
verba & Phrasin veterum auctorum imi-
tari : & quasi consimilia quædam opera
antiquis operibus efformare. Quare in
explicatione verborum primam dabam
hanc operam : vt ostenderem , quid esset
propriè dictum, quid figuratè, quid vñta-
tè, quid Poeticè. Deinde paraphrasin di-
ctabam: cuiusmodi edita est à nobis , in Bu-
colica & Georgica Virgilij, & in Satyras
Persij: & cuiusmodi habemus scriptam
à nobis , in Epistolarum libros Horatij.
Postremò etiam hoc agebamus : vt abso-
lutus liber in formam Tragoediæ redige-
retur: ita vt à me prælecta & à pueris per-
cepta, possent in scenam produci. Nam
hac ratione putauimus, etiam memoriæ
adolescentum exercendæ, & aptæ actio-
ni comparandæ, non malè consultum iri.

Et si

Et si autem eam grandiloquentiam non
sumus consecuti, quam Seneca in suis
Tragœdijs, & quam Buchananus noster,
in suo Iephthe: id tamen operæ à nobis
datum fuit: vt Phrasin Virgilij retinere-
mus: & quoad eius fieri posset, nullum
aliunde verbum quæreremus. Hoc stu-
dium nostrum, cum amicis nostris pro-
bari videremus: passi sumus annis superi-
oribus, vnam illarum Tragœdiarum in-
lucem prodire: quæ Dido inscribitur: &
ex quarto Virgilij operis libro petita est.
Hanc autē Venerem, ex primo eiusdem
operis libro conscriptam Comædiam, vt
vobis, generosi atque illustres Comites,
potissimum dedicarem, causæ fuerunt nō
omnino nullæ. Nam Iuliū meū, cū is
Tubingæ ageretur, me adhuc extra patriā
apud Carniolanos commorante, vos ap-
plausu vestro mirificè approbastis: cumq;
is in lucem iam prodeat: volui hanc Ve-
nerem ei esse comitem: quando Venerē
Poetæ aliās dicunt gentis Iuliæ, ab Aenea
ortæ, primam parentem extitisse. Accedit
huc, quòd vos me, meamq; familiam, è
peregrinis locis in patriam reuerfos, sum-
ma humanitate excepistis: & tantis affe-
cistis beneficijs, quanta nos nullo vnquā

tempore compensare poterimus. Atque
utinam coeptam in explicatione Dialecti-
cæ meæ telam, licuisset mihi pertexere:
quandoquidem vestram diligentiam, &
studium discendi, tam ardens in vobis ani-
maduerti. Sed quia typographorum ino-
pia factum est, ut huc proficiscerer, libro-
rum edendorum causa: dabitis vos absen-
tiæ meæ veniam: & hac Venere mea desi-
derium mei interim exatiabitis. Vbi Ari-
stophanem & Callimachum meum vi-
dero in lucem editos, cum Paraphrastica
interpretatione, Virgilij, Horatij & Persij;
nec non meam utramq; Grammaticen
& meum Nomenclatorē, & meas omnes
Comœdias, vno comprehensas volumi-
ne: ibi demum constitui meam reuisere
familiam. Nam hisce operibus meis ex-
tremam volo addere manum: & eam, quæ
in corrigendis Typographorum erratis
insumitur opera, ipsemet mihi sumere: ut
libri mei, quoad eius fieri potest, emenda-
tissimi in lucem prodeant. Ante omnia
autem huc me impulit splendor familiæ
& virtutum vestrarum, ut hanc Venerem
vobis consecrare. Nati enim estis ex ea
familia, quæ cum olim amplissimas tene-
ret ditiones in omni Sueuia, plerasq; pos-
sessiones

sessiones suas, ad cultum religionis & ad studia pietatis contulit. Nam Rudolfus, Palatinus Tubingensis, circa annū Christi millesimum octogesimum, nobile illud & opulentum monasteriū fundavit Bebenhusium: & Mangoldus atque Anselmus, Palatini Tubingenses, Blaubiriā ad fontes Blauī, & Anhusium, in valle Brentiana duo amplissima monasteria posuerunt. Marquardus item si nomen rectē memini, comes Tubingensis, minorem Augiam, in lacus Brigantini insula, ædificauit. Quid dicam de Hugone, Palatino Tubingensi, comite Brigantiæ, Domino Ruggæ & Gerenhusij? qui aduersus Guelsum Bauariæ ducem potentissimum, armageffit, & vim sibi inferentem, in campis Tubingensibus, ingenti prælio superauit? Habetis, ni fallor, præcipuos familiæ vestræ heroes, à sexcentis annis ad hunc usque diem repetitos, atque à me consignatos: quorum virtutes, tanquam domesticum exemplum, vobis quotidie versantur ob oculos. Sed cum inanis sit illa gloria, quæ in veterum imaginibus posita est: nisi propria virtus ad illam accedat: vos certè omne punctum aufertis, qui acceptam à maioribus vestris lucem, vitæ

vestrę actionibus adeo non obscuratis, vt
eam longè, quàm fuit vnquam, illustrio-
rem reddatis. Quę enim hęc est pietas
vestra: qui amor doctrine cœlestis: quod
vos sacras conciones nō auditis tantum,
sed etiam calamo excipitis? Quæ ista hu-
manitas vestra, quòd viros doctos & lite-
ratos, tanto amore prosequimini? Quæ
isthęc discendi cupiditas, quòd non mo-
dò publicas lectiones frequentatis: sed et-
iam priuatis exercitationibus domi intra
vestros parietes quotidie operam datis?
Et quid ego te laudem, Conrade, aut quid
te prædicem? Vereor certè, ne si in oste
laudem, videar inimicis meis adulari tibi
velle. Sed siue ita illis videar, siue non: di-
cam, quod me *θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι μελέει*. Etsi e-
nim tacere vellem de tuis laudibus, tamē
non sineret me tacere illa virtus tua, quā
nuper admodum declarauit oratio tua,
tam docta, tam polita, tam sapiens, tam
grauiter à te dicta: cū tu in cœtu scho-
lastico abdicares te magistratu Academi-
co: quem præterito hoc semestri, summa
cum dignitate & summa cum laude, ges-
sisti. Quid dicam de meo Adeluico, de
meo Hermano: duabus illustrissimis ani-
mis? Nam quoties illius conuersationis
no-

noſtrę, tam ſuauiſ recordor: quoties no-
ſtrę Muſicę:quoties colloquiorum:toties
mihi refricatur ſummum illud,& vix effa-
bile deſiderium, vos reuiſendi. D E V S
optimus Maximus, vos cum veſtro piſſi-
mo, et doctiſſimo præceptore Caſparo
Kantengieſer:viro integerrimo & amico
meo ſuauiſſimo, non modo ad reditum
meum, ſed deinceps quoque per omnem
vitā, diutiſſimè ſeruet incolumes:idemq;
ſtudia veſtra dirigat, ad Eccleſię ſuę, Reiq;
publ. vtilitatem, ad ciuium veſtrorum ſa-
lutem, ad nominis veſtri decus & or-
namentum. Argentine:Idi-

bus Nouembris

Anno 84.

A 5



PERSONAE.

IVNO, Dea

AEOLVS, Deus.

CHORVS Nereidum.

AENEAS, Rex.

ACHATES.

VENVS, Dea

IUPITER, Deus.

ILIONEVS

DIDO, Regina.

CVPIDO, Deus.



VENVS, TRAGOEDIA
NOVA. EX PRI-
MO LIBRO AENEIDOS.

ACTVS I.

IVNO.

MEne igitur incepto meo desistere?
Nec posse Regem Troicum solo Italiae
Avertere? an fati prohibeor caelitus?
Pallasne classē exurere potuit hostium:

Pontoq; Graecos turbido submergere:
Vnius ob noxam & furorem Oilei
Aiakis? ipsa Iouis coruscam ē nubibus
Iaculata flammam: dispulit quassas rates:
Ventisq; pelagus eruit rapidissimis.
Illum euomentem pectore ignes, turbine
Corripuit: & scopulo improbum afflixit uirum.
Ego uero, quae regnia diuorum, & Iouis,
Incedo soror & uxor, uno cum Phrygum
Populo toti annos (proh nefas) bellum gero.
Et quisquam adoret numen hinc Iunonium?
Arisue supplex post honores inferat?

AEOLVS, IVNO.

VIX carcere Aeolio Notorum murumra,
Ventosq; nauifragos premo: uix nubilos
Refreno nimbos: uix domant Eurum iuga
Impo-

VENVS, TRAG OEDIA

Imposita montis, cum parietum uinculis:
 Mihi molliendi sunt animi: & iræ furor
 Attemperandus uocis est dulcedine:
 Sceptroq; moderandus furoris impetus.
 Nisi faciam: terras, mariaq; & sydera,
 Secum ferant rapidi, & per auras distrahant.
 Hoc pertimens, sator ille rerum Iupiter,
 Molcmq; montesq; insuper celsissimos
 Imposuit: & Regem dedit: qui sedere
 Aequabili sciat premere, laxasq; eis
 Dare iussus à Dijs habenas cœlicis.

IV. Hæc Aeolia: ubi foetus est furentibus
 Austris locus: uideo Acolum, regem loci.
 Supplex ad isthunc utar æquis uocibus.

AEO. Quid mœsta uultum, luno, molire huc gra-
 dum?

IV. Aeole, tibi nanq; Deum & hominum rex pater
 Mulcere fluctus: ac Notis attollere
 Pelagus dedit. Gens mihi mimica nauigat
 Thuscum æquor, Ilium & penates Troicos
 In Italiam portans. Age Austris incute
 Vim turbidis: puppesq; submersas aquis
 Obrue marinis: aut uirorum corpora
 Nauesq; disijce pelago. Sunt Aeole,
 Mihi quatuordecim puellæ uirgines:
 Quarum uenustate omnium pulcherrimam,
 Tibi dicabo Deiopeam propriam:
 Stabiliq; iungam coniugem connubio:
 Omnes ut annos pro hisce meritis maximis
 Tecum exigit: pulchraq; prole te patrem

Faciat

NICODEMI FRISCHLINI.

Faciat. AEO. Tuus, regina cœli, quid uelis,
 Disquirere labor: mihi capeffere iussa fas
 Est: tu mihi hoc, quodcunq; regni, tu louem,
 Tu sceptrâ concilias maris latissîmi:
 Tu me Deorum epulis dedisti accumbere:
 Tu me potentem Aquilonij nimbi facis.
 Atq; en: cauum Regina montem cuspide
 Impello conuersa, in latus. IV. proh Iuppiter,
 Quàm celeriter, quâ porta data, uenti ruunt?
 Quanto agmine erumpunt? maria quo turbine
 Terrasq; perflant? quot procellis Africus
 Crebescit: & quos excitat fluctus maris?
 AEO. Regina cœli, nata Saturno, aspice,
 Nubes ut eripiant diem, & nitidum iubar
 Solis, phrygum ex oculis: ut intonent poli:
 Vt promicent ignes: ut atra nox mari
 Vasto incubet. IV. Voces uirorum exaudio.
 AEO. Etiam rudentum stridulorum murmura
 IV. Aduersa uelum istud procella concutit.
 AEO. Et remus illic frangitur, luno uidet?
 IV. Auertit hîc se prora, & undis dat latus.
 AEO. Montes aquarum prospicio subito, Dea:
 Aestus furit arenis: aperit fundum maris
 Hiscens aqua inter fluctuum uoragines.
 IV. I nunc genus Veneris: pete per undas solum
 Agri Latini: pete negatas Dardano
 Sedes. Beatum ô ter quaterq; filium
 Veneris: patrum si ante ora sub celso Illo
 Oppetere contigisset: ubi sæuus iacet
 Hector, ubi Sarpedon: ubi Simois rapax,

VENVS TRAGOEDIA.

Tot arma, tot galeas, sub undis contegit:
 Tot fortia uirorum uolutat corpora.
 AEO. En luno, habes, quod me rogasti: tres Notus
 In coeca saxa torquet abreptas rates:
 Itali uocant aras medijs in fluctibus:
 Immane dorsum. tres ab alto marmore
 In breuia, Syrtesq; urget Eurus: & uadis
 Illidit: unam, quæ uehit Lycium ducem,
 A uertice ingens pontus in puppim ferit.
 Pronus Magister in caput deuoluitur.
 Illam rapidus ibidem agit fluctus maris
 Circumrotatam: & naufragus uortex uorat.
 Rari natantes in mari uasto procul
 Visuntur, & uirum arma, tabulaq; & Phrygum
 Gazæ per undas, & ruinae Troicae.
 Iam fortis Ilionei ratem, iam prouidi
 Carinam Achata: & quæ senior Abas uenit
 Inuectus, & quæ uenit Alethes grandior,
 Omnes hyems aduersa uicit: omnium
 Latera fatiscunt, dirutis compagibus:
 Imbremq; rimis hauriunt latissimis.
 Sed ecce turba mæsta adest Nerëidum

CHORVS NERE-

IDVM.

Choriambici.

Misceri pelagus murmure naufrago,
 Emissamq; hyemem rex maris inclutus,
 Imis

Imis stagna uadis eruta peruidet:
 Commotus grauter, cœrulea maris
 Ex unda placidum iam caput extulit:
 Disiectam tumido prospicit æquore,
 Classẽ Dardanidũ: fluctibus obrutos
 Troas; nec uiolens ira Deum latet,
 Iunonisq; dolus plurimus asperæ.
 Ergo æquor tumidum non malè temperat:
 Iamq; ad se Zephyrum conuocat & Notum:
 Atque illos rigidis uocibus increpat.
 An uestri generis uos, ait, hæc tenet
 Confidentia: iam terram ut & æthera
 Permiscere, meo sic sine numine,
 Ausus tumidi? quos ego: sed mare
 Commotum satius nunc mihi sistere.
 Maturate fugam flabra Aquilonia,
 Regiq; Aeolio hæc dicite nuncia:
 Non illi imperium sorte datum maris,
 Nec sceptrum trifidum, sed mihi contigit.
 Immanes scopulos, saxaq; grandia,
 Vestras Eure domos, iste habet arbiter.
 Hac se aula tumidus iactitet Aeolus.
 His dictis Zephyros placat & æquorat:
 Et collecta fugat nubila ab æthere.
 Triton Cæruleus, Cymothoe simul
 Detrudunt scopulo Dardaniar rates:
 Rex Syrtes aperit ipse tridentiger:
 Et sceptris ualidis æquora temperat:
 Ac summas leuibus currit aquas rotis.
 Ut magno in populo cum subito extitit

Ingens seditio: plebs animis furit
 Sæuis. iamq; faces saxaq; prouolant.
 Ira hîc arma facit: tela parit furor.
 Tum si quem meritis fortè grauem uirum
 Conspexere, silent: & simul auribus
 Adstant morigeris. Ille animos regit
 Dictis, ille leuat turbida pectora.
 Sic cunctus pelagi iam cecidit fragor:
 Postquam prospiciens æquora rex maris,
 Cœlo flectit equos, laxaq; prouolans
 Curru lora dedit, numine prospero.
 Desse si Aeneadæ proxima littora
 Contendunt petere: & iam Libyam tenent:
 Quâ perstat resonis littoribus locus:
 Portumq; acta fretis efficit insula
 Obiectu laterum: quîs aqua frangitur.
 Hinc atque hinc scopuli, saxaq; prominent:
 Quorum sub latebris æquora confident.
 Tum syluis nigricans scena uirentibus,
 Umbrosumq; nemus desuper imminet.
 Dulces intus aquæ, uiua sedilia,
 Nympharum domus. hîc uincula non tenent
 Naues, non cohibens alligat anchora.
 Huc septem ratibus Dardanidûm nepos
 Aeneas subiit: turbaq; remigum,
 Optatæ potitur littoribus plagæ,
 Atq; artus madidos æquore recreat.
 Sed rex Troius adest cum comite optimo

ACTVS

ACTVS II.

Aeneas, Chorus, Achates.

Portum petamus iterum Achate: inq; socios
 Hæc partiamur: uina quæ cadis
 Onerauerat Acestes, in ora littoris
 Trinacrii: dederatq; ituris: diuidam
 Socijs egomet: animosq; tristes erigam.

CH. Profare, quid rerum geratis in his locis?

AEN. Heu triste passi naufragium, in hæc littora

Appulimus, ignari locorum, nescij

Hominum. CH. uiæ comites ubi? memora mihi.

AEN. Corruptam aquis Cererem: armaq; cercalia

Torrere flammis apparant, & frangere

Saxo. CH. Vnde tu tenes iter? an à littore?

AEN. Scopulum modò huius littoris celsissimum

Conscendi, & omnem penè conspectum maris

Lati petiui: si biremes Dardanas,

Et nauitas Phrygios uiderem: sed ratem

Nullam uspiam. CH. præda unde uenit hæc tibi?

AEN. Tres fortè ceruos littore errantes procul

Aspicio: quos armenta tota in uallibus

Sequuntur: & longum agmen unà pascitur.

Hic constiti, atq; arcum manu Corynium,

Celeresq; corripui sagittas illicò:

Quæ tela fidus hic gerebat armiger:

Ipsosq; ductores, capita sublimia

VENVS TRAG OEDIA

Altè ferentes cornubus latissimis,
 Consterno: tum reliquum omne uulguſ misceo,
 Telis agendo, frondeum inter hoc nemus.
 Sed iam reuiſendi ocuſus ſunt milites.
 Tu ſequere me celeri gradu. ACH ſequor illicò.
 CH Expromē, quod prius rogabo. ACH. non uacat.
 Morare; dum reuertar huc. tum dixero.
 AEN. ô milites ſocij (haud enim ignari ſumus
 Vitæ malorum) ô duriora pericula
 Paſſi: dabit Deus etiam his finem malis.
 Vos & Charybdis barathra: uos Trinacriæ
 Scyllæ latebras: Vos Cyclopea littora
 Aceſſiſtis. Eia animos reſumite, & procul
 Meſtum timorem mittite: hoc quoq; forſitan
 Meminiſſe nunc olim iuuabit. Aſperæ
 Per lubricas ſortis uias: per plurima
 Discrimina imus ad petitos limites:
 Vbi fata ſedes offerunt accommodas.
 Illic reſurget Ilium: & Troiſ domus
 Aeterna durate interim, & uoſmet bonis
 Seruate rebus. ACH. præda adeſt: iam diuide.

VENVS. IVPITER.

Qui Deumq; hominumq; res cœleſtibus
 Regis Imperijs: ſæuoq; terres fulmine:
 Quid potuit Aeneas meus, quid exules
 Potuere tantum in te Phryges committere:
Quibus

Quibus tot ærumnas tot atra funera
 Sine fine passis, cunctus ob Italiae solum
 Orbis plagarum clauditur? certe hunc duces
 Fore Romulos pollicitus es, uoluentibus
 Annis, Phrygum à stirpe reuocata: qui mare
 Terrasq; sub iugo tenerent perpetim.
 Quæ te, pater, uertit animi sententia?
 Equidem rumas Pergami, & casum Ilij
 Solabar hoc, fatis rependens asperis
 Meliora fata. nunc uiros tot casibus
 Exercitos, fortuna durior premit.
 Quem das laborum, magne Rex, modum?
 Antenor elapsus Pelasgorum manus
 Medias, procul penetrauit Illyricos sinus:
 Fontemq; superauit Timaui: & intimas
 Sedes Liburnorum: unde præruptum mare
 Nouem it per ora, montium cum murmure
 Et pingua pelago arua resonanti premit.
 Hic ille Pataui urbem locauit: & domos
 Teucrorum, & arma fixit: & genti nouum
 Nomen dedit. Nunc pace placida conditus
 Quiescit ille: nos tuæ soboles, quibus
 Cælum annuis, classe (oh nefas) disperdita,
 Vnius insanas ob iras prodimur:
 Italisq; longè ab urbibus disiungimur.
 Hic ne pietatis est honos? sic nos, pater,
 In scepra (proh pudor) reponis pristina?
 IV. Cytherea, parce metu: manent tibi cœlitus
 Immota fata: olim uidebis mœnia
 Lauina, & urbem debitam nepotibus:

VENVS, TRAGŒDIA

Feresq; sublimem poli super ardua
 Conuexa filium.haud enim sententia
 Me uertit,hic tibi (sârier enim mihi lubet:
 Quando remordet curate hæc: & longius
 Arcana fatorum reuoluam nunc tibi.)
 Hic bellum Italia ingens & asperum geret:
 Populosq; contundet feroces, & uiris
 Mores, & alta ponet urbis moenia:
 Dum tertia Latio sedentem uiderit,
 Sceptrumq; gestantem Italia æstas:ternaq;
 Rutulis subactis bruma iam transiuerit.
 At Ascanius Iulus,ut iam nomen est:
 Ilus erat,Ilia dum stetit regno salus:
 Explebit annos ter decem imperio nouo:
 Regnumq; transferet à Lauinis sedibus:
 Albamq; longam munit ui plurima.
 Hic iam trecentas euolutis mensibus
 Regnabitur hyemes,sub Hecloreo poplo:
 Regina donec Ilia Sacerdos Rhea,
 Prolem gemellam,Marte grauis partu dabit.
 Exinde fuluo tegmine altricis lupæ
 Letus paternam Romulus gentem,bonis
 Excipiet auspicijs, & urbis Martiæ
 Noua ponet in solo Latino mania:
 Suoq; Romanos uocabit nomine.
 His ego,Venus, nec terminos,nec tempora
 Pono:imperium sine fine do.quin aspera
 Mea Iuno: quæ mare nunc fatigat & polum,
 Omniaq; territat metu:mox omnia
 Consilia referet in melius: & Romuli

Gentem togatam, atq; Dominam rerum omnium,
 Mecum fouebit. sic placet. Labentibus
 Adueniet etas temporum lustris: domus
 Cum Dardani, Phthiam & Mycenae sub iugo
 Premet: subactisq; Danae dominabitur.
 Nascetur hac Troianus ex origine
 Iulius: Iulo ex Troico nomen gerens
 Caesar: suum Imperium polo qui terminet,
 Famamq; terrae finibus non finiat.
 Hunc tu uirum secura quondam, ditibus
 Spolijs onustum Orientis accipies, Venus
 Coeliq; regnis inferes sublimibus.
 Votis quoq; hic, ut caelites, uocabitur.
 Tum seculum mitescet asperum, Venus:
 Pax orbe toto, bella composita omnia:
 Vesta & Fides, pio Quirinus cum Remo,
 Iura populis dabunt: repagulis feræ
 Claudentur armorum fores: furor impius
 Sæua super arma intus sedens, & æneis
 Post terga nodis uinctus, horrido fremet
 Cruentus ore. VE. his acquiesco Iuppiter
 Oraculis: animumq; uenturis meum
 Nunc erigo fatis: tibiq; grates ago.
 IV. Atq; ecce nata: filium Maia editum
 Demittam ab alto: ut Iliensibus nouæ
 Carthagini pateant domus: ne nescia
 Fatorum Elisa, finibus procul arceat.

CHORVS.

Choriambici.

Quem uultu patrio Iuppiter aspiciit
 Sortis despiciet tela uolubilis.
 Non illum pelagi uis Aquilonia,
 Non flamma & rapidi magna Iouis manus
 Sincerum solida mente quatit: neq;
 Auster, dux iumidi turbidus Adriæ.
 Si confracta poli machina corruat
 Terræq; impavidum concutiet fragor,
 Arte hac Tyndarides, & uagus Hercules
 Innixus, nitidum contigit æthera.
 Hac te Bacche Pater, promeritum tuæ
 Subuexere Tygres, indocili iugum
 Collo suppositæ: hac arte Acherontiae
 Aeneas fugiet coena uoraginis.
 Tu tantum, ô generis Dardanijs sator,
 Pollens horrifico fulmine Iuppiter:
 Prolem haud degenerem, respice Troicam.
 Dum busto Priami, dum Paridis pecus
 Insultet cineri: stet Capitolium
 Quondam, resquæ Asiæ Roma ferox premat:
 Medis Roma potens iura det Itala:
 Et latè horrificum nomen in ultimos
 Extendat populos: quàm medius liquor
 Europam à Lybico littore diuidit

Quam Nilus refluo prata rigat lacu.

At tu progenies uera Deum, sacer

Aenea, hunc animum rebus in asperis,

Serua: quodq; facis, perfice sedulo:

Ne te deiiciant dura pericula,

Conturbentq; animum fata minantia.

Informes hyemes Iuppiter aduehit,

Atq; idem remouet: si malè nunc erit:

Non sic semper erit: quondam etiam pater

Musam, quæ tacuit, pectine suscitauit:

Nec semper iaculum dirigit hosticum.

Rebus tu dubijs esto animosior:

Idem uela nimis targida contrahes:

Cum uenti nimium flant tibi commodi.

A C T V S III.

Aeneas, Achates, Venus.

L Vx alma cælo reddita est: Achate ades.

ACH. Assum Pater, classemq; nemorum rupi-
bus

Sub excauatis abdidi, clausam arborum

Umbris. AEN. locos spectariet libet novos,

Ventoq; quas accessimus terras. ACH. utrum

Homines feræne locum colant, ego nescio.

AEN. Inculta uideo hîc omnia. ACH. gradum repri-
me.

Hic uirgo uenatrix it obuiam, gerens

Habitu Lacænae, namq; suspendit humeris

VENVS TRAGEDIA

Arcum: & comas uentis dedit diffundere.
 AEN. Nuda est genus: collecta nodo amplios sinus.
 VE. Heus uos: mearum si sororum quampiam
 Vidistis errantem uia: monstrate eam.
 Pharetram gerit: succincta lyncis tegmine?
 Apri primentem forsitan clamoribus
 Cursum audistis. AEN. nulla mihi uisa est: neq;
 Audita uirginum tuarum. Sed quid hoc?
 O uirgo, quam te esse memorem? nanq; haud tibi,
 Mortalis est uultus: nec hominem uox sonat.
 Dea es, an Diana, an Oreadum una sanguinis?
 Sis propitia, & nostrum laborem subleues.
 Et quo sub axe, quibus in oris exules
 Iactemur, edoceas. Locorum nescij
 Hominumq; oberramus: Noto huc & fluctibus
 Pulsi tibi ante focos manu nostra cadet
 Multa hostia. VE. haud equidem, uiri fortissimi,
 Honore me isto dignor: hic puellis Africis
 Mos est, pharetram gerere, & altè desuper
 Vincire purpureo Cothurno tibias.

Punica uidet regna, Tyrios, & Agenoris
 Hanc urbem, & oram littoris Libyci: genus
 Hominum potens, & bellica intractabile
 Virtute. Dido urbe Tyria profecta agrum
 Hunc occupauit: & loci imperium tenet.
 Postquam feroces fratris effugit manus.
 Longa est, atroxq; iniuria: ambages rei
 Longæ. Sed ubi me audire uobis allubet:
 Hic summa rerum persequar fastigia.

AEN.

AEN. Imò lubet. AC. lubet & mihi: modò ediffere.
 VE. Erat Sichæus huic maritus fœminæ,
 Ditiſſimus Phœnicum agri: ſuæ intimo
 Amore dilectus maritæ. Cui pater
 Primo iugarat omine intactam nurum.
 Sed tunc habebat Pygmalio regnum Tyri,
 Germanus huius: qui ſcleribus cæteros
 Superabat omnes. Hos medius inter furor
 Venit. Sichæum ille impius ſororium,
 Amore cæcus auri: ad aras barbaro
 Clam ſuperat incautum enſe: ſecurus ſuæ
 Germanæ amorum. poſt diu nefarium
 Calauit hoc facinus: & ægram (plurima
 Simulans malus) ſpe uana amantem diſtulit.
 Sed imago coniugis inhumati ſe obtulit
 In ſomno Eliſæ: os pallidum attollens modis
 Miris, cruentas fratris aras, & truci
 Traiecta ferro pectora, & cæcum domus
 Scelus retexit omne. tum celerem fugam
 Arripere ſuadet, & Tyro decedere.
 Veteres ſimul tellure theſauros ſua
 Recludit: auxilium uiæ, quam ceperat:
 Argenti & auri pondus ignotum prius.
 His mota rebus Eliſa, ſocios & fugam
 Parabat. Omnes, quibus odium erat, aut metus
 Aliquis tyranni, exinde conueniunt: rates,
 Quæ tunc paratæ, fortè corripunt: eas
 Auri opibus oncrant: pelago auari regium
 Portatur aurum parricide. Fœmina
 Dux facinoris, demum ad loca hæc ampliſſima

Venere: ubi noua nunc uidebis moenia
Carthaginis. nanq; hic solum terræ Africæ
(Byrsam uocant de nomine rei, quæ accidit)

Mercata Dido Elisa: quantum possiet
Circumdare corio bouis: fessos ubi
Socios, quoad proficiscerentur, reficeret:

Corium secari iussit in tenuissimas
Partes. ACH. Papæ, quàm astuta fuit, hæc scemina?
VE. Sed uos agite, qui tandem? iter quibus è locis,
Aut quò tenetis? quas uè ad oras tenditis?

AEN. O Diua, si prima repetam ab origine: & uacat
Audire commentaria, ac uolumina
Nostri laboris: antè componet diem

Hesperus Olympo. VE. Effare, dum uacat mihi.

AEN. Nos Illo, (si fortè uestras Ilij
Nomen per aures iuit) æquora per maris
Diuerſa uelos grauis hyems his appulit
Terris. Ego pius ille sum Aeneas, Dea:

Qui ex hoste raptos ueho penates Troicos:
Fama super conuexa cæli cognitus:

Ab Ioue genus summo: Italiam quero patriam

Phrygium petiui bis decem mare nauibus:

Viam Dea monstrante matre commodam:

Superùm secutus fata, uix septem rates

De classe tanta, dirutæ undis ac Notis,

Miserè supersunt. Ipse non notus uiris,

Inops, egens deserta Libyæ peruagor:

Europa & Asia pulsus. O fors lubrica,

Vt nemini hac in luce perpetuò es bona.

VE. Quisquis es homo, haud, credo, Deis coelestibus

NICODEMI FRISCHEINL

Inuisus auras carpis ætherias: nouam
 Qui tetigeris Carthaginem perge hunc modò;
 Et perfer alta ad tecta Reginae gradum.
 Nam tibi relata nuncio classem, & uiros
 Reduces, & in tutum rates Aquilonibus
 Versis reduclam: ni parentes inscij
 Docuere frustra auguria. Cygnos aspice
 Duodecim letos, in uno hoc agmine:
 Quos lapsa coelitus Iouis aperto æthere
 Turbabat ales: nunc humum longo ordine,
 Aut hic capere uidentur. aut captas humi
 Despicere: ut illi ludent reduces modò,
 Stridentibus pennis, & æthera fulgido
 Cinxere cætu: ut cantibus circumsonant:
 Haud aliter & puppes tuæ, & pubes tua
 Aut obtinet portum, aut subit pleno ostia
 Nunc carbaso. Perge modò, & hinc, quæ te uia
 Ducit, gradum dirige. A.C. hominum fidem: quid hoc?
 Ceruice ut hæc rosea refulget: ut sacro
 Diuinum odorem uertice ambrosiæ comæ
 Spirant: pedes ut uestis imos obruit?
 AEN. Quid obsecro falsis imaginibus tuum
 Sic filium ludis, Venus? cur dexteræ
 Hanc dexteram non iungere datur, ac sonos
 Audire ueros, & tibi iidem reddere?
 ACH. Euanuit. paremus hinc abitum pater.
 Gressumq; tendamus noua hæc ad mœnia.

CHO.

CHORVS.

Choriambici Glyconij
Anapæstici.

Obscuro Venus hos aere uestijt,
Et densis nebulæ sepsit amictibus:
Ne quis possit eos cernere comminus,
Moliriue moram, aut præcipitis uie
Causas poscere plurimas.
Sedes ipse suas leta reuifere
Iam nunc instituit: templa Paphi petens:
Centum quâ uiridi thure calent foci,
Gratisq; ara recens halat odoribus,
Illi autem intereâ uiam,
Qua monstrat semita, corripunt:
Iamq; tenent collem, qui plurimus
Vrbi imminet: aduersasq; arces
Aspectat. Rex molem Aeneas
Miratur: quondam magalia:
Miratur portas, & strepitum,
Et strata uiarum. Instant Tyrij
Ardentes, pars muros ducere:
Moliriq; arces, & mœnibus
Subuolucere saxa: aptare locum
Pars tectis, & sulco concludere.
Hi iura magistratusq; legunt,
Sanctumq; Senatum. Illic portus

NICODEMI FRISCHLINI.

Alij effodiunt: alij alta locant
Fundamenta theatris: rupibus
Excidunt immanes alij
Decora alta columnis. Qualis apes
Aestate noua, per florentia
Rura exercet sub Sole labor.
Cum gentis adultos educunt
Fœtus, aut cum liquida stipant
Mella, & dulci nectare cellas
Distendunt, aut onera accipiunt
Venientum, aut agmine facta pecus
Ignotum arcent à præsepibus.
Feruescit opus, redolentq; thymo
Fragrantia mella. Vrbs Imperij
Romani surgit sic æmula.
Heu quantas olim acies ambæ
Gentes miscébunt: dum Scipio
Subuertat, quæ nunc ponuntur
Venturo hîc Annibali mœnia.

ACTVS III.

Aeneas, Achates, Chorus.

O Vos beatos Africæ terræ incolas:
Quorum secundo Marte surgunt mœnia.
Quando illa lux est affutura: qua nouam
Genti meæ urbem condere liceat mihi?

ACH. Rex Troici sanguinis & inclytum Veneris
genus: Quid

VENVS, TRAGOEDIA

Quid mente uersas tacitus? aut quales geris
Animo impetus? AEN. fastigia urbis inclytæ
Suspicio: & hoc umbra nemus lætissimum
Intueor: in primis trabes has æreas,
Hos æreos templi gradus: hæc limina
Admiror. ACH. ingens & opulentum est nimis.
Hoc templum, ut apparet. AEN. quid autem hoc es
nouus?

Videcône pugnas Ilienses, bellaq;
Totum per orbem sparsa iam rumoribus?
Confido melius rebus afflictis fore.
ACH. Quid gestitas? AEN. Achate, quis locus, quæ
hic regio,

Nostri laboris non referta est? En meus
Hic Priamus: hic etiam suus honor, & sua
Virtutibus sunt præmia, atq; lachrymæ
Rerum: piosq; commouent mortalia
Animos. Metum solue: feret hæc aliquam tibi
Deinceps salutem fama. ACH. sic spero fore:
Meumq; pictura animum inani recreo.

AEN. Atq; en Achate, Pergama ut circum ruant
In arma Græci: ut hæc Phryges capiant fugam:
Instetq; Achilles: hæc Pelasgi terga dent:
Premat iuuentus Iliaca. neq; hinc procul
Tentorium Rhæsi uideo: quod proditum
Primo sopore, Tydeo satus patre,
Multa cruentus cæde uastauit: simul
Volucres equos auertit in castra, antequam
Xanthum bibissent profluentem, & pabula
Troiana gustassent. ACH. Dea nate, inclytum

NICODEMI FRISCHLINI.

Iouis genus: quis iste, curru qui hæsitat
Supinus, & lorum tenet? ceruix uiro
Comeq; per terram trahuntur: & rote
Hæs. q; sulcus tertius tellurem arant.

AEN. Hic Troilus, qui disparibus armis pedem
Cum duro Achille contulit: demens puer.

ACH. Quid agmen hoc muliebre: passis crinibus
Peplum ferentum foeminarum: supplices

Tristesq; sunt, tunsæq; palmis pectora.

AEN. Iliades hæ sunt: hæc Minerua Pallas est:

Huic supplicanti: sed ipsa fixos in solo

Auerfa tenet oculos. ACH. quid hunc gemitum

trahis

A pectore imo? AEN. Spolia curruq; Hectoris,

Ipsumq; corpus conspicio, & hosti manus

Tendentem inermes Priamum, Hic Hector est

meus,

Iliaca circum raptus olim mœnia:

Hic est Achilles: exanime misero patri

Qui corpus auro uendit: arma hæc Memnonis:

His Græciæ Principibus ego mistus fui.

ACH. Exprome, quæ peltata sint hæc agmina.

AEN. Hæ sunt Amazonides, Achate: hæc bellica

Regina Penthesilea: quæ concurrere

Audet uiris: subnexa mammae cingulum

Exerte. ACH. At istam, quæ gradus huc di-

rigit

Stipante iuuenum grege, uidet' rex inclytes?

AEN. Reginam opinor huius esse limitis.

Instat

VENVS TRAGOEDIA.

Instat operi, & regnis futuris Africa.

ACH. *Subnixè folio altè residet.* AEN. *hem nate nati:*

Quos hùc repentè maximis concursibus

Accedere uideo? ACH. *Cloanthus isthic est:*

Sergestus ille: quos hyems nigra dissipulit:

Et penitus alias huc per oras aduehit,

Metuq; letitiaq; auco coniungere

Hanc dexteram. AEN. *turbat animos incognita*

Res: quæ uiris fortuna: quónam littore

Classẽm relinquunt: quidũe ueniant: quos petant.

Ilioneus, Dido.

Regina Dido, cui nouam Rex Iupiter
Dat condere urbem, & legibus iustissimis
Frenare gentem Punicam: miseri Phryges
Ventis maria uecti omnia, oramus pijs

Te precibus, infandas ratibus iniurias

Auerte: parce pio generi hominum: aspice

Res ilicentium propius: suscipe inopes.

Non nos penates Africos ferro & face

Populari uenimus, aut opima uertere

Hinc spolia: non ea uis animo egeno & inopi:

Non tanta uictis est superbia Troibus.

Est locus: Italiam nunc minores nominant

De nomine Ducis: Hesperia dictus prius.

Antiqua terra: armis potens & ubere

Glebæ: uiri coluere quondam Oenotrij,

Huc nauibus cursus fuit: cum nubilus

Tumente surgens fluctu Orion in unda

Cæca

NICODEMI FRISCHLINI.

Cæca abstulit: penitusq; uentis turbidis,
 Perq; pelagus superante salo, perq; inuios
 Scopulos in æquore dispulit. parci huc tuis
 Adnauius terris. Quod hoc genus hominum?
 Quæue hunc patria, tam barbara admittit, ceddò,
 Morem? hospitio arenæ & locis communibus
 Prohibemur. arma mouent: uetantq; littore
 Consistere. humanum genus si temnitis:
 Mortalia arma si negligitis: at Deos
 Sperate memores sancti & infandi simul.
 Rex fuerat Aeneas, Venere natus Dea:
 Quo iustior nemo pietate sacra fuit,
 Nec maior armis. Quem uirum fortissimum
 Si fata seruant: nec is adhuc crudelibus
 Occubuit umbris, non metus: nec te manus
 Certasse peniteat priorem benefica.
 Sunt & Sicani gentibus: quas incolunt
 Vrbes: & arma & Troici hæres sanguinis
 Illic Acestes, dirutas liceat rates
 Subducere, & syluis legere nouas trabes:
 Remosq; ferro stringere. Si Italiam datur,
 Socijs & Aenea recepto, tendere:
 Vt Italiam læti petamus. Sin salus
 Absumta iacet: & te pater Teucrum optime,
 Libycum habet æquor: nec iam Iuli filij
 Spes ulla restat: at freta Siculae plagæ
 Saltem petamus: & domus, unde huc modò
 Aduenimus: regemq; Acesten, celeribus
 Velis remenso, deinde uisamus, mari.
 Di. Prisci nepotes Dardani: secludite

VENVS TRAGŌEDIA

Curas graues: metumq; corde soluite,
 Res dura regniq; nouitas me talia
 Molirier cogunt: & Africa littora
 Finesq; custode posito, tuerier.
 Quis Troicam urbem nesciat? quis calicum
 Ignoret Aeneæ genus, Ioue geniti;
 Virosq; uirtutesq; & omne incendium,
 Belli nefandi? non adeò hebeti sumus animo
 Poeni: nec adeò obtusa gerimus pectora.
 Nec Tyria ab urbe sol equos iungit adeò
 Auersus: ut nos fama lateat Ilij,
 Seu uos Italiam, & arua nunc Saturnia,
 Siue Erycis optatis solum: & regem lubet
 Adire Acestem: opera iuuabo uos bona:
 Tutosq; dimittam auxilio & opibus meis.
 Sin uultis his mecum pariter insidere
 Libyæ locis: Vrbs uestra erit, quam condimus.
 Ergò rates subducite: Tyrij mihi
 Troesq; nullo agentur hîc discrimine.
 Atq; ipse rex utinam Noto compulsus huc
 Afforet eodem. Equidem per omnia littora
 Dimittam: & extrema Libyæ certos uiros
 Iubebo perlustrare: si quis forsitan
 Eiectus illis littoribus, aut urbibus,
 Syluisuè oberret. ACH. nate Cypria Dea,
 Quæ nunc tuo animo surgit hîc sententia?
 Omnia uides tuta: socios & Troicas
 Classes receptas. unus hinc Lycius abest:
 Quem nosmet ipsi medio in æquore uidimus
 Submersum aquis: materna uox ratam habet fidem.

AEN.

AEN. Effare uerum. IL. Iupiter, pater, quid hoc?
 Repentè quòd sic se aperit æther fulgidus?

AEN. O sola Troiæ dirutæ tristissimos
 Miserata clades: quæ Pelasgum reliquias,
 Terræ marisq; casibus nos omnibus
 Heu penitus exhaustos: egenos omnium,
 Vrbe & domo socias: uices rependere
 Gratesq; dignas soluere, haud nostræ est opis:
 Nec quicquid est ubiq; Dido, Dardanæ
 Gentis, per orbem seminata. Dî tibi
 (Si qua modò respectant pios pia numina:
 Et si qua recti conscia est mens uspiam)
 Dî dignareddant præmia. ô quæ secula
 Tàm læta te tulère: qui talem obsecro.
 Genuère te tanti parentes: in fréta
 Dum fluuij & amnes influent: dum montibus
 Conuexa lustrabunt nigræ umbræ: dum polus
 Vehet astra: semper nomen atq; honos tuus,
 Laudesq; florebut locis in omnibus:
 Quæcunq; me terræ uocant superstitem.
 DI. Nate Venere Dea, quis tàm acerbis te ducem
 Per tanta casus agit pericula: quæ, malum,
 Vis applicat te immanibus Libyæ plagis?
 Tun' ille es Aeneas Phrygum rex: quem patri,
 Alma Venus Anchisæ genuit ad uitreas
 Simoentis undas: atq; ego memini equidem
 Teucrum uenire Tyrum, suis è finibus
 Expulsum: & auxilio patris Beli nouum
 Regnum petentem. Tum pater Belus Cyprum
 Vastabat, & uictam suis ditionibus

VENVS TRAGOEDIA

Tenebat. Ex illo deinceps tempore
 Mihi casus urbis cognitus Troiæ, & decus
 Ac fama nominis tui, & Graij duces.
 Ipse hostis eximijs ferebat laudibus
 Teucros, & antiqua domo Teucrū lubens
 Se ortum uolebat. Quare agite iuuenes uiri
 Succedite adibus hisce. Me quoq; similis
 Fortuna, per multos labores improbos
 Exercitam, hac uoluit humo demum Africa
 Consistere. haud nescia mali disco miseri
 Succurrere, afflictisq; opem ferre hominibus.
 AEN. Achate, abi, ser hæc Iulo filio:
 Ipsumq; tecum duc ad urbis mænia.
 Iube ruinis ilij ereptas opes,
 Et munera huc afferre: pallam diuite
 Auro rigentem, & pluribus gemmis grauem,
 Circumq; textam croceo acantho cycladem:
 Vestes Achiue Helenæ: Mycenis quas ea,
 Cum Pergama peteret, torosq; prohibitos,
 Secum extulit, monumenta Lædææ manus.
 Monile præterea, & coronam duplicem
 Gemmis & auro: quodq; filia Priami
 Gestauit Ilione graui sceptrum manu.

CHO



CHORVS.

Sapphici.

Atdomus luxu interior refulget:
 Et parant tectis epulas, torosq;
 Instruunt pictos: simul arte uestes
 Huc laboratæ ueniunt & ostro.

Splendet argentum locuplete mensa,
 Et patrum cælatus honos in auro:
 Longa factorum series: uetusto
 Per suos deducta uiros ab ortu.

Hanc Deus lucem Phrygibus duciq;
 Annuit: fatis meliora duris
 Fatacompensans, hilaransq; mæstos.
 Sunt uices rerum: neq; semper idem
 Vultus est anni. Modo hyems rigenti

Asperat terras Aquilonis ala,
 Et gelu pontus coit alligato:
 Statq; canenti tunica hirta tellus.
 Vere mox omnis reuirescit herba:
 Atq; formatis operitur arbos
 Frondibus: leto uolucresq; cantu
 Aerem mulcent: Zephyriq; flatu
 Intepent flores: modò sicca terris
 Ora fert æstas: segetesq; Solis
 Concoquit feruor, canis inter ignes.

VENVS TRAGEDIA

Pòst & autumnus remeat, lacusq;
 Irrigat musto, & sapido liquore,
 Et grauis pomis & opimus uuis.
 Sape Sol æstu nimius sereno,
 Sape nimboris uenit imber austris.
 Lætus interdum mouet Eurus auras:
 Tristis interdum Boreas remugit.
 Nempè & humani uariæ per orbem
 Sunt uices æui: modò res secundæ:
 Sunt modò aduersæ: modò tristiores:
 Sunt modò lætæ. Phrygia eni iuuentus
 Antea duris agitata fatis:
 Sorte nunc æqua fruitur, laborum
 Pcnè secura. At uereor prioris
 Ne immemor uitæ, nimis effèratur
 Hoc statu rerum nimium secundo.
 Nam nouas artes Cytherea uersat:
 Ora commutatus uti cupido
 Pro nepote hoc Ascanio subintret:
 Atq; reginam Phrygijs furentem
 Incitet donis: & in ossa flammam
 Intima immittat. Timet illa mentes
 Africæ gentis dubias, fidemq;
 Punicæ terræ, & Tyrios bilingues.
 Vrit & Iuno Venerem: suisq;
 Cura sub noctem stimulis recurSAT.

ACTVS.

ACTVS V.

Venus. Cupido.

O Nate, uis mea: ô potentia tu mea:
 Nate patris almi, tela qui Typhoea
 Contemnis: ad te confugio: tua numina
 Exposco supplex. CV. fare, quæ cura pauidum
 Molestet animum? VE. frater Aeneas uti
 Circum maria iactetur, odijs asperæ
 Iunonis: hoc notum tibi. CV. noui, ac proin
 Dolore uestro sæpè dolui. VE. illum tenet
 Phænissa Dido, ac uocibus blandissimis
 Moratur: & subuereor equidem iamdiu,
 Quò se hospitium uertant dein Iunonia.
 Haud illa rerum isto quiescet cardine.
 CV. Sic auguror. VE. quocirca Elisam regiam
 Capere dolis, & cingere igni cogito:
 Ne quo maligno mutet animum numine:
 Sed amore magno fratris Aeneæ tui
 Teneatur. CV. at quî isthuc facere possis, doce.
 VE. Nostram igitur accipe mentem. CV. agè, accipio:
 doce.
 VE. Genitoris accitu ille regius puer,
 Mea maxima, ut scis, cura, ad urbem Punicam
 Ire parat: ignibus & aquis restantia
 Munera ferens. Hunc ego sopore alto obrutum:
 Cythera super alta, aut super Cyprum sacro

VENVS TRAGŌEDIA

Fano rcondam: ne dolos resciscere:
 Neu medius occursare possit lusibus.
 Tu faciem, agè, illius dolo falle, & sacrum
 Pueri indue puer uultum & ora. CV. quæ struis,
 Orsa genitrix: cur hoc agam: quid queritem:
 VE. Ut, cum pro Iulo te uenusta foemina
 Accipiet, intus regias inter dapes:
 Et Liberi laticem Falernum: cum dabit.
 Amplexum: & oscula tibi figet dulcia:
 Fallas ueneno: ignemq; totis osibus
 Didonis inspires. CV. geram morem tuis
 Cara genitrix dictis: & alas exuam:
 Et gressu Iuli incedam. VE. at ego puero alteri
 Placidam irrigabo, membra per mollissima,
 Quietem: & ipsum in alta contollam Cypri
 Iuga: mollis ubi flatibus inumbret amaracus.
 CV. Eo mater, & tuo obsecundo iussui.

DIDO. ACHATES, CVPIDO, Aeneas.

D Ate manibus lymphas, canistrisq; Cererem
 Vos expedite: ferte uos mantilia
 Famulae: penumq; struite, & adolete ignibus
 Sacros penates: uos ministri ferculis
 Oncrate mensas: ponitote pocula.
 ACH. Pallamne habes Iule: CV. quietus es.
 ACH. Sceptrumne? CV. mitte isthuc Achate, & ocyus
 Pro;

Profer gradum: ne simus in mora patri.

DI. iam Troes & Poeni toris discumbere
Iubentur. AEN. en regina gentis Punica,

Adest Iulus filius. DI. nã pulcher est.

Vt flagrat oculis: CV. hæc pater fero munera,

Vt iusseras: pallamq; pictumq; croceo

Velamen hoc acantho. DI. Vt est oratio

Blanda. CV. hoc monile: hoc aureum sceptrum tibi.

AEN. Regina, pauca hæc munera hospitalia

Accipe, boniq; consule. DI. Aenea, Phrygum

Ductor, Iouis genus inclytum: quo pectore,

Quouẽ ore grates tibi feram, pro talibus

Tantisq; donis. Dẽ tibi referant uices.

Nunc uos ministri pocla sertis cingite:

Statuite crateras: mihiq; gemmis grauem

Meroq; pateram date: laticum honorem, ut Ioui

Libem. Supreme Iupiter, quem ius dare

Loquuntur hospitibus: diem hunc Phœnicibus

Troumq; populo sospites: ac posteros

Huius uelis meminisse: ades uini dator.

Iacche: ades bona Iuno: uosq; Punicum

Celebrate cætum. Largius bibe Bitia:

Vinumq; circumfer. tu Iopa persona

Cithara, quod olim docuit Atlas maximus.

FINIS.

LECTORI S.

NE vacarent istæ sequentes pagellæ,
dedimus Typographo, hæc Epi-
grammata ex libro 3. nostrorū ma-
nuscriptorum Epigrammatum. Qui etsi
nondum maturuerūt nostro ingenio: tu
tamen ea boni consules. Vale.

De Venetijs.

AUT Venus à Venetis sibi fecit amabile nomen:
Aut Veneti Veneris nomen & omen habent.
Orta maris spuma fertur Venus: & Venetorum
Si uideas urbem, creditur orta mari.
Iuppiter est illi genitor: sed Mars pater huic est:
Mulciberi coniux illa, sed ista maris.
Compleat amore sui Venus omnia: qui Venetam urbem
Non amat, hunc nunquam debet amare Venus.

Ad Stephanum Vrsinum, Comitem

Blagaium: suum conuictorem & discipulum.

TEUTONA si loqueris, Teuto es: si Carnica, Carnus:
Hungara si profers, Hungarus esse potes.
Si Latio mecum confers sermone, Latinus:
Perge atq; exiguo tempore Graius eris.

Domino Francisco à Scheyr.

QUID miramur adhuc Ennī tria corda uetusti:
Verba

Verba quòd Ausonijs miscuit Oscanis.
Tu, Franciscè, uales Germanæ fulmine linguae:
Tu scis Illyricis reddere uerba sonis:
Tu scis facunda Gallos æquare loquela:
Tu scis Romuleo cum Cicerone loqui.
Nec minus Italico polles sermone disertus:
Et uox primatibi Carniolana fuit.
Carnus es ergò mihi, mihi tu Italus atq; Latinus:
Tu Gallus, tu mi Teuton & Illyricus.
Quòd si iure sibi tria corda uolebat inesse
Ennius: attribuam sex ego corda tibi.

Delacu Circnitio, ad Gasparem
Godescheium Circnitianum.

Quid Deli Inopum, quid reflua flumina Nili
Mirer? Cirnecium miror, amice, lacum.
Ille lacus, uasti quem cingunt undiq; montes,
Nec fontem, nec habet ostia, more lacus:
Sed sursum fluit è terra, refluitq; deorsum:
Perq; suas certas itq; reditq; uices.
Nam caua: subtus aquam stagnantem terra resorbet:
Cum noua purpurei tempora ueris eunt.
Tunc emersa uirent stagnanti è flumine prata:
Seq; nouo uiridis gramine uestit ager.
Tunc pinguem agricolæ proscindunt uomere glebam:
Inq; lacus gremio semina iacta tegunt.
Hinc foenoq; casas, & messibus horrea complent:
Hinc cum eruo & milio, pisa fabasq; legunt.
Vidi ego triticea terram flauescere arista:
Quæ nuper densis tecta latebat aquis.

Vidi

Vidi ruricolam curuos tractare bidentes,
Qua nuper remos duxerat ille uia.
Cum uerò Autumnus succedunt frigora mæssi:
Mox eadem absorptas terra refundit aquas.
Tum subito erumpunt, uelut è sifonibus undæ,
Et longæ complent uallis utrumq; latus.
Emergunt simul occulto cum flumine pisces
Omnigeni: & miro uertice pictus anas.
Atq; ubi constitierant graciles æstate capellæ:
Illic hyberno pisce natatur humus.
Quaq; uago uolucris modò rete tetenderat auceps:
Illic nunc lintrem nauita lentus agit.
Vix equidem credar: sed cum sint lumina testes
Ipsa mihi: debent lumina habere fidem.
Vidimus in glacie pisces hæere ligatos:
Et rigido cæsos sæpe bidente capi.
Inunc, Inopum & Nilum tibi suspice: quisquis
Circencijs nescis mira fluentia lacus.

De Marco Vagnero ad Diuum
Rodolfum Cæsarem.

QVod mea tu lauro cinxisti tempora Cæsar:
Meq; Palatinum uis comitem esse tibi:
Pro tali auspicio, pro tali Marcus honore
Carnificem hortatur me lacerare rota.
Nam mihi supplicium hoc titulis pro talibus, inquit
Deberi: ut cruda, ceu latro, morte necer.
Nec satis: infernas mihi pœnas insuper optat,
Et Phlegethontæ flebile sulfur aquæ.
Diue Rudolfe, tuo si fers super orbe superstes,
Tale nefas: reliquo tempore quantus eris?

Ad P. Melissum & I. Posthium

poëtas, de eodem Marco.

OMnes poetas Marcus iste Vagnerus
Esse belluones dicit, atq; lurcones,
Virosq; crapulosos, prodigosq; æris,
Et Sycophantas, nugarumq; & atrorum
Mendaciorum fœdos seminatores.
Melisse, si quid in te est pristinae, ut certè est,
Virtutis: & si quid tu Posthi habes in te:
Confer te uires huc uestras: & horrendum
Ac pestilens hoc monstrum contrucidate.
Sunt arma uobis: sunt & uindices dextræ:
Nec cæterorum turba deest poetarum.
Nam qui poetas criminatus est omnes:
Is debet omnibus pœnas dare poetis.

In Porcellum.

OS Porcelle tuum accepti sit fida tabella:
Te melior condus nemo futurus erit.
Expensi rursum podex tuus esto tabella:
Aptior haud nostro tempore promus erit.

Ad Iohannem Capilupum.

Nil mihi cum coruis: ad coruos ipse facesse:
Cycnæi pars sum quantulacunq; gregis.
Nil mihi cum ranis, nisi quas è gurgite Graio,
In Latias duxi, nouit ut Aldus, aquas.
Nec mihi de ranis patrium cognomen in orbe est:
Frischlino uirtus nomen auita dedit.
Cur patrios lædis manes? cur lædis auitos?
Nemo hoc uixit auum nomunc, nemo patrum.
Quare

Quere tibi ranas sub aqua: mihi dulcia uina
Plus sapiunt: sub aqua uiuere triste mihi.
Quere, tibi circum uolitantes tempora, coruos:
Frischlinum oblectat, qui benè cantat, olor.

Ad eundem.

In cruce pendentem si quando uidero coruus:
Hei misere captum te lupe luminibus.
Hoc tibi coruino modulabor gutture carmen:
Cras lupe, cras coeli tecta superna petes.
Interea pende: cras cras ad sidera tendes:
Cras lupe, cras, inquam, tecta paterna petes.

In Crassum rabulam Scazontes.

Natura cum te procrearet informi
Ex fece terræ massulam rudem: passim
Collegit ex animalium grege occiso
Membra, apta rabulae tibi, admodum crasso.
Ergò caput suillum dedit aper, buccas
Bos Hungarus, linguam ater anguis, os porcus,
Mammosa pectus mammosum dedit scrofa,
Ventre m ur sa, simius nates, elephas suras,
Penem hircus, extremo de se indidit mentem
Asellus. ô te rabulam probe instructum,
Vt innocentes oppugnes tuis armis.

Ad quendam senem.

Comta quòd inccedit pretiosis uestibus uxor:
Et Tyrio corpus quòd ligat apta sinu:

Ne credas illam pro te disponere crimes,
Aut tenues denso pectere dente comas.
Nam iuueni cuidam studet hic formosa uideri:
Pro quo deuoueat teq; tuosq; lares.
Nec facit hoc uitio: nam torpens frigore corpus,
Et senis amplexus femina comta fugit.

In Crispum.

FRontem cacantis durum Crispe habes: buccas
Cadauerosas: luridum caput totum.
Frontis sub atra ualle nigricant parui
Et tetri ocelli: nasus in decem rugas
Crispatur, aptum Crispo dans tibi nomen.
Hircina foedo mento barba propendet
In liuidum pectus, Hebræo uelut uerpo.
Non miror inuidam mentem tibi esse intus,
O Crispe, quem natura sic foris pinxit.

In Chlorin.

STruma gulæ est, humero gibbus, pes claudicat alter,
Alter ocellus abest, alter ocellus hebet,
Surde aures, blæse uoces, olet halitus oris,
Et formidata uenter abundat aqua.
Quid miraris adhuc, te spem non esse procorum?
Mirabor, si quis possit amare procus.

In Iræneum.

QVI tot bella moues, tot conseris undiq; lites:
Non Irenæus tu, sed Erynnis eris.

FINIS.

NICODEMI FRISCHLINI
DIDO.

TRAGOEDIA,
EX QVARTO LIBRO
VIRGILIANAE AENEIDOS.



Cum priuilegio Cæsario.
Apud Bernhardum Iobinum.
ANNO M. D. LXXXV.

PERSONAE INTER-
LOQUENTES.

DIDO, Regina Carthagenensium.

ANNA, Soror Didonis.

VENVS, Dea.

IVNO, Dea.

CHORVS Phænissarum.

IARBAS, Rex Numidiæ.

IVPITER, Deus.

MERCVRIVS, Deus.

AENEAS, Rex Troianorum.

NOBILI

NOBILI HONE- STO, ET ERVDITO IV-

ueni, D Othoni Rosæcranzio, Dano;
nobilis ac strenui viri Georgij filio.

S. P. D. Nicoddmus Frischlinus, P. L. &c.



Mnes Virgilianæ Aeneidis
libros esse Tragicos, aut
certè instar Tragœdiarū,
nemo ignorat, qui in hoc
auctore paulò diligentius
est versatus. Nam quòd suis constant Dia-
logismis & colloquijs, quòd personis sub-
limib⁹, quòd verbis magnificis, quòd de-
niq; suis quibusdam actibus, id verò tam
est notum, vt ne pueri quidem nesciant.
Sed & Tragicas esse catastrophas singulo-
rum librorum, ex his, quæ sequuntur, ma-
nifestum fiet omnibus. Nam etsi primus
liber Comœdiæ videtur similior, quàm
Tragœdiæ, (si ad lætam catastrophē re-
spicias) tamē in alijs omnibus tristes sunt
magnarum personarum exitus. Igitur se-
cundus liber in fine, mortem Creusæ cō-
tinet: tertius Anchisæ, quartus Didonis,
quintus Palinuri, sextus interitum Mar-

celli, septimus ante Catalogum, recitat
cædem Galefi & Almonis, octauus inte-
ritum Caci, nonus præter occidionē Nifi
& Euryali, etiam circa finem Numani ca-
sum exponit: Decimus verò morte Mē-
zentij, vndecimus nece Camillæ, duode-
cimus cæde Turni finitur. Hæc cogitatio
eò me impulit, nobileſſime Roſecranzi,
vt de Virgiliana Aeneide in Tragoedias
redigenda iam olim meditari mecum cœ-
perim. Nam eodem modo Euripidem &
Sophoclem, ſuas ex Homero confeciſſe
Tragoedias animaduerto, quo Cæcilius,
Actius, Ennius, & alij ſua composuerunt
apud Latinos Dramata. Nec dubito, quin
hiſce initijs cothurnatus Seneca, ad Lati-
nam Tragoediam ſcribendam nunc olim
prodierit. Quorum ego exemplum imi-
tari cōſtituo, & quidem multo, quàm illi
fecerunt, liberiùs: dum iſtud confequar,
quod quærito. Volo enim iuuentutem
exercere in mea ſchola Poetica, vt primò
edifcant Virgilij phraſin, & genus illud di-
cendi grandiloquum, ac numeris vinctū.
Deinde volo illos hæceadem, quæ edidi-
cerunt, in ſcena recitare: vt nō ſolū me-
moriam illorum crebro uſu acuatur: ſede-
tiam decori geſtus, & apta pronunciatio
con-

condoceatur. Volo deniq; animū accendi & excitari in tenera etate, vt aliquando viri facti, promptius & cordatiūs corā alijs, præsertim in cœtibus & conuentibus publicis, loquantur. Hoc animi mei propositum nulli bono ac sapienti displiciturū esse arbitror. Primam verò nunc edo è quarto libro Tragoediam, in quo explicando, & paraphrasi reddendo, nunc verfor, Vbi videro hanc operam meam viris bonis probari: & studiosæ iuuentuti non esse inutilem: idem præstabo in cæteris omnibus, quod in hoc quarto libro præstiti. Cæterum, cur tuo potissimū nomini has Tragoediarum primitias voluerim dedicare, causæ sunt variæ & multiplices. Primū enim, cum tu sis ex illorum grege, qui me Cæsaris commentarios de bello Gallico explicantem audiunt: volo hunc ingenij mei qualemcunq; foetum, mei in te, tuiq; similes, animi esse pignus, & sempiternum monumentum. Nam meos ego auditores & amo & diligo: vt qui non modò illorum linguas eleganti oratione, ex Cæsaris & Virgilij libris, sed etiam vitam & mores eorundem, propositis exemplis virtutum ex ijsdem, informare studeo, Deinde, cū tu sis ortu no-

1
bili fatus, & antiquis maiorum imaginibus niteas, volo hanc προσφώνησιν meam in te, tuiq; similes, obseruantiae publicum esse testimonium. Omnes enim, qui genus suum praeclare factis, virtutumq; & optimarum artium & linguarum studio condecorant, ex animo colo, veneror, & ab omnibus bonis coli atq; observari volo & iubeo. Fuere tales apud nos, superioribus annis, tui populares, Biornones: verè nobiles adolescentes: & praeceptor illorum ipse etiam nobilis, ac vir apprimè doctus: quorum memoriam nulla dies animo meo vnquam eximet. Fuit talis & Frius: nà doctus & modestus è nobilitate Danica iuuenis: cuius ego ex ore nunquā culpata audiui orationem promanare. Accedit huc, quod Patrem tu habes **GEORGIVM ROSAECRANTZIVM** virum sincere religionis studiosissimum, magnum pietate, consilio, doctrina, rerumq; usu: lumen totius Daniæ, & Regiæ Maiestati à secretioribus regni consilijs. Huius te vestigijs insistere, & optimarum virtutum studio ad eundem scopum, quem ille attigit, tam diligenter collimare, iure optimo omnes boni lætantur, tibiq; prosperum negotiorum successum, & inof-

fen-

fenſæ vitæ curriculum ex animo mecum
optât. Accipias igitur æquo animo, quid-
quid hoc eſt chartacei muneris: & libri
huius pretium non ex mole, ſed ex opere:
ſtudio verò autoris ex voluntate, non
ex factò, iudica. DEVS te, vnà cum præ-
ceptore tuo NICOLAO FREITAGIO
HADELENSI, viro pietatis, religionis,
& omnium virtutum, ſeruātiffimo, mul-
taque eruditione præſtantiffimo, tueatur
ac protegat: ſaluosque & incolumes am-
bos in patriam reducat: & omnia cœpta
veſtra dirigat ad nominis ſui gloriam;
ad Eccleſiæ Reiq; Publ. vtilitatem:
ad familiæ ornamentum: ad ſa-
lutem animarum ſempiternā,

Tubingæ, 26. Iunij. Anno &c. 81.

A 4



ACTVS PRIMVS.

DIDO, ANNA.



Egina cœli, Iuno, dominatrix poli:
Quod uulnus alo? quo sæuo amore sa-
cior?
Quo carpor igni? quo feror animi impe-
tu?

Non me quies nocturna, non altus sopor
Soluere curis. Nam mihi, seu lampade
Terras Apollinea aureum Solis iubar
Lustrat: nigræue nox polum caligine
Inuoluit: humentemue amictum roscidis
Aurora bigis cœlitus dimouerit:
Semper animo uirtus uiri: semperq; honos
Gentis recurSAT: semper infixi obuiant
Vultus & ora, nec animo uerba excidunt.
Sed en, adest soror. tacebon' an eloquar.
O Anna soror; insomnia ut me territant?
Quis hic nouus successit hospes sedibus?
Quem se ferens uultu uirum? quàm pectore
Forti, & alacribus armis. Venerè natum Dea
Haud dubito, Degenerem animum arguit timor.
Sed ò quibus iactatus ille est casibus?
Quæ bella, quas clades canebat? Si mihi
Non ita animo fixum hoc, & immotum foret:
Ne cui uelim annecti iugali umculo:
Postquam Sichæi morte primus me uiri
Amor fefellit: si maritalis tori
Non antehac tædæq; pertæsum foret:

Huic

DIDO TRAGŒDIA

Huic forsan uni potuerim succumbere
 Culpæ. O soror (fatebor hoc enim) post coniugis
 Fatum Sichæi, & triste parricidium,
 Sparsosq; coniugis nece patrios lares,
 Hic solus inflexit animum, ac sensum impulit:
 Agnosco ueteris flammæ aliqua uestigia.
 Sed mihi prius uel terra dehiscat infima,
 Vel Iuppiter adigat me ad umbras fulmine,
 Umbras nigras Erebi, profundum in Tartarum:
 Quàm te pudor lædam, aut modum uiolem tuum.
 Qui primus abstulit amores meos, habeat sibi,
 Seruetq; tumulto. AN. Quid iuuat te perpetim
 Lacrymare mortuum? quid animum questibus
 Grauas tuum soror? an sepultos iudicas
 Curare manes, siue nugas, an secus?
 Quid? solâne deinceps perennem lugubri
 Vultu iuuentam transiges: nec præmia
 Veneris: nec ullos noris ex te liberos?
 Esto, procorum nullus antè flectere
 Aegram potuerit: non Tyro, non Africæ
 Despectus ille Numidæ Iarbas: non duces
 Alij, triumpho quos honorant Punici:
 Etiamne placito amoris huic obstes soror?
 DI. Sententia est. AN. annon tibi in mentem uenit,
 Quorum solo confederis, qui limites:
 Hinc Numidia infrænis, & inhospita Syrtium
 Vada: hinc siti deserta regio: hinc aspera
 Getulia: hinc latè furentes Mazages.
 DI. Pudor innocentem proteget: tutissimum
 Aduersus hostium arma propugnaculum.

NICODEMI FRISCHLINI

AN. Sæpè pudor armis uincitur sæpe improbus
 Mortalium furor probam lædit fidem.
 Et ut hostium neminem habeas in his locis:
 Non bella cogitas Tyro surgentia:
 Fratrisk; Pygmalionis atroces minas?
 Equidem Deis reor auspiciis, & propitia
 Iunone, cursum habuisse Phrygias hûc rates.
 Quàm tu dehinc urbem nouam? quæ surgere
 Connubio tali uidebis mœnia?

Quantis tuum se rebus attollet decus:
 Si Punicas urbes Phrygum arma protegant.
 DI. Videre quod uerum est loqui, modo Iupiter
 Et Iuno, cui iugale curæ est uinculum,
 Et Liber, & Ceres, benignè hîc annuant.

AN. Nunc ergo, quod factum est opus, ueniam Deos
 Posce, & sacrum lita, & hospitibus indulgeas,
 Caussamq; nectas hîc morandi longius:
 Dum sæua hyems pelago fremit, dum nubilus
 Minatur Orion, & intractabile
 Cœlum mari imminet: & Phrygum quassæ rates
 Pelagi laborem perpeti non sustinent.

DI. Rectè mones, dubiamq; mentem spe foues
 Certissima. AN. quin ergo adimus ocyus
 Delubra, pacemq; ibi Deorum exquirimus.

V E N V S.

Ignaræ hominum mentes, dubiæ
 Rerum: quid uota furentem, quid
 Delubra iuuant: quando mollis

Anapestia

Est

DIDO TRAGŌEDIA.

Est flamma medullas interea:
 Et tacitum sub pectore uulnus
 Viuit: Dido uritur infelix
 Totaq; uagatur urbe furens:
 Ut cerua sagitta coniecta,
 Quam pastor agens telis, inter
 Cresſiam nemora incautam fixit:
 Liquitq; uolatile ferrum in ea
 Nescius: illa fuga saltusq;,
 Syluasq; peragrat Dictæas.
 Lateri lethalis arundo hæret.
 Amor haustus totum hominem penetrat:
 In uultus simul atq; ora redit:
 Nec placidam menti peruigili
 Dat cura quietem. Cum uenit
 Furiosus amor: tranquilla fugit
 Vita. En Regina modò Dido
 Aeneam per media secum
 Deducit moenia: Sidonias
 Monſtrat eidem ſpectandas opes,
 Urbemq; paratam hoſpitio. Nunc
 Labente die repetentem eadem
 Conuiuia, & Iliacos iterum
 Audire labores expoſcit.
 Interea turres non ſurgunt:
 Non arma iuuentus exercet:
 Non propugnacula tuta parant:
 Non littore portus effodiunt.
 Opera interrupta omnia pendent,
 Ingentesq; minæ murorum,

Aequa-

Aequataq; machina sideribus.
In uulgus scilicet exempla
Manant Regum: utq; ducum lituos,
Sic mores sua castra sequuntur.

IVNO, VENVS.

L Audem refertis egregiam, & amplissima
Spolia, Venus, tuq; & puer fallax tuus.
VE. Effare, quæ animi cura te remordeat.
IV. Magnum facinus, & nomen est memorabile.
Si foemina una malo duorum coelitem
Victa est dolo. VE. non est dolus, cum foemina
Virum, ducem cum duce suam coniungere.
IV. Animo malo pensatur, haud factus, dolus.
Nam me nihil fallit Venus te moena
Nostra noua ueritam, habuisse suspectas domos
Carthaginiis. VE. nimium hostibus confidere
Dementia est. IV. sed quis modus tandem hic erit:
Aut quorsum opus tanto mihi certamine?
VE. Tu si remittas tuum odium, remittam ego
Animi mei omnem, Iuno, diffidentiam.
IV. Quin igitur æternam fidem paciscimur.
Habes quod omni mente petijsti Venus.
Ardet mulier, amore sæuo saucia:
Traxitq; uirus per medullas osium.
VE. Quid ergo censes nunc agendum? ediffere.
IV. Ambos eodem copulemus uinculo:
Et paribus auspicijs regamus Punicam
Teucramq; gentem: liceat Aeneæ Phrygi

DIDO TRAGŒDIA.

Seruire Tyrios, & tuæ submittere
Dotale regnum hoc dexteræ: liceat Venus.
VE. Quis talia, nisi fortè demens, abnuat?
Quis lite tecum exoptet, aut armis uelit
Contendere? modò fors sequatur prospera.
Sed dubia feror, an unam Iuppiter
Esse uelit hanc urbem his duabus gentibus:
Populò sue misceri probet: num fœdera
Iungi uelit: Ite cara coniux es Iouis,
Tibi fas præcibus animum uiri perquirere.
Perge, sequar. IV. hic mecum dein falerit labor.
At nunc quod instat, quodq; præsens est, Venus.
Quo possit effici modo, paucissimis
Docebo. VE. fare, commodissima quæ uia.
IV. Aduerte. Venatum misera Dido in nemus
Ire, & simul Troianus Aeneas parant:
Primos ubi extulerit dici crastini
Ortus Apollo, clariori ex æthere:
Totumq; radijs ærem lustauerit.
His ego, nemora cum cinxerint indagine,
Subitò ingruentem desuper, cum grandine,
Imbrem ciebo: & omne cœlum murmure
Complebo: diffugient manus equestres undiq;
Et nocte opaca contegentur frondium:
At Dido & Aeneas eandem protinus
Specum subibunt. Adero tum: & si mihi tua
Certa hîc uoluntas, stabili eos connubio
Iungam: & tibi propriam dicabo istam nûrum:
Hymenæus hic erit. quid? annuis, an secus?
VE. Annuo equidem, pulcrumq; rideo dolum.

CHO.

CHORVS.

HIC dies lethi uenit & malorum
 Caussa cunctorum: neq; enim mouetur
 Debita fama speciēue Dido,
 Impotens mentis, neq; nunc amorem
 Ipsa furtiuum meditatur, & iam
 Coniugem Aeneam uocat: hac pudica
 Voce prætexit malesana culpam.
 Sed nefas istuc odiosa nescit
 Fama per magnam Libyam tacere.
 Fama, qua non est aliud malum ullum
 Vsp̃iam uelocius: aut quod æquē
 Mobili passu uiget, atq; cundo
 Crescit. Hæc primò graditur timore
 Parua: mox sese leuat altè in auras:
 Et solo incedens caput inter astra
 Condit: hanc tellus peperit, furore
 Acta, postremam Encelado sororem,
 Et citis alis pedibusq; monstrum
 Mobile, horrendum, cui quot nefando
 Corpori insunt (res mihi mira) plumæ,
 Tot patent subter rigiles ocelli:
 Tot sonant ora hîc, simul & tot aures
 Subrigit; noctu uolat, & per umbram
 Occulit sese: neq; lumina alto
 Turpe declinat malè pigra somno.
 Luce sed custos sedet aut supremo
 Culmine, aut altas petit usq; turres:

DIDO TRAGŌEDIA.

Tam tenax ficti simul atq; prauī,
 Quā loquax uerī: uariōq; gaudens
 Ore: quo gentem Libyæ repleuit:
 Iamq; & ad regem celeres Iarbā
 Dirigit cursus, animumq; sēuis
 Asperat dictis, & in ora fundit
 Hæc uirūm, uenisse Phryga Iliensi
 Stirpe pronatum, cui pulcra Dido
 Iura dignetur sociare lecti.
 Nunc diem inter se, potiore luxu
 Turpiter captos, Veneri uouere.
 Ecce rex amens animi, hoc amaro
 Nuncio accensus, graditur, Iouemq;
 Ante uerbenas, mediosq; diuos
 Inuocat supplex manibus supinis.

ACTVS II.

IARBAS.

PRō summe Iupiter, cui Maurusia
 Pictis toris epulata gens libat sacros
 Lenei honores, hæc uides? an te, pater,
 Cū fulmen exeris, timemus impotem
 Nequicquam? an animos territant in nubibus
 Ceci furores? nūmnā inania murmura
 Miscentur? en nostris uagata in finibus:
 Quæ posuit exiguam modò urbem fœmina:
 Cui littus hīc arandum erat: cui nos loci
 Leges dedimus: hæc reppulit connubium

No-

NICODEMI FRISCHLINI

Nostrum:recepto in regna domino Troico.
 Et nunc Paris hic, ah semiuir, cinctus grege
 Effœminato, molle caput Asio peplo
 Ornatus, & flaua madentem uerticem
 Mitra coronatus, potitur fœmina.
 Nos quippe templis munera tuis mittimus:
 Famamq; inanem dein fouere cogimur.
 Ego satus Hammone Ioue Iarbas negligor,
 Cui nympha Garamantis pia genitrix, patri
 Qui templa centum condidi, & centum simul
 Altaria posui: sacrauiq; uigilem
 Ignem, Deum excubias: ubi solum perpetim
 Pecudum natat cruore pingui, & limina
 Varijs corollis emittent florentia.

IUPITER. MERCVRIVS.

A Gè nate, uade, uoca Notos, & labere
 Pennis, ducemq; Dardanum, Carthagine
 Qui nunc moratur, & datas fâto Deum
 Non respicit sedes Italiae: loquere ei,
 Et dicta mea celeres per auras defer huic.
 ME. Quid ergo, Iupiter supreme, huic imperas?
 IV. Illum haud mihi genitrix Venus pulcherrima,
 Cum bis Pelasgum uindicaret è manu:
 Talem futurum prodidit. ME: qualem uirum
 Igitur fore hunc promisit? IV. Imperio grauent
 Qui regeret Italiam, genusq; à sanguine
 Teucri uetusto proderet: quiq; in uiam

Legum

DIDO TRAGOEDIA.

Legum suarum duceret terra omnia
Climata. ME. Ratam hæc habere uox debet fidem.

IV. Si nulla tantarum mouebit gloria
Rerum, nec ipse sua laborem strenuum
Pro laude molitur: patérne filio
Arces Latinas inuidet? quidnam struit?
Qua spe moratur in inimicis gentibus?
Nec prolem Italicam, nec Latinam respicit
Sedem? Ergo nauiget, hæc rei summa, hic mei
Sis nuncius. ME. tuis ego imperijs pater
Parere sum paratus, et nunc aurea
Talaria innecto pedibus, atq; hanc manu
Virgam capiam: quò turbidum tranem aera.

AENEAS. MERCVRIVS.

O Lucis alma parens Venus, tuq; o bone
Cupido frater: quis potentem non amet
Hanc foeminam, tot regias quæ construit
Domos, tot ampla quæ domorum culmina
Nouat? uel hic stellatus ensis iaspide,
Tyrioq; murice læna demissa è meis
Humeris, amorem huius foeminae meret.
Has illa telas fecit, atq; hæc munera
Discreuit auro. Sed quis hic est penniger,
Qui pedibus alatis repente hic adstitit?
Pauet animas, quid hic sibi uelit. ME. tu, ô bone,
Nunc alta fundamenta Punicæ locas
Carthagini, pulcramq; sedem uxorius
Struis? heu tuarum oblite rerum? heu immemor

NICODEMI FRISCHLINI

Regni Latini Rex Deorum, qui polum
 Terramq; numine torquet, ipse me tibi
 Demittit alto clari Olympi uertice:
 Ipse hæc iubet mandata ferre desuper,
 Celeres per auras, quid struis? qua spe teris
 Hac locium terra Africæ: si nulla te
 Rerum tuarum gloria mouet: nec super
 Tua laborem laude molire, ut decet:
 At filium surgentem, & hæredis tui
 Spem respice: cui regnum Italiæ & Romula
 Debentur arua. AEN. Summe Iupiter pater,
 Vbi sum? quid ago? ubi isthic homo est? euauit,
 Tremo totus: arrectæ comæ horrent: faucibus
 Vox hæret: ardeo fugam capeffere:
 Dulcesq; terras has procul relinquere.
 Sed quo furentem ambibo reginam meam
 Affatu: & hîc quæ prima sumam exordia?
 Quid si uocem Mnesthea, Cloanthumq; socios
 Classẽm taciti ut aptent: Phrygasq; ad littora
 Agant: parent arma, & nouandæ quæ rei
 Sit caussa dissimulent? ego interea loci
 Quando optima mulier hos amores nesciet
 Rumpi, uiam tentem, modumq; dexterum:
 Fandi q; tempus quæritem molliissimum?
 Certè hæc potior est omnibus sententia.

CHORVS.

AT Regina doli præscia perfidi,
 Et iam tuta timens omnia: primaq;
 Motus excipit, & seuit inops sui,

Qualis

DIDO TRAGOEDIA

Qualis Baccha sacris excita conscijs,
 Audito stimulant quam Trieterica
 Lenæo Orgia: quam noctiuagus uocat
 Clamor. namq; loquax sama ita detulit,
 Armari Phrygias littoribus rates,
 Et cursum pelago clàm repararier.
 Eheu, quot lacrymas illa dies dabit?
 Nam quid non scelerum fœdus amor parit?
 Quid non ille mali conficit? heu nefas,
 Medeam furor hic tetricus impulit,
 Natos ut manibus perderet impijs.
 Hic Phædræ stimulos addidit asperos:
 Iussitq; innocuum ad stupra lacescere
 Priuignum, ac thalami rumpere fœdera.
 Hic Argis Helenam nequiter extulit,
 Vt lectum peteret turpis adulteri:
 Et toti Phrygiæ damna daret solo.
 Nam quòd Dardanium corruit Ilium,
 Quòd tota in cineres Troia repens igit:
 Quòd letho Priamus rex cecidit Phrygum
 Quòd uictoris heri serua Hecube torum
 Vidit: quòd iugulum triste Polyxena
 Submisit rigidis ensibus hostium:
 Hoc fœdæ uitium nempe libidinis:
 Hæc merces Veneri debita reprobe.
 Hic ignis sacer est: credite saucijs:
 Hæc est flamma potens, heu nimium potens.
 Quà tellus liquido cingitur aëre:
 Quà formosa polo sidera promicant:
 Illic regna tenet feruidus ales hic.

NICODEMI FRISCHLINI

Terrenæ pecudes, æquoreum genus,
 Et picæ uolucres, omne adeò genus,
 Intenta excipiunt tela Cupidinis:
 Idem quippe feris est amor omnibus:
 Hos sentit stimulos dente ferox aper,
 Hos tigres rigide: hos indomitus leo.
 Dentes exacuit porca Sabellica:
 Quando hoc igne furens pestifero subat.
 Quid lynces uariæ? quid rabidi canes?
 Infreniq; lupi? nonne uides equos,
 Ut toti trepident, quando odor attingit
 Nares? non ibi eos frena uirum, neq;
 Rupes, non scopuli, non uagæ flumina,
 Non montes retinent. Scilicet hic calor
 Ante omnes agitat uerbercas equas.
 His mentem ipsa Venus largiter indidit:
 Quando Potniades distulerant rotæ
 Glauci membra sui hoc axe Cupidinis:
 Illas ducit amor trans fera Gargara:
 Trans longam Ascanium: hac ui superant iuga:
 Tranant flumina. Quid plura canam? Furor
 Vincit regificæ limina coniugis.

ACTVS TERTIVS.

DIDO, AENEAS.

E Tiæ nefas hoc posse dissimulari, homo
 Perfide, putasti: quid? meis decedere
 Tu cogitasti sedibus? nec te meus
 Amor, neq; data dextra quondam, nec tua
 Regina crudeli tenet te funere

Mori.

DIDO TRAGOEDIA.

Moritura? quin etiam maligno fidere
 Molire classem: & turbidis Aquilonibus
 Properas per altum abire crudelis? cedo,
 Si non agrum alienum, domosq; Oenotrias
 Peteres, & antiquum maneret ilium
 An ilium peteretur undoso hoc mari?
 Mene fugis? ego per hasce lacrymas, & tuam
 Te dexteram oro (quando miseræ mihi aliud
 Restat nihil) per iura coniugalia,
 Per auspiciatum matrimonium: bene
 Si quid merita sum: si fuit quidquam tibi
 Dulce meum, age, miserere labentis domus:
 Et (si quis est adhuc locus precibus meis)
 Hanc pone mentem, hunc animum tetricum.
 Te propter, odere Africi gentes soli,
 Te propter, insensi Tyrij: te propter hic
 Extinctus est pudor mihi, & qua sidera
 Adire poteram fama prior. Heu me nurum
 Inauspicatam Veiovis? cui deseror
 A te hospes? hoc quoniam mihi de coniuge
 Iam nomen unum restat inopi. quid moror?
 An Pygmalio dum moenia mea destruat?
 An captam Iarbas ducat in Getuliam?
 Saltem aliqua de te mihi fuisset, hanc fugans
 Ante, soboles suscepta: saltem paruulus
 Mihi ludat Aeneas domi, qui te patrem
 Tantum ore referat: non uiderer undiq;
 Deserta. AE. at ego te, quæ eloquendo plurima
 Numerare nouisti: haud negauerim bene
 Regina promeritam: nec unquam piguerit

NICODEMI FRISCHLINI

Meminisse Elisæ: dum memor uiuo mei,
 Dum spiritus regit hos aliquis artus meos.
 Pro re loquar pauca: nec ego hanc abscondere
 (Ne finge) speraui fugam, nec coniugis
 Prætendo tædas: non in hæc eo fœdera.
 Me si meis pateretur auspicijs Deus
 Transigere uitam, & sponte iam curas meas
 Componere, urbem Troicam primum, & laris
 Colerem reliquias patrij: & ter maximi
 Priami manerent alta regis culmina,
 Rediuiuaq; manu condidisssem Pergama.
 Sed nunc Italiam magnam Apollo Delius,
 Italiam Apollinis iubet capeffere
 Oraculum: hic amor, hæc patria tellus mihi est.
 Si te urbis aspectus tenet Carthaginis,
 Phœnissa: si Libyæ iuuat nitor tuæ:
 Inuidia quæ tandem hæc erit, Teucros solo
 Considerare Ausonio? Equidem & nox extera
 Fas regna querere. Me patris demortui,
 Quoties operit humente nos terræ plagas
 Caligine, quoties micant astra ignea,
 Imago terret, inq; somnis admonet:
 Me puer Iulus, & capitis iniuria,
 Quem regno Italiæ fraudo, quem fatalibus
 Spolio plagis, hîc admonet. quin à Ioue
 Interpretes ipse missus huc (testor caput
 Vtrunq;) celeres modò per auras, seria
 Mandata detulit: DEVM uidi ipsemet
 In lumine manifesto adire mœnia:
 Vocemq; commonentis hys hausi auribus.

Desine

Desine querelis nos tuis incendere:
 Non sponte sequor Italum solum. DI. tibi nec Dea
 Parens, nec autor generis ille Dardanus,
 Vir perfide, sed horrens genuit hunc Caucasus
 Te talem: & Hyrcanæ ubera admorunt tigres.
 Nam quid ego dissimulo misera? quæ me ad mala
 Maiora seruo? num meo ingemuit malo?
 Num flexit oculos? num lacrymulam ullam dedit?
 Num miseritum est amantur? Hæc nec maxima,
 Iam Iuno, nec Saturnius pater aspicit?
 Nusquam fides sat tuta, fractum littore
 Excepi egentem stulta, regniq; in mei
 Demens locavi parte: classem perditam
 Sociosq; ab ipsa morte reuocaui: heu feris
 Incensa Furijs differor. Nunc Delius
 Apollo, nunc Apollinis nescio quod est
 Oraculum: nunc missus à summo Ioue
 Interpres affert iussa per celeres Notos.
 Is scilicet superis labor: ea scilicet
 Cura est quietis. Neq; ego te tenco, neq;
 Refello dicta. i. Sequere uentis Italiam,
 Pete regna per mare. Spero medijs (si pia
 Quid numin aualent) supplicia mox cautibus
 Pelagi daturum, & nomine relictam tibi
 Didō uocaturum. Sequar tamen ignibus:
 Et cum gelida mors anima ab hac seduxerit
 Artus Elise: adero locis umbra omnibus.
 Hic improbe dabis, quam mæres, pœnam: audiam,
 Et hæc sub imum fama ueniet Tartarum.
 AEN. Quoniam fugis? quò te ex meo uultu abripis?

NICODEMI FRISCHLINI

Miscet profectò me furentis fœminæ:
 Cupioq; solando dolentem celeriter
 Lenire. Sed abiit, mihi Deorum citò
 Iussa exequenda sunt: reuisam protinus
 Classsem, aq; inibo cum meis celerem fugam.

ANNA, DIDO.

Quid hoc mali: repentiè quòd sic littora
 Feruere prospicio: mareq; miscerier
 Tantis uideo clamoribus? quis nunc tibi
 Sensus soror quosue gemitus misera dabis?

DI. Scelerate amor: quò non agis mortalia
 Pectora: iterum me cogis ire in lacrymas:
 Iterum precari: iterum animos submittere
 Humiles amor. AN. Sed soror nunc ipsa adest.
 DI. Germana, toto littore uides undiq;
 Properarier: iam carbasus uentos uocat:
 Iam puppibus nautæ coronas induunt.
 Hunc ego dolorem si timere mea soror
 Potui, etiam perferre potero. Sed miserae tamen
 Vnum hoc sorori exequere: solam perfidus
 Te colere, soli credere arcanos tibi
 Sensus: uiri aditus sola molles noueras.
 I quæso soror: hosti superbo supplica.
 Non ego Phrygum urbes, cum Pelasgo milite.
 Vastare iurau: nec ad murum Ilij
 Misi rates meas: nec Anchise patris
 Cineres reuelli: cur negat demittere
 Duras in aures dicta mea? quonam ruit?

Hoc

Hoc miseræ amanti munus extremum duit.
 Facilem fugam expectet, Notosq; idoneos:
 Non iam oro coniugium, quod ille prodidit:
 Nec, ut Latino careat aruo, & debitum
 Regnum relinquat: inane tempus postulo:
 Requiem furori: dum mea doceat asperis
 Fortuna me dolere uictam casibus.
 Hanc oro te extremam, soror, ueniam: mei
 Miserere: cum dederis mihi hoc, quod flagitos
 Morte cumulatam tibi relinquam largiter:
 AN. At si iste nullis commouetur fletibus:
 Voces nec ullas audiet tractabilis:
 DI. Tenta precando. AN. Si modò ualeant prece.
 DI. Aures uiri aperiet DEVS. AN. quid si obstruat?
 DI. Annosa quercus non cadit, nisi pluribus
 Percussa plagis. AN. Sed nihil eadem tamen
 Mouetur auræ flatibus, neq; sibilo
 Consternitur. DI. contunde uocibus uirum.
 AN. Agè, ibo soror, & quæ iubes primùm exequar.
 DI. Conuexa cœli me piget tuerier:
 Mori uolo, si non amore perfruar.

CHORVS.

Exterrita Dido compluribus *Anapestici.*
 Fatis, inceptum quò peragat,
 Lucemq; relinquat: iam uidit,
 Cum dona imponeret altari,
 Disu horrendum, latices sacros
 Nigrescere: fusaq; in obscœnum;

NICODEMI FRISCHLINI

Se uertere uina cruorem. Sed &
 In tectis templum est marmoreum
 Coniugis antiqui, uelleribus
 Niueis & fronde reuinctum. Isthinc
 Voces & uerba uocantis uiri
 Audiri uisa tenebris, nox
 Cum terras obscura teneret.
 Præterea culminibus bubo
 Ferali carmine sæpe queri
 Et ducere uoces in fletum:
 Multaq; prædicta priorum hominum
 Horrificant terribili monitu.
 Agit ipse furentem per somnos
 Ferus Aeneas: semperq; sibi
 Sola relinqui: semper longam
 Ire incomitata uidetur uiam;
 Et Tyrios quærere deserta
 Terra. Eumenidum ueluti demens
 Videt agmina Pentheus, & solem
 Geminum, & duplices se ostendere
 Thebas, aut ille Agamemnonius
 Scenis agitatus Orestes, face
 Armatam cum refugit matrem,
 Furæq; ultrices in limine
 Resident. Et iam euicta dolore,
 Concepit diras intra animum,
 Atq; ipsa modum & tempus secum
 Exigit hîc, decreuitq; mori.
 Spem fronte serenat, consilium
 Crudele tegit uultu reprobo.

ACTVS.

ACTVS III.

ANNA, DIDO.

Dixi futurum. Nam uiri mens efferi
 Immota permanet, nec ullis uocibus
 Lacrymisq; fleſtiur. *DL* tace modò ſoror:
 Et gratulare mihi. Viam, quæ cum mihi
 Reddat, uel ipſo ſoluat, inueni, ſoror.
 Solem cadentem iuxta, & Oceani prope
 Finem ultimum inhabitatur Aethiopum locus;
 Vbi maximus Atlas torquet humero Olympium
 Axem, ſacibus aptum micantibus. Hinc mihi,
 Monſtrata gentis eſt ſacerdos extimæ,
 Cuſtoſq; templi Heſperidum, & horti Punici,
 Quæ epulas Draconi peruigil ſæuo dabat,
 Sacroſq; ramos conſerebat in arbore,
 Mel humidum ſpargens: ſoporiferumq; dans
 Papauer. hæc promittit animas, quas uelit,
 Carminibus exſoluere: alijs immittere
 Se poſſe curas: ſiſtere fluuijs aquam,
 Et aſtra retrò uertere, & manes è ſpecu
 Ciere nocturnos. Videbis hîc ſoror
 Mugire terram ſub pedibus, & de iugis
 Altiffimis deſcendere ornos mobiles.
 AN. Regina cara, quid magica paras ſacra?
 Nullis amor curatur unquam cantibus:
 Nullis remedijs alleuatur Theſſalis:
 Nil concitum rhombo iuuabit licium.

Vbi

Vbi intima amor medullas occupat.

DI. Germana cara testor hoc caput tuum,

Magicas ad artes non lubentem accingier.

Nunc tu pyram secreta tecto in intimo

Erige: uiriq; arma, thalamo quæ illud scelus

Reliquit, exuiasq; cunctas, & torum

Vnâ iugalem, quo misera perij, super

Impone: monumenta omnia uiri pessimi

Abolere monstrat hæc sacerdos, & iubet.

AN. Quor sum pyram iubet exstruere? DI. fabor tibi.

Effusa crimes hæc sacerdos ore ter

Centum tonat Deos, Erebum, & atrum Chaos,

Et ter geminam Hecaten, tria ora uirginis

Vocat Dianæ: mox toro effigiem locat:

Fontisq; Auerni spargit hûc latices sacros:

Messasq; ahenis ad Dianam falcibus,

Iam quærit herbas, cum ueneni lacribus:

Nascentis & de fronte equi reuellitur,

Matriq; præripitur amor: tum foemina

Exuta uinculis pedem unum, in uestibus

Adstat recinctis, & manus sursum leuans,

Testatur inferos Deos, & conscia

Fati astra: demum sua precatur numina:

Queis sunt iniquo curæ amantes foedere.

AN. Intelligo soror: sed his rebus nihil

Leuare amorem poteris, & curas graues.

DI. Mihi hoc erit curæ, soror: abi tu modò,

Pyramq; quam iussi, sub auras erige.

AN. Si quid iuuat, paro iussa, DI. facis, ut te decet.

DIDO.

DIDO.

EN. quid misera agam? num priores iam procos
 Irrisa rursus experiar? an supplice
 Voce Numidum Regum petam connubia,
 Quos ego maritos ante dedignata sum?
 Igitur Phrygum classes, & ultimos sequar
 Iussus? quiāne iuuat ante ope leuatos mea:
 Et gratia ueteris beneficij bene
 Stat apud uiros memores? quis autem me sinet?
 Quis ratibus accipiet superbis foeminam?
 Nescis Elisa perditā, heu nescis, neq;
 Dum gentis Asiāe uides periuria?
 Quid tum? fuga sola comitabor perfidos
 Nautas ouantes? an manu omni persequar?
 Et quos Tyri urbe uix reuelli, rursus hinc
 Agam mari? uentisq; uela iterum dare
 Iubebo? quin potius morere. namq; merita es.
 Auerte ferro isthunc dolorem. Tu meis
 Euieta lacrymis soror: tu prima me
 Istis malis oneras, & hostibus obijcis.
 Quid? non licebat degere expertem tori
 Vitam absq; crimine, more syluestris feræ?
 Nec talibus curis, sine modo, confici?
 Promissa cineri mea fides est coniugis:
 Seruata non est: merita supplicia luo.

CHO.

CHORVS.

A Eneas in puppi residet
 Riteq; paratis rebus pigrum
 Ibi somnum carpit. Nate Dea,
 Potes hoc casu somnos ducere?
 Nec quæ circumstant discrimina
 Cernis demens? neq; iam Zephyros
 Spirare secundos aduertis?
 Regina dolos, dirumq; nefas
 In pectore uersat, certa mori.
 Varioq; irarum æstu fluctuat.
 Non hinc præceps uel tandem effugies:
 Dum præcipitare potestas datur?
 Iam nunc mare turbari trabibus
 Sæuasq; uidebis toto æquore
 Lucere faces: iam iam littora
 Flammis feruere: si contigerit
 Aurora morantem te his terris.
 Eia agè disrumpe moras: uarium
 Et mutabile semper scœmina.
 Vigilare uiros nunc prospicio, &
 Transiris considerare: uela citos
 Soluere. Deus, æthere demissus
 Ex alto, festinare fugam,
 Tortosq; incidere funes, iubet.
 Adsis ô placidus Reginae
 Deus, & cœlo iam dextra feras
 Sidera, ne tristi abitu mœsta

Nimis indoleat. Sed progreditur
Huc, terq; quaterq; manu pectus
Percussa decorum, & flauentes
Abscissa comas, & lacera genas.

ACTVS QVINTVS.

DIDO.

ERgo ibit hic? quid? ibit hic? pro Iupiter,
Meisne regnis aduena hic illuserit?
Non arma iam expedient? & è toto oppido
Sequentur? & rapient rates naualibus?
Ite, agite, ferte citi faces, impellite
Remos, date Notis uela. Quid loquor? ubi sum?
Que mentem agitat insania? infelix nurus,
Nunc fata te Dido impia feriunt male.
Tum decuit, ubi sceptrum dabas. En dextera,
Fidesq; quem secum penates patrios
Portare dicunt: quem subijsse humeris patrem
Aetate confectum. Non corpus abreptum datur
Diuellere, & uasti maris aquis immergere?
Non nauitas, non ipsum Iulum filium
Absumer gladio, torisq; patrijs
Apponere epulandum. Sed anceps fuerat hic
Fortuna pugnae huius. fuisset. quippeni?
Moritura quem metuo? faces in hostium
Castra intulissem. facibus impleissem foros,
Natum patremq; cum genere nequissimo
Exstinxem, & ipsamet dedissem me super.
Sol, qui uniuersa lumine illustras poli

Terraq;

NICODEMI FRISCHLINI.

Terræq; opera: tuq; omnium horum conscia
 Iuno malorum: tuq; Hecate ululata per uagas
 Vrbes: & ultrices Eumenides Dææ:
 Hæc accipite: numenq; meritum aduertite
 Nostris malis: audite, quas fundo preces:
 Si fata Iouis hoc exigunt, si tangere
 Portus necesse est hoc caput, si terminus
 Hic hæret, adnare Latio Phrygum ducem.
 At bellica ui pressus audacis popli,
 Extorris agro patrio, flagitet opem
 Aliunde: quærat auxilia: uideat Phrygum
 Indigna funera: neq; quum sub tetricas
 Lèges iniquæ pacis olim se hostibus
 Tradiderit, ipse sua fruatur regia,
 Sed ante maturum diem cadat impius,
 Mèdiaq; arena iaceat inhumati uiri
 Cadauer. hoc precor, hanc supremam contra cum
 Effundo uocem, cum cruento sanguine.
 Tum uos coloni Punici stirpem & genus
 Omne hinc futurum, odijs premite capitalibus:
 Cineriq; nostro munera isthæc mittite.
 Populis nec ullus amor, nec ulla fœdera
 Sunt. Exorere aliquis ultor ex his ossibus,
 Qui Dardani genus face & ferro premas
 Quocunq; uires huc dabunt se tempore:
 Hoc litus illi littori contrarium,
 Fluctusq; fluctibus imprecor contrarios.
 Ipsi nepotes dimicent secum inuicem.
 Tu cara nutrix huc sororem protinus
 Siste mihi: dic preperet aquis se spargere:

DIDO TRAGŌEDIA.

Monstrata: sic ueniat. Pia tu tempora
 Vitta tege: ego sacra Stygio Ioui paro:
 Summumq; curis instituo finem addere.
 Rogumq; Dardanij capitis igni dare.
 Abit hæc. Ego adsum nunc remotis arbitris.
 Quid restat, hunc nisi ut rogum, quem condidi,
 Moritura conscendam, meosq; finiam
 Letho dolores? sic agam: dum non uetor:
 Dicamq; uerba his uestibus nouissima.
 Dulces Phrygum exuuiæ ducis, dulces tori:
 Dum fata, dum clemens sinebat hoc DEVS,
 Hanc accipite animam: his precor me exoluite
 Angustijs. Sat uixi, & omnem ætatu læ
 Cursum peregi: magna imago nunc mei
 Sub terram abibit, sed tamen mea mœnia
 Vidi prius: & urbem meam, quam condidi.
 Quin & uirum ulta, fratre ab immaniſſimo
 Poenas recepi. Felix mulier, heu quater
 Felix: carinæ si Phrygum isthæc littora
 Nunquam attigiſſent. quid moror? nonne moriar?
 Sed multane moriar, sine omni uindice?
 Agè moriar. sic? sic sub umbras ibimus.
 Crudelis hunc oculis ab alto Dardanus
 Ignem hauriat, nostræq; mortis omina
 Secum ferant Laomædo, & Iulus perfidus.

ANNA, CHORVS.

Q Vis clamor hic it ad alta tecti culmina?
 Quis hic ululatus foemineus atq; gemitus?
 Magnis resonat æther supra plangoribus,

NIC. FRISCH. DIDO TRAG.

Non aliter, ac si prisca Tyros, aut urbs noua
 Carthago ruat. Hei, hei mihi miserae: quid hoc?
 Quam uideo? quis hic ensis cruore luridus?
 O soror Elisa, quid mali hoc? quis uim dedit?
 Hoc illud o germana fuit: hoc mihi rogos
 Isthic parabat: hoc foci, hoc ignes sacri.
 Ah quid querar primum? quid inceptem queri?
 Comitum sororem spernis emoriens tuam.
 Eadem uocasses me ad necis fata ultima:
 Idem dolor, eadem hora utramq; tolleret.
 Ah me ter & quater miserrimam omnium,
 Quae manibus his struxi rogam, quae patrios
 Deos uocaui uoce: sic Deis uolentibus
 Crudelis ut te posita abessem isthac domo?
 Te, meq; soror extinxisti, & urbem Punicam,
 Patresq; Sidonios. Date ut aquis abluam
 Vulnera: date, inquam, aquas: & extremus super
 Si forte quispiam errat halitus, legam.
 CHO. Desiste germanam fouere amplexibus,
 Atrosq; uestibus cruores tergere
 Mibi ultimum curae erit in hac heroide
 Pietatis officium. Locum da. Nam quia
 Nec morte promerita periuit, nec suo
 Fato: sed ante diem misera iam concidit,
 Nec dum comam illi uertice in flauo pia
 Proserpina abstulit, caputq; tetrico
 Damnauit Orco: ego dextera crinem mea
 Secabo Reginae. Igitur hunc Diti sacrum
 Crinem fero, & animam relaxo hoc corpore.

FINIS TRAGOEDIAE.

NICODEMVS FRISCHLINVS VIRIS

nobilissimis & clarissimis, passim in

Germania, Italia, Gallia, Dania atq;

Hungaria degentibus, amicis suis

suauissimis, S. P.



Excentas à vobis accepi
epistolas, viri Nobilissimi
atque clarissimi: in quibus
aliqui vestrum me subin-
de exhortantur, vt si quas
habeam nouas Comœdias, eas in lucem
proferam: si nullas habeam, vt nouas cō-
ponam: meq; ad hoc scribendi genus, to-
tum conferam. Alij me hortantur, vt
meos Panegyricos: quos edidi de Austri-
acis Cæsaribus, & de victoria Sarmatica,
& de Nuptijs Vuirtembergicis, & de Ho-
rologio Argentinenfi: & quos domi scri-
ptos habeo de Natali Christi, de Morte,
de Resurrectione, & de ascensu eiusdem:
eos vno volumine comprehensos in vul-
gus emanare patiar. Si qui vestrum ex
Elegijs maiorem voluptatem capiunt: ij
hoc vnicè assidueq; vrgent: vt eas, quas
diuersis edidi temporibus, & nuper in no

uem libros digessi Elegias, rerum varietate iucundas, & argumentorum nouitate amabiles: eas inquā, primo quouis tempore, cum lectoribus communicem. Plerique vestrum auctores mihi sunt, vt ad paraphrasin Bucolicorum & Georgicorum Virgilij, etiā paraphrasin Aeneidos adiungam: & ad paraphrasin, quam scripsi in Persium, & Horatium, addam quoque paraphrasin in Iuuenalē. Non paucie vobis sunt, qui suis me calamis, tanquam stimulis & calcaribus quibusdam, eò conantur impellere: vt ad Hymnorum Callimachi versionem, iam olim in Gallia editam, & nuper à quodam plagiario, mihi furtim ablatam: tum etiam ad quinque Comœdias Aristophanis priores, quas ante quinquenniū verti, sex reliquas adijciam, Non desunt è vobis, qui, postquā legissent meam Strigilem Grammaticā, & octo libros, quos de hac arte, in Italia edidi, & quinque libros, quos de Astronomica disciplina confectos habeo, qui, inquam, sat bene longis Epistolis me quotidie ferè monent: vt quicquid est ingenij mei, id omne ad illustrandas artes humanitatis conferam: & post recusam Grammaticen, editamq; Astronomiam, mox
omnem

omnem animum, ad recognoscenda artis Dialecticæ & Rhetoricæ præcepta reuocem. Quid? quòd nonnulli vestrum, lecto eo consilio, quod nos generosæ indolis puero, D. Francisco à Batthyã, Hungariæ Regulo, nuper in Pannonia dedimus: subinde me hortari non desistunt: vt Nomenclaturam meam in tres libros, secundum seriem decem Categoriarum distributam, omni mora sublata, in lucē hominum emittam. Nam de meis in Ciceronem, in Virgilium, in Horatium, in Cæsarem, in Sallustiū commētarijs: deq; orationibus & exercitationibus scholasticis, nihil hoc loco vobis pollicitari audeo. Iacēt enim ista omnia, adhuc in suis pulueribus; neq; temporis huius iniqua conditio, manum me illis admouere patitur. At quorsum tandem, viri optimi & humanissimi tot admonitiones, tot exhortationes vestræ? Nam si vos imperitos rerum æstimatores adhibeatis in consilium: facilè intelligetis, nihil opus esse meis lucubrationibus, & commentationibus: præsertim in tanta optimorum librorum copia, tantaq; scribentium multitudine. Credunt enim isti homines, posteritatem, si qua est futura, tam commo-

dè carere posse meis libris: quàm cōmo-
dè iisdem caruit ætas superior: in qua non
minus docti viri extitêrunt, quàm hodie
existunt. Quasi verò ante Erasmi & Phi-
lippum, nulli fuerint viri docti & literati:
aut quasi post Erasmi & Philippi præcla-
ras, in artibus tradendis, nauatas operas
istorum imitatorum, & seruorum pecu-
dum furtiuis lucubrationibus, & stolidis-
simis libris, hæc ætas carere nō potuisset:
aut potius carere non debuisset. Iulius
Cæsar Scaliger, vir summo ingenio, sum-
mo iudicio, & quo ego solidè doctiorem,
multis seculis neminē extitisse arbitror:
in libro de causis linguæ Latinæ scripto,
vltre trecentos & quinquaginta errores
demonstrauit: quibus Philippi & Lina-
cri, optimorum proximis annis Gramma-
ticorū libri referti sunt. Ego verò in mea
Strigili, adhuc alios trecentos common-
strauit: quibus noui compilatores, artem
istam Grammaticam turpissimè conspur-
carunt. Nam longè aliud est, mihi credi-
te, artem aliquam comprehendere præ-
ceptis: quorum adminiculo tradatur lin-
gua Latina, aut Græca à magistris: disca-
tur à discipulis: & artem traditam propo-
nere discendam pueris. Illic enim requi-
ritur

ritur subactum iudicium: & vernacularū
causarū cognitio: quæ sine exquisita Phi-
losophiæ scientia haberi nō potest. Quo-
modo enim artem aliquam illi homines
conscribant: qui solidæ philosophiæ mi-
cam in se non habent? Et quotus quis-
que est, è tanto Grammaticorum nume-
ro, qui artis huius principia intelligat; ne-
dum vt ex ijs possit idonea præcepta ex-
struere? Quamobrem nihil me mouent
imperitorum hominū de meis artibus,
quas trado, inerudita & planè asinina iu-
dicia. Quantum verò ad vos attinet, viri
optimi & doctissimi, qui de meis labori-
bus longè aliter iudicatis: si vos putatis
tantum emolumenti, quantum scribitis
ad rem pub. literariam è meis lucubrati-
onibus redditurum: agè morem ego vobis
gerā: & si vos Typographū meum eò in-
citaueritis, vt operam suam præstet, edā
omnia, quæ domi conscripta habeo: &
edam castigata, & absq; mendis: quoad
eius fieri potest. Quia enim malorum &
futilium scriptorum culpa, Typographi
toties in fraudem & damnū inducuntur:
ideo fit, vt hodie innocentes libri pro no-
centibus pœnas pendant: & sepe optimo-
rum librorum auctores, tinearum & blat-
tarum

rarum dentibus corrodantur: quibus eiusmodi compilatorum sutelæ potius erant discerpendæ atque dilacerandæ. Quòd si etiam Mæcenatē mihi inueneritis: qui liberales in me sustentando faciat sumtus: & qui me in ocio tranquillo constituat: polliceor vobis, quòd omnia, quæ coepta sunt, Deo vitam & sanitatem annuente, intra biennium, aut etiam citius sum absoluturus. Hæc ad plurimas vestras, quas ad me dedistis literas, breuiter respondere volui. Nam singulis vt responderem, penè vnus mensis integri tempus efflagitaret. Valete viri Nobilissimi & charissimi, amici colendi. Argentorati Calend. Decemb. Anno 1584.



Cui aleret barbam, juvenem cum
virgo rogaret.

Ut retro fugiat, territus hostis, ait:

Falleris ipsa, subit, verum, me
teste probabo:

Nunc hirsuta petor, q̃ glabra
tuta fui. *z.*

